
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00177344 9



Galvanographirt v. Leo Schöninger in München.

*Paul Henri Fuss*

# LEONHARDI EULERI

# OPERA POSTUMA

## MATHEMATICA ET PHYSICA

ANNO MDCCCXLIV DETECTA

QUAE

ACADEMIAE SCIENTIARUM PETROPOLITANAE

OBTULERUNT EJUSQUE AUSPICIIS EDIDERUNT

AUCTORIS PRONEPOTES

**PAULUS HENRICUS FUSS ET NICOLAUS FUSS.**




---

**TOMUS ALTER.**



---

PETROPOLI, 1862.

**Petropoli** apud Eggers et Socios; **Rigae** apud Samuelem Schmidt; **Lipsiae** apud Leopoldum Voss.

Pretium: 7 Rub. 20 Kop. = 8 Thlr.

Consensu Academiae impressum.

C. Vesselofski, Academiae secretarius perpetuus.

Mense Decembri a. 1861.

Typis Academiae Imperialis Scientiarum Petropolitanae.

# L. Euleri Operum postumorum Tomi II Index.

---

## Mechanica. p. 1 — 173



*

## Astronomia mechanica. p. 177 — 332



## Astronomia. p. 335 — 446

## Physica. p. 449 — 780

## Varia. p. 783—826





# MECHANICA.

# I.

# Statica.

1. **Definitio 1.** *Statica* est scientia aequilibrii potentiarum cuivis objecto applicatarum.

2. **Definitio 2.** *Potentia* est vis, quae cuivis objecto applicata, id movere conatur.

3. **Definitio 3.** *Directio potentiae* est linea, secundum quam potentia motum imprimere conatur.

4. **Definitio 4.** *Aequilibrium* est dispositio potentiarum objecto applicatarum, id in quiete servans.

5. **Coroll.** Cum quaevis potentia conetur objectum movere (2), in statu autem aequilibrii objectum quiescat (4), sequitur tum cujuslibet potentiae actionem a reliquis impediri.

6. **Theorema 1.** Vis gravitatis est potentia.

**Demonstratio.** Vis gravitatis causa est, quod omnia corpora gravia conentur descendere deorsum; ergo ea movere conatur; consequenter (2) vis gravitatis est potentia. Q. E. D.

7. **Coroll.** Cum vis gravitatis conetur deorsum movere gravia, ejus directio est linea verticalis (3).

8. **Definitio 5.** Vis, qua gravia deorsum descendere conantur, vocatur *pondus*.

9. **Problema 1.** Ope ponderis efficere, ut datum objectum conetur deorsum descendere.

**Solutio.** Fig. 1. Sit objectum datum $A$, alligetur ei filum, filoque corpus grave $P$. Cum grave $P$ conetur deorsum descendere, filum tendet, eoque ipso etiam objectum $A$ conatur abripere, quare hoc modo objectum $A$ conabitur descendere. Q. E. F.

10. **Coroll. 1.** Objectum ergo $A$ tanta vi conabitur descendere, quanta ipsum grave $P$.

11. **Coroll 2.** Effici ergo potest, ut datum objectum data vi conetur descendere, ope gravis datam habentis vim.

12. **Problema 2.** Ope ponderis efficere, ut datum objectum secundum datam directionem incedere conetur.

**Solutio.** Fig. 2. Sit objectum $A$, dataque directio $AB$; in ea directione ubicunque firmetur clavus $B$, et filum ipsi $A$ applicatum ducatur super $B$, eique tum alligetur pondus seu grave $P$.

Quia hoc grave conatur descendere, tendet filum $PBA$, eoque ipso conabitur objectum $A$ secum abripere, idque in directione fili $AB$, id est, in directione data; quare objectum hoc modo conabitur secundum directionem $AB$ incedere. Q. E. F.

13. **Coroll. 1.** Patet hinc etiam objectum $A$ tanta vi conari in directione $AB$ promoveri, quanta vi $P$ tendit descendere.

14. **Coroll. 2.** Ergo effici potest, ut $A$ secundum datam directionem data vi conetur moveri, applicando grave tanta vi deorsum tendens.

15. **Coroll. 3.** Potest igitur quaecunque potentia et quamcunque habens directionem ad pondus reduci, quia inveniri potest pondus faciens, ut objectum data vi in data directione incedere conetur (14).

16. **Scholion 1.** Haec de ponderibus ideo adjeci, ut in posterum quae de potentiis inveniuntur et demonstrabuntur etiam ad corpora gravia, quae nihil aliud sunt nisi objecta, quibus potentiae deorsum tendentes sunt applicatae, referri queant, et quaevis potentiae cum ponderibus possint comparari.

17. **Scholion 2.** Monendum etiam est, in sequentibus omnia corpora tanquam gravitatis expertia considerari, quae nullâ applicatâ potentiâ nullibi se movere conarentur; ideoque vim gravitatis in potentiis habeo, qua superveniente corpora demum conantur deorsum descendere.

18. **Divisio generalis.** Dividitur Statica optime quoad diversitatem objectorum, quibus potentiae applicatae intelliguntur. Quare in *prima* sectione de potentiis puncto applicatis disseretur, quae tractatio instar fundamenti est sequentium. In *secunda* de aequilibrio potentiarum objectis rigidis applicatarum. In *tertia* de potentiis, flexibilibus objectis applicatis. In *quarta* objecta considerabuntur, ex pluribus partibus certo modo junctis composita. Tandem in *quinta* de potentiis plurimis corporibus a se invicem liberis et dissolutis agere constitui, ubi agetur de Hydrostatica.

## Sectio prima.

### De aequilibrio potentiarum puncto applicatarum.

*Annotatio manu Cel. Auctoris margini adscripta:* Dividenda est haec Sectio in duas partes, quarum prima considerat punctum liberum, quod aeque libere in omnes partes moveri potest, altera vero punctum non liberum, quod ob obstacula in unam vel plures plagas moveri nequit. Id quod evenit, si firmo obstaculo inclinet ut lineae vel rectae vel curvae.

19. **Axioma 1.** Fig. 3. Si puncto $A$ duae potentiae aequales et quarum directiones directe sunt oppositae $AB$, $AC$, applicatae fuerint, punctum $A$ in neutram plagam verget, et proin habebitur aequilibrium.

20. **Scholion.** Veritas hujus axiomatis constat ex principio sufficientis rationis; nulla est enim ratio, quare potius in hanc vel illam plagam tenderet. Sin autem altera alterâ major fuerit, tum amplius aequilibrium existere nequit, quia non deest ratio, quare in unam plagam potius quam in aliam tendat.

21. **Coroll.** Quando ergo duabus potentiis directe contrarie puncto applicatis, id in aequilibrio consistit, concludendum est, eas potentias esse inter se aequales.

22. **Problema 3.** Datae potentiae puncto applicatae aequale invenire pondus.

**Solutio.** Fig. 4. Sit puncto $A$ applicata potentia in directione $AB$; producatur $BA$ ultra $A$, in eaque alicubi firmetur clavus $C$; filum puncto $A$ alligatum super $C$ traducatur, eique dein alia atque alia pondera appendantur, donec aequilibrium obtineatur. Erit tum pondus $P$ aequale potentiae, punctum $A$ secundum $AB$ trahenti. Trahitur enim $A$ versus $AC$ vi, quae aequalis est ponderi $P$ (14). Et quia est aequilibrium, haec vis ipsi $AB$ aequatur (21). Q. E. F.

23. **Coroll.** Hoc ergo modo omnes potentiae ad pondera reduci possunt, cum inveniri possint pondera cuilibet datae potentiae aequivalentia.

24. **Definitio 6.** *Potentia a aequalis* dicitur duabus aliis, $b$ et $c$, simul sumtis, si hisce $b$ et $c$, puncto $A$ (Fig. 5) secundum directiones $AB$, $AC$, inter se parallelas et coincidentes applicatis, illa $a$, directe contrarie applicata juxta $AD$ cum hisce in aequilibrio consistit.

25. **Coroll.** Hinc innotescit, quid sit potentia dupla, tripla etc. nempe si sit $c = b$, erit $a = 2b$; si $c = 2b$, erit $a = 3b$ etc.

26. **Hypothesis.** Potentiae in posterum designabuntur per lineas rectas in earum directione sumtas rationemque ipsarum potentiarum servantes, ut potentia dupla per lineam duplam, tripla per triplam exponetur; et generaliter, si dico (Fig. 6) puncto $A$ duas potentias $AB$ et $AC$ esse applicatas, inde intelligi debet trahere eas secundum directiones $AB$ et $AC$, et esse inter se ut lineas $AB$ et $AC$.

27. **Scholion.** Possunt etiam potentiae hoc modo concipi, quemadmodum eas considerabo in demonstratione sequentis theorematis. Si (Fig. 7) puncto $A$ applicata fuerit potentia $AB$, concipio ei normaliter junctam esse $CD$, quae cum basi $EF$ cohaeret pluribus filis $CE$, $DF$ contractibilibus; unde fiet, ut haec fila contrahere se quaerentia lineam $CD$ ad $EF$ trahere conentur, et hoc ipso punctum $A$ in linea $AB$ promovere contendant. Cum dein supponam, singula fila aequali vi sese contrahendi valere, potentiae diversae erunt inter se ut numeri filorum; ita ut potentiam duplam duplus filorum numerus exhibeat, triplam triplus, etc.

28. **Axioma 2.** Omnis potentia tantum agit quantum potest.

29. **Theorema 2.** Fig. 8. Si puncto $A$ tres potentiae $AB$, $AC$, $AD$ fuerint applicatae, obtinueritque aequilibrium, erit quaevis potentia $AC$ ut sinus anguli $BAD$ a reliquis comprehensi.

**Demonstratio.** Considerentur potentiae, ut § 27 monitum est, erunt potentiae $AB$, $AC$, $AD$ inter se ut numeri filorum (Fig. 9) $BE$, $CF$, $DG$. Cum omnis potentia tantum agat, quantum potest (28), omnia haec fila se tantum contrahent, quantum possunt, antequam acquiescant, aequilibriumque efficiant. Quare in statu aequilibrii omnium filorum summa erit contractio, seu summa longitudinum omnium filorum erit minima. Unde status aequilibrii per methodum maximorum et minimorum determinari poterit. Ea sic se habet, ut totius status situs proximus concipiatur, quo ea quantitas, quae maxima vel minima esse debet, invariata deprehendetur. Transferatur igitur $A$ in $a$, ita ut sit $AB = aB$, et hoc modo longitudo filorum $BE$ non immutatur. Ducantur $Ca$ et $Da$ et perpendicula $Ag$ et $ah$. Patet fila $CF$ elongata esse elemento $ag$, verum fila $DG$ decurtata elemento $Ah$. Sit

numerus filorum $CF = m$, filorum $DG = n$. Omnium ergo filorum longitudo crevit elemento $m.ag$ et decrevit elemento $n.Ah$. Quare ex proprietate minimi, cum in utroque situ $A$ et $a$ eadem esse debeat filorum longitudo, erit $m.ag = n.Ah$, unde $m:n = Ah:ag$. Est autem $Ah:ag = \sin Aah : \sin aAg$; sed $\sin Aah = \sin BaD$ seu $\sin BAD$, quia $Aah + BaD$ aequatur duobus rectis, ob $Dag$ et $BaA$ rectos. Simili modo est $\sin aAg = \sin BAC$. Ergo $m:n = \sin BAD : \sin BAC$. Est vero $m:n = AC:AD$ (27); ergo $AC:AD = \sin BAD : \sin BAC$. Simili ratiocinio evincitur esse $AB:AC = \sin CAD : \sin BAD$, ut ergo quaevis potentia sit ut sinus anguli a reliquis duabus potentiis formati. Q. E. D.

30. **Coroll. 1.** Ergo substituendo loco potentiarum pondera $P$, $Q$ et $R$ (Fig. 10) requiritur ad aequilibrium obtinendum, ut sit

$$P:Q = \sin DAC : \sin BAD$$
$$\text{et} \quad P:R = \sin CAD : \sin BAC.$$

31. **Coroll. 2.** Habito ergo aequilibrio, cognoscetur inde ratio potentiarum seu ponderum ex sinibus angulorum.

32. **Problema 4.** Fig. 11. Puncto $A$ duabus potentiis $AB$, $AC$ applicatis, applicare tertiam $AD$, cum illis in aequilibrio consistentem.

**Solutio.** Ex potentiis datis $AB$, $AC$ compleatur parallelogrammum $ABEC$, in quo per $A$ ducatur diagonalis $AE$, in qua ultra $A$ prolongata accipiatur $AD = AE$; dico hanc $AD$ exhibere tertiam potentiam quaesitam. Est enim $AD\,(= AE) : AB = \sin ABE : \sin AEB$. Sed ob figuram $ABEC$ parallelogrammum, est $\sin ABE = \sin BAC$ et $\sin AEB = \sin EAC = \sin CAD$. Consequenter erit $AD:AB = \sin BAC : \sin CAD$, ergo hae tres potentiae in aequilibrio consistunt (29). Q. E. I.

33. **Coroll. 1.** Si ducatur in parallelogrammo $ABEC$ altera diagonalis $BC$, haec et altera $AE$ se mutuo bisecabunt in $F$. Quamobrem $AD$ est dupla ipsius $AF$; unde haec fluit problematis constructio: Fig. 12. Datae duae potentiae $AB$, $AC$ jungantur recta $BC$; haec bisecetur in $F$, ducaturque $AF$, et in hac ultra $A$ producta sumatur $AD = 2AF$. Exprimet $AD$ tertiam potentiam, cum datis $AB$ et $AC$ in aequilibrio constantem.

34. **Coroll. 2.** Si ergo Fig. 13 tres potentiae $AB$, $AC$, $AD$, puncto $A$ applicatae, aequilibrium composuerint, junganturque $BC$, $BD$, $CD$, singula haec latera bifariam secabuntur in $F$, $G$ et $H$ a productis directionibus potentiarum $DA$, $CA$ et $BA$.

35. **Theorema 3.** Fig. 14. Si fuerint puncto $A$ quotcunque potentiae $AB$, $AC$, $AD$, $AE$, $AF$, $AG$ in aequilibrio constantes applicatae, et earum quaevis $AB$ in alteram partem in $P$ producatur, ut sit $AP = AB$, exprimet haec $AP$ potentiam reliquis $AC$, $AD$, $AE$, $AF$, $AG$ aequivalentem, aequalem nimirum cum illis in punctum $A$ effectum exerentem.

**Demonstratio.** Cum omnes potentiae aequilibrium servent, potentiae $AC$, $AE$, $AF$, $AG$ impediunt ne potentia $AB$ effectum suum obtineat; oportet ergo, ut eae omnes simul conentur punctum $A$, secundum plagam ipsi $A$ oppositam, i. e. secundum $AP$, et vi ipsi $AB$ aequali promovere (5). Sed idem praestat potentia $AP$, quae una cum $AB$ puncto $A$ applicata, etiam aequilibrium constituit (19). Quare potentia $AP$ aequivalet omnibus, praeter $AB$ nempe, $AC$, $AD$, $AE$, $AF$, $AG$ simul agentibus. Q. E. D.

36. **Coroll. 1.** Potentiis ergo quotcunque puncto applicatis, ut definiatur potentia iis aequivalens, oportet determinari potentiam cum iis in aequilibrio constantem, huicque aequalem et contrariam applicari: erit haec potentia iis aequivalens.

37. **Coroll. 2.** Patet etiam, data potentia quotcunque datis aequivalente, inde inveniri facillime potentiam, insuper ad aequilibrium obtinendum applicandam, illi nimirum omnibus aequivalenti aequalem et oppositam applicando.

38. **Coroll. 3.** Fig. 15. Si ergo puncto $A$ applicatae sint duae potentiae $AC$, $AD$, compleaturque parallelogrammum $ACPD$, diagonalis $AP$ repraesentabit potentiam ambabus $AC$ et $AD$ aequivalentem; ejus enim aequalis et contraria $AB$ cum illis in aequilibrio consistet (32).

*Auct. script. in margine.* Hic principium compositionis et resolutionis potentiarum inseratur.

39. **Coroll. 4.** Poterit ex § 33 eadem potentia aequivalens sine completione parallelogrammi inveniri, jungendo $CD$ et ad ejus medietatem $E$ ducendo $AE$: hujus duplum $AB$ exhibebit potentiam aequivalentem (§ cit.).

40. **Definitio 7.** *Media directio* quotcunque potentiarum vocatur directio potentiae, iis potentiis omnibus aequivalentis.

41. **Coroll.** Duabus ergo potentiis $AC$ et $AD$ puncto $A$ applicatis, media earum directio incidit in diagonalem $AP$ parallelogrammi $ACPD$ (38).

42. **Axioma 3.** Loco quotcunque potentiarum puncto applicatarum, earum potentia aequivalens substitui potest.

43. **Problema 5.** Fig. 16. Puncto $A$ quotcunque potentiis $AC$, $AD$, $AE$, $AF$ applicatis, invenire potentiam iis omnibus aequivalentem.

**Solutio.** Duarum potentiarum $AC$ et $AD$ quaeratur aequivalens $AG$, jungendo puncta $C$ et $D$ recta $CD$, et per ejus medium $L$ ducendo $AG = 2AL$ (38). Substituatur loco $AC$ et $AD$ haec $AG$ (42), et eodem modo quaeratur potentia $AH$ aequivalens potentiis $AG$ et $AE$ (38), aequivalebit haec tribus potentiis $AC$, $AD$ et $AE$; quarum loco hac $AH$ substituta (42), porro quaeratur potentia $AP$, potentiis $AH$ et $AF$ aequivalens (38), aequivalebit haec $AP$ potentiis $AC$, $AD$, $AE$ et $AF$. Q. E. I.

44. **Coroll.** Potentiis ergo quotcunque $AC$, $AD$, $AE$ et $AF$ puncto $A$ applicatis, invenietur potentia $AB$ insuper applicanda, ut aequilibrium obtineatur, accipiendo $AB$ aequalem et oppositam potentiae $AP$, datis aequivalenti (39).

45. **Theorema 4.** Fig. 17. Puncto $A$ tribus potentiis $AC$, $AD$ et $AE$ applicatis, si ducatur $CD$, eaque in $L$ bifariam secetur, dein jungatur $LE$, in eaque accipiatur $LM = \frac{1}{3} LE$, ducaturque $AM$, hujus triplum $AP$ exprimet potentiam datis $AC$, $AD$ et $AE$ aequivalentem.

**Demonstratio.** Producatur $AL$ in $G$, ut sit $AG = 2AL$, erit potentia $AG$ aequivalens potentiis $AC$ et $AD$; ducatur $GE$: demonstrari oportet *primo* rectam $AM$ productam in medio $H$ secari, et *dein* esse $AM$ tertiam partem duplae $AH$, seu esse

$$AM : MH = 2 : 1 \ (38).$$

Ex Geometria constat esse $\sin GAH : \sin EAH = GH.AE : EH.AG$ ex consideratione trianguli $AGE$; sed ex triangulo $ALE$ erit $\sin GAH : \sin EAH = LM.AE : EM.AL$, unde haec eruitur analogia:

$$GH : AE : EH . AG = LM . AE : EM . AL$$

ergo ob $AL : AG = 1 : 2$ et $LM : ME = 1 : 2$, habebitur

$$GH : EH = LM : \tfrac{1}{2} EM = LM : LM, \text{ ergo } GH = EH, \quad \text{Q. E. Primum.}$$

Dein in triangulo $AEG$ est $\sin AEL : \sin GEL = GE : AE$, ob $AL = LG$. Et in triangulo $AEH$ est $\sin AEL : \sin GEL = AM . EH : MH . AE$; ergo erit $GE : AE = AM . EH : MH . AE$. Ergo ob $GE : HE = 2 : 1$ erit $2 : 1 = AM : MH$. Q. E. Alterum. Consequenter

$$AM : AH = 2 : 3 \text{ et } AM : AP = 1 : 3. \quad \text{Q. E. D.}$$

46. **Theorema 5.** Fig. 18. Si puncto $A$ sint plures potentiae applicatae (quae in figura non sunt expressae) quarum numerus sit $n + 1$; potentiis autem $n$ sit aequipollens $AL$, $n$ vicibus sumta; si ducatur ex $L$ ad residuam potentiam $AE$ recta $LE$, eaque dividatur in $M$, ut sit $LM : EM = 1 : n$, erit $AM$ pars $\frac{1}{n+1}$ potentiae, omnibus $n + 1$ aequivalentis.

**Demonstratio.** Producatur $AL$ in $G$, ut sit $AL : AG = 1 : n$, erit $AG$ potentia aequivalens omnibus praeter $AE$; jungatur $GE$; patet, ut $AM$ sit media directio potentiarum $AG$ et $AE$, oportere eam per medium $H$ lineae $GE$ transire (41), et ut sit $\frac{1}{n+1}$ potentiae aequivalentis omnibus $AM : 2AH = 1 : n + 1$ (38). In triangulo $ALE$ est

$$\sin GAH : \sin EAH = LM . AE : EM . AL = AE : nAL.$$

Dein in triangulo $EAG$ est $\sin GAH : \sin EAH = GH . AE : EH . AG$. Ergo

$$AE : n . AL = GH . AE : EH . AG;$$

ob $AG = n . AL$ erit $1 : 1 = GH : EH$, ergo $GH = EH$. Dein in triangulo $AEG$ est

$$\sin AEL : \sin GEL = AL . GE : GL . AE = GE : (n - 1) AE;$$

at in triangulo $AEH$ est $\sin AEL : \sin GEL = AM . EH : HM . AE$. Ergo ex his duabus oritur haec proportio $GE : (n - 1) AE = AM . EH : HM . AE$; ob $GE = 2EH$ erit $2 : n - 1 = AM : HM$. Ergo componendo $AM : AH = 2 : n + 1$, unde $AM : 2AH = 1 : n + 1$, sed $2AH$ seu $AP$ exprimit potentiam omnibus aequivalentem (39). Q. E. D.

47. **Coroll.** Si ergo fuerit $AL$ pars tertia potentiae aequivalentis tribus potentiis, erit $AM$ pars quarta potentiae aequivalentis quatuor. Si fuerit $AL$ pars quarta potentiae aequivalentis quatuor potentiis, erit $AM$ pars quinta potentiae aequivalentis quinque, et ita porro.

48. **Problema 6.** Fig. 19. Puncto $A$ quotcunque potentiis $AB$, $AC$, $AD$, $AE$, etc. applicatis, invenire potentiam $AP$ iis aequivalentem, alio breviori modo.

**Solutio.** Juncta $BC$, bisecetur in $H$, ductaque $HD$ secetur in $J$, ut sit $HJ = \frac{1}{3} HD$, erit $AJ$ pars tertia potentiae aequivalentis tribus $AB$, $AC$ et $AD$ (45). Ducta $JE$ secetur in $K$, ut sit $JK = \frac{1}{4} JE$, erit $AK$ pars quarta potentiae aequivalentis quatuor $AB$, $AC$, $AD$ et $AE$ (47). Jungatur $KF$, eaque secetur in $L$, ut sit $KL = \frac{1}{5} KF$, erit $AL$ pars quinta potentiae aequivalentis illis quatuor cum $AF$ (47). Sumta $LM = \frac{1}{6} LG$, erit assumta $AP = 6AM$, $AP$ aequivalens datis sex (47) etc. Q. E. I.

49. **Definitio 8.** *Centrum* plurium potentiarum puncto applicatarum voco punctum, cujus a puncto, cui potentiae applicantur, distantia, per numerum potentiarum multiplicata, exprimit potentiam omnibus potentiis applicatis aequivalentem.

50. **Coroll. 1.** Punctum ergo $M$, ex praecedente problemate determinatum, est centrum potentiarum sex: $AB$, $AC$, $AD$, $AE$, $AF$ et $AG$, et quomodo pro quotcunque potentiis determinetur, ex eodem problemate constat.

51. **Coroll. 2.** Patet etiam ex problemate (48), punctum $M$, nonnisi ex extremitatibus $B$, $C$, $D$, $E$, $F$, $G$ linearum, potentias exprimentium, determinari, quae si sint eaedem, centrum potentiarum idem erit, ubicunque situm sit punctum, cui potentiae applicantur.

52. **Scholion.** De hoc centro in sequentibus demonstrabitur, esse id centrum gravitatis punctorum potentias determinantium, nempe esse $M$ centrum gravitatis punctorum $B$, $C$, $D$, $E$, $F$ et $G$.

53. **Lemma 1.** Fig. 20. Si sint duo puncta $C$ et $D$, ex iisque ad lineam quamcunque $AB$ demittantur perpendicula $CA$, $DB$, linea autem $CD$ ita secetur in $F$, ut sit $CF : DF = 1 : n$, et ex $F$ in $AB$ perpendiculum $FE$ demittatur, erit

$$(n+1)\, FE = n \,.\, AC + BD.$$

**Demonstratio.** Ducatur $CG$ parallela ipsi $AB$, erit $DG : FH = CD : CF = n+1 : 1$, ergo $FH = \frac{DG}{n+1}$. Sed $DG = BD - AC$, ergo $FH = \frac{BD - AC}{n+1}$. Ergo

$$AC + FH = EF = \frac{BD + n.AC}{n+1}, \text{ consequenter } (n+1)\, EF = n.AC + BD, \text{ Q. E. D.}$$

54. **Theorema 6.** Fig. 21. Sint $B$, $C$, $D$, $E$ extremitates rectarum, potentias puncto cuidam applicatas exprimentium, $M$ centrum potentiarum. Assumta quacunque recta $be$, ad eamque ex punctis $B$, $C$, $D$, $E$, item ex centro $M$ demittantur perpendicula $Bb$, $Cc$, $Dd$, $Ee$ et $Mm$, erit $Mm$, in numerum punctorum $B$,$C$, etc. ducta, aequalis summae perpendiculorum $Bb$, $Cc$, $Dd$, $Ee$.

**Demonstratio.** Juncta $BC$ bifariam secetur in $F$, ductoque perpendiculo $Ff$ erit

$$2Ff = Bb + Cc \quad (53).$$

Juncta $FD$ secetur in $G$, ut sit $FG : DG = 1 : 2$; demisso ex $G$ perpendiculo $Gg$, erit

$$3Gg = 2Ff + Dd = Bb + Cc + Dd.$$

Porro juncta $GE$, eaque secta in $M$, ut sit $GM : EM = 1 : 3$, erit $M$ centrum potentiarum in punctis $B$, $C$, $D$ et $E$ desinentium (48, 50); demittatur ex $M$ perpendiculum $Mm$, erit

$$4Mm = 3Gg + Ee\ (53) = Bb + Cc + Dd + Ee.$$

Simili modo de quocunque potentiarum numero demonstratur $Mm$, in numerum potentiarum ductam, aequari summae omnium $Bb$, $Cc$, $Dd$ etc. Q. E. D.

*Nota in marg.* Idem ex resolutione potentiarum potest demonstrari.

55. **Coroll.** Me non monente patet, si quae puncta ultra lineam $be$ cadant, perpendicula ex iis demissa in $be$ negativa accipi debere.

56. **Problema 7.** Fig. 22. Quotcunque potentiarum $BA$, $CA$, $DA$, $EA$, etc. puncto $A$ applicatarum invenire centrum $M$.

**Solutio.** Ducta quacunque recta $GH$, ex punctis $B$, $C$, $D$ et $E$ extremis potentiarum datarum, in eam rectam demittantur perpendicula $Bb$, $Cc$, $Dd$, $Ee$, quorum summa aequalis erit distantiae centri potentiarum $M$ a recta $GH$, ductae in numerum potentiarum (54). Erit ergo distantia centri potentiarum a recta $GH$ aequalis summae omnium perpendiculorum $Bb$, $Cc$ etc. divisae per numerum potentiarum. Accipiatur in $HJ$, normali in $GH$, distantia haec centri sic inventa $H\mu$. Dein demittantur ex punctis $B$, $C$, $D$, $E$ in rectam $HJ$ perpendicula, erunt haec $bH$, $cH$, $dH$, $eH$. Quorum summa divisa per numerum potentiarum exhibebit distantiam centri quaesiti a recta $HJ$; sit ea $Hm$. Compleatur rectangulum $HmM\mu$. Cum puncti $M$ distantia a $HG$ sit $Mm = H\mu$, et a $HJ$, sit $M\mu = Hm$, erit $M$ centrum potentiarum quaesitum. Q. E. I.

57. **Coroll. 1.** Ducta ergo $AM$, eaque pro numero potentiarum replicata, habebitur potentia omnibus aequivalens.

58. **Coroll. 2.** Fig. 23. Si numerus punctorum $B$, $C$, $D$, etc. sit infinitus, constituatque curvam continuam $BE$, simili modo invenietur centrum potentiarum. Quaeratur summa omnium distantiarum punctorum $M$, $m$ a recta $GH$, eaque dividatur per numerum punctorum, qui exprimetur curvâ $BME$, et obtinebitur distantia centri potentiarum a $GH$. Eodem modo quaeratur summa distantiarum singulorum curvae punctorum a recta $HJ$, qua divisa per curvam $BME$, obtinetur distantia ejusdem centri a recta $HJ$ et hoc modo determinabitur. Accipiatur elementum curvae quodvis $Mm$, quod dicatur $ds$; demittantur perpendicula $MP$, $mp$, sit $PM = y$, exprimet $yds$ summam distantiarum punctorum in $Mm$ contentorum a $GH$; ergo $\int yds$ exhibebit summam omnium punctorum in $BE$ distantiarum a $GH$. Ergo $\int yds : BME$ aequatur distantiae centri potentiarum a $GH$. Eodem modo demissis ex $M$ et $m$ in $HJ$ perpendiculis $MQ$, $mq$ dictoque $MQ = x$, erit distantia centri a $HJ = \int xds : BME$. Unde dabitur

59. **Exemplum.** Sit Fig. 24 curva parabola $AMC$ parametri $a$; sit $AP = x$, $PM = y$, $AB$ axis curvae, erit $yy = ax$, ergo

$$Mm = ds = \frac{dy}{a}\sqrt{(aa + 4yy)}, \quad \text{unde} \quad yds = \frac{ydy}{a}\sqrt{(aa + 4yy)};$$

$$\text{ergo} \qquad \int yds = \frac{1}{12a}(aa + 4yy)^{\frac{3}{2}} - \frac{aa}{12} = \frac{2}{3a}\left(\frac{aa}{4} + yy\right)^{\frac{3}{2}} - \frac{aa}{12}.$$

Sit $E$ focus, erit $AE = \frac{1}{4}a$, $PE = x - \frac{1}{4}a$, ergo

$$EM = \frac{1}{a}\left(\frac{aa}{4} + yy\right) \quad \text{et} \quad \frac{aa}{4} + yy = a.EM, \quad \text{consequenter} \quad \int yds = \frac{2}{3}EM\sqrt{a.EM} - \frac{aa}{12}.$$

Ducta tangente $MT$ et demisso ex foco $E$ perpendiculo $EN$, erit $EN = \frac{1}{2}\sqrt{a.EM}$, unde

$$\int yds = \frac{4EM.EN}{3} - \frac{4AE^2}{3} = \frac{4}{3}\cdot\frac{(EN^3 - AE^3)}{AE}.$$

Ergo distantia centri potentiarum arcus $AM$ ab axe $AB$ est $= \frac{4(EN^3 - AE^3)}{3AE.AM}$. Dein $xds = \frac{yydy}{aa}\sqrt{(aa + 4yy)}$,

cujus summa a rectificatione parabolae dependet; vocetur summa ejus $S$, erit distantia centri potentiarum a recta $AJ = \frac{S}{AM}$.

60. **Coroll. 3.** Fig. 25. Si curva $CBD$ habuerit duos ramos $BC$, $BD$ similes et aequales. Ducatur ejus diameter $BA$, ad eamque normalis $EF$. Patet centrum potentiarum in $CBD$ terminatarum in ipsam diametrum $AB$ incidere. Ad hoc centrum ergo determinandum, nonnisi distantiam ejus a recta $EF$ investigari oportet, modo § 58 tradito. Distantiae inde inventae accipiatur $AG$ aequalis, erit $G$ centrum quaesitum.

61. **Exemplum.** Fig. 26. Sit $CBD$ arcus circuli, cujus centrum $A$; bisecto arcu $CBD$ radio $AB$, ducatur ad eum normalis $AP$. Sit $AB = a$, $PM = y$, $AP = x$, erit $y = \sqrt{(aa - xx)}$ et $Mm = \frac{adx}{\sqrt{(aa - xx)}}$; unde $\int yds = \int adx = ax$. Adeoque summa distantiarum omnium punctorum in arcu $CBD$ erit $AB.CD$. Ergo distantia centri potentiarum $G$ ab $A$ erit $= \frac{AB.CD}{CBD} = AG$.

62. **Theorema 7.** Fig. 27. Si punctum $A$ attrahatur ad puncta $B$, $C$, $D$ et $E$ viribus, quae sunt ut distantiae a punctis iisdem, trahetur illud semper ad punctum fixum $M$, centrum potentiarum in punctis $B$, $C$, $D$, $E$ terminatarum, vi, quae est ut distantia ipsius $A$ ab $M$.

**Demonstratio.** Ductis rectis $AB$, $AC$, $AD$, $AE$, exponent hae rectae, quae sunt distantiae puncti $A$ ab $B$, $C$, $D$ et $E$, potentias, quibus $A$ respective ad haec puncta trahitur (per hypoth.); habemus ergo casum potentiarum hucusque tractatarum (26). Quare $A$ trahetur semper versus punctum fixum $M$ (51) centrum potentiarum, et vi, quae est ut distantia $AM$, ducta in punctorum numerum (57) i. e. numero punctorum dato atque manente, ut distantia $AM$. Q. E. D.

63. **Coroll.** Si ergo punctum $A$ ad quotcunque puncta $B$, $C$, $D$ et $E$ attrahatur in ratione distantiarum, idem est ac si illud ad unicum punctum $M$ traheretur in eadem ratione distantiarum.

64. **Scholion.** Hucusque potentiae expressae sunt per lineas in directionibus earum assumtas, ut inde deduceretur lex, qua punctum ad quotlibet alia data, ad quae urgetur vi, quae semper est ut distantia ab iisdem, trahitur. At si ad ea puncta attrahatur vi, quae sit ut functio quaevis distantiae ab iisdem punctis, ad inventionem legis, qua ad omnia simul urgetur, potentias per functiones linearum exprimere oportet; quocirca sequentia ad hoc obtinendum adjungo.

65. **Theorema 8.** Fig. 28. Si punctum $A$ urgeatur utcunque ad puncta $B$ et $C$ viribus, quae sint ut $P$ et $Q$, ducaturque linea $AD$ secans angulum $BAC$ ita, ut sit $\sin BAD : \sin CAD = Q : P$, exprimet $AD$ mediam directionem.

**Demonstratio.** Producantur lineae $AB$ et $AC$ in $b$ et $c$, ut sit $Ab : Ac = P : Q$; exprimen ergo hae lineae $Ab$, $Ac$ potentias, quibus punctum $A$ secundum rectas $AB$ et $AC$ sollicitatur. Juncta $bc$, erit $\sin BAD : \sin CAD = bD.Ac : cD.Ab = bD.Q : cD.P$. Est autem ex hyp.

$$\sin BAD : \sin CAD = Q : P, \quad \text{ergo} \quad Q : P = bD.Q : cD.P, \quad \text{consequenter} \quad bD = cD.$$

Quare erit $AD$ media directio (33). Q. E. D.

66. **Theorema 9.** Fig. 29. Urgeatur punctum $A$ ad $B$ et $C$ potentiis $P$ et $Q$, ducaturque media directio $AD$. Erit $BD : CD = Q.AB : P.AC$.

*

**Demonstratio.** Cum $AD$ sit media directio, erit $\sin BAD : \sin CAD = Q:P$ (65); sed est $\sin BAD : \sin CAD = BD.AC:CD.AB$, ergo

$$Q:P = BD.AC:CD.AB \text{ consequenter } BD:CD = Q.AB:P.AC. \quad \text{Q. E. D.}$$

67. **Coroll.** Si fuerit $P = b.AB^n$ et $Q = c.AC^n$, erit $BD:CD = c.AC^{n-1}:b.AB^{n-1}$. Si ergo puncta $B$ et $C$ in ratione reciproca duplicata distantiarum attrahant, erit $n = -2$, unde

$$BD:CD = c.AB^3:b.AC^3.$$

68. **Theorema 10.** Fig. 28. Puncto $A$ sollicitato ad $B$ et $C$ potentiis $P$ et $Q$, erit potentia aequipollens ad alteram datarum $P$ ut se habet sinus anguli $BAC$ ad sinum $CAD$, existente $AD$ media directione.

**Demonstratio.** Productis $AB$ et $AC$ in $b$ et $c$, ut sit $Ab:Ac = P:Q$, bisecta $bc$, exprimet $AD$ dimidium potentiae aequivalentis (33). Est autem

$\sin BAC : \sin CAD = bc.AD:cD.Ab$; sed $bc = 2cD$, ergo $\sin BAC : \sin CAD = 2AD:Ab =$ potentia aequivalens : $P$; ergo potentia aequivalens est ad $P$ ut $\sin BAC$ ad $\sin CAD$. Q. E. D.

69. **Coroll. 1.** Fig. 29. Juncta recta $BC$, quam media directio in $D$ secet, erit

$$\sin BAC : \sin CAD = BC.AD:CD.AB;$$

consequenter potentia aequivalens erit ad alterutram datarum, puta ad eam, quae secundum $AB$ agit, $P$, ut $BC.AD:CD.AB$.

70. **Coroll. 2.** Est autem $BD:CD = Q.AB:P.AC$ (66), ergo $BC:CD = Q.AB + P.AC:P.AC$. consequenter, potentia aequivalente dicta $Æ$, erit $Æ.AC.AB = P.AC.AD + Q.AB.AD$.

71. **Problema 8.** Fig. 30. Si punctum $A$ ad puncta quotcunque $B$, $C$, $D$, $E$, etc. attrahatur in ratione cujusvis functionis distantiarum $AB$, $AC$, $AD$, $AE$, etc., invenire mediam directionem harum potentiarum et potentiam aequivalentem.

**Solutio.** Producantur, si opus est, directiones $AB$, $AC$, $AD$, $AE$, etc. et accipiantur $Ab$, $Ac$, $Ad$, $Ae$, etc., quae se habeant ut eae functiones, adeoque exprimant potentias, quibus punctum $A$ secundum respectivas directiones sollicitatur. Quo facto media directio et potentia aequivalens ex §§ 56 et 57 determinabitur, demittendo ad invicem normales $FR$ et $LR$, ex punctis $b$, $c$, $d$, $e$, etc. perpendicula $bF$, $cG$, $dH$, $eJ$ et $bK$, $cL$, $dM$, $eN$, etc.; dein accipiendo $RP$ aequalem summae perpendiculorum in $FR$, divisae per numerum potentiarum, et denique ducendo perpendiculum $PO$, aequale summae perpendiculorum in $RL$, divisae per numerum potentiarum, erit $O$ centrum potentiarum; unde reliqua facile determinantur. Q. E. I.

72. **Problema 9.** Fig. 31. Si punctum $A$ ad singula puncta curvae $BM$ trahatur in ratione cujusvis functionis distantiarum, invenire mediam directionem et potentiam aequivalentem.

**Solutio.** Assumatur quodvis curvae elementum $Mm$, et dimittantur in $AB$ perpendicula $MP$, $mp$; dicatur $AP = x$, $PM = y$, $Am = z = \sqrt{(xx + yy)}$. Sit functio, secundum quam $A$ ad puncta elementi $Mm$ attrahitur, $Z$; producatur $Am$ in $N$, ut sit $AN = Z$, demittanturque perpendicula $NQ$

et $NT$; erit vis, qua $A$ ad $N$ sollicitatur ut $Z$ in numerum punctorum $Mm$; sit $Mm = ds$; erit haec vis $= Zds$. Fiat $z:y = Zds:\frac{Zyds}{z}$, quae exprimet potentiam secundum $NQ$ agentem, et $\frac{Zxds}{z}$ potentiam secundum $NT$. Ergo summa omnium perpendiculorum $NQ$ est $\int\frac{Zyds}{z}$, quae divisa per numerum punctorum in curva $BM$ $(s)$ dat $\int\frac{Zyds}{z}:s$. Huic aequalis accipiatur $AS$. Dein summa omnium perpendiculorum $NT = \int\frac{Zxds}{z}$, quae divisa per numerum potentiarum $s$, dabit distantiam centri potentiarum (56) a $AT$, nempe $SO = \int\frac{Zxds}{z}:s$; erit ergo $O$ centrum potentiarum (56), unde quaesita facile determinantur. Q. E. I.

73. **Coroll. 1.** Fig. 32. Si curva $BCD$ ita fuerit comparata, ut a recta $AC$ in duas partes similes et aequales dividatur, insuper autem functio $Z$ eadem maneat, manente $z$, palam est centrum potentiarum in ipsam $AC$ incidere, ad quod investigandum saltem accipiatur $AO = \int\frac{Zxds}{z}:s$; erit $O$ centrum potentiarum quaesitum: idque, si tantum ramus $CB$ consideretur, quia alter ipsi aequalis est et similis.

74. **Coroll. 2.** Patet dein vim omnibus aequivalentem esse $AO.s$ (57) seu manente $s$; positione autem puncti $A$ variata, erit vis aequivalens ut $AO$.

75. **Exemplum 1.** Sit curva attrahens (Fig. 33) linea recta $BC$ perpendicularis in $AB$, et $AB = a$, erit $x = a$, $BM = s = y$; ergo $AM = z = \sqrt{(aa + ss)}$, unde

$$AS = \int\frac{Zsds}{\sqrt{(aa+ss)}}:s \quad \text{et} \quad SO = \int\frac{Zads}{\sqrt{(aa+ss)}}:s.$$

Sit $Z = cz^n = c\,(aa + ss)^{\frac{n}{2}}$, erit

$$AS = \int csds\,(aa + ss)^{\frac{n-1}{2}}:s = \frac{c}{n+1}\cdot\frac{(aa+ss)^{\frac{n+1}{2}} + C}{s}.$$

Quia $AS$ evanescit si $s = 0$, erit $C = -a^{n+1}$, ergo

$$AS = \frac{c\,(aa+ss)^{\frac{n+1}{2}} - ca^{n+1}}{(n+1)\,s} \quad \text{et} \quad SO = \int acds\,(aa+ss)^{\frac{n-1}{2}}:s.$$

Quae expressio, quoties $\frac{n-1}{2}$ non est numerus integer affirmativus, non integrari potest. Si ergo Fig. 34 punctum $A$ ad duas rectas $BC$, $DE$ parallelas, aequidistantes ab $A$, aequales et in $BD$ normales attrahatur, quia tum $SO$ evanescit, erit

$$AO = \frac{c\,(aa+ss)^{\frac{n+1}{2}} - ca^{n+1}}{(n+1)\,s}.$$

76. **Exemplum 2.** Fig. 35. Attrahat recta $BC$, cum qua in directum jacet punctum $A$, erit $y = 0$, $BM = s$ ($AB$ posito $= a$), $AM = x = a + s$, $z = a + s$, erit

$$AO = \int\frac{Zds\,(a+s)}{a+s}:s = \frac{\int Zds}{s}.$$

Sit $Z = (a+s)^n$, erit $AO = \frac{(a+s)^{n+1} - a^{n+1}}{(n+1)\,s}$. Designet $s$ totam $BC$, ergo vis aequipollens

$=\frac{(a+s)^{n+1}-a^{n+1}}{n+1}$, seu ut $(a+s)^{n+1}-a^{n+1}$. Si $n=1$, erit haec vis ut distantia puncti $A$ a medietate lineae $BC$; si $n=-2$, erit vis aequivalens in ratione reciproca duplicata mediae proportionalis inter $AB$ et $AC$, seu erit reciproce ut rectangulum ex $AB$ in $AC$. At si sit $n=-1$, erit

$$AO=\int\frac{ds}{a+s}:s=l\left(\frac{a+s}{a}\right):s=\frac{l(a+s)-la}{s}.$$

Ergo vis aequivalens est ut log. $AC$ demto log. $AB$.

77. **Exemplum 3.** Fig. 36. Sit peripheria circuli $BMD$; ex centro $C$ erigatur perpendiculum $CA$ super ejus plano, in quo situm sit punctum $A$, quod a peripheria attrahatur. Sit radius $BC=a$, $AC=b$, erit $AM=\sqrt{(aa+bb)}$; unde in nostro casu $x=b$, $y=a$, $z=\sqrt{(aa+bb)}$. Sit centrum potentiarum $O$, erit enim in recta $AC$; erit

$$AO=\int\frac{Zxds}{z}:s=\int\frac{Zbds}{\sqrt{(aa+bb)}}:s=\frac{Zb}{\sqrt{(aa+bb)}} \text{ ob } Z \text{ constantem.}$$

Sit $\sqrt{(aa+bb)}=c$ et $Z=c^n$, erit $AO=bc^{n-1}$. Ergo tota vis $=bc^{n-1}p$, existente $p$ peripheria circuli. Sit $T$ punctum, in quo, si tota peripheria, eadem manente lege attractionis, congregeretur, $A$ eadem vi attraheretur; sit $AT=x$, erit vis $=x^np=bc^{n-1}p$, unde $x=b^{\frac{1}{n}}c^{\frac{n-1}{n}}=AT$. Si $n=1$, incidet $T$ semper in $C$, sin vero $n=-2$, erit $AT=c\sqrt{\frac{c}{b}}$.

78. **Exemplum 4.** Fig. 37. Attrahatur punctum $A$ a tota circuli $CBb$ area. Assumatur circulus quivis concentricus $CMN$ radio $CM=y$, et ejus peripheria $\frac{py}{r}$, posita ratione radii ad peripheriam $r:p$; erit vis, qua punctum $A$ a peripheria hac $MN$ trahitur $=b(bb+yy)^{\frac{n-1}{2}}py:r$. Ergo vis, qua a limbo $MNmn$, posito $Mm=dy$, attrahitur, erit $b(bb+yy)^{\frac{n-1}{2}}pydy:r$, quae expressio integrata exhibet vim, qua punctum $A$ a circulo $CMN$ attrahitur, nempe

$$bp(bb+yy)^{\frac{n+1}{2}}:(n+1)r-b^{n+2}p:(n+1)r.$$

Sit $CB=a$, erit vis, qua a toto circulo $CBb$ trahitur

$$=bp(aa+bb)^{\frac{n+1}{2}}:(n+1)r-b^{n+2}p:(n+1)r.$$

Ad inveniendum punctum, in quo, si totus circulus congestetur, punctum $A$ eodem modo urgeretur, ponatur hujus puncti $T$ ab $A$ distantia $AT=x$, erit vis attractiva inde orta $=x^npaa:2r$, ergo

$$x=\sqrt[n]{\frac{2b}{(n+1)aa}\left((aa+bb)^{\frac{n+1}{2}}-b^{n+1}\right)}=\left(\frac{2b(aa+bb)^{\frac{n+1}{2}}-2b^{n+2}}{(n+1)aa}\right)^{\frac{1}{n}}.$$

79. **Exemplum 5.** Fig. 38. Attrahatur punctum $A$ a superficie sphaerica, genita revolutione semiperipheriae $BMD$ circa diametrum $BD$. Dicatur $AC=b$, $BC=a$, et assumto puncto quovis $M$, ductaque applicata $MP$, sit $CP=x$, erit $AP=b-x$, $PM=\sqrt{(aa-xx)}$; erit vis, qua punctum $A$ a peripheria a puncto $M$ genita trahitur, $AP.AM^{n-1}.p.PM:r$. Est vero

$$AM=\sqrt{(aa+bb-2bx)}, \text{ unde haec vis } =(b-x)(aa+bb-2bx)^{\frac{n-1}{2}}p\sqrt{(aa-xx)}:r.$$

Assumto puncto proximo $m$, erit $Mm = \frac{-adx}{\sqrt{(aa-xx)}}$, unde vis, qua $A$ a limbo a $Mm$ genito trahitur,

$$= -apdx\,(b-x)\,(aa+bb-2bx)^{\frac{n-1}{2}} : r.$$

Sit $b-x=z$, erit haec vis $= apzdz\,(aa-bb+2bz)^{\frac{n-1}{2}} : r$. Ergo vis a producto arcus $BM$ genita

$$= \frac{ap\,(aa-bb+2bz)^{\frac{n+3}{2}}}{2rbb\,(n+3)} + \frac{ap\,(bb-aa)\,(aa-bb+2bz)^{\frac{n+1}{2}}}{2rbb\,(n+1)} - \frac{ap\,(b-a)^{n+3}}{2rbb\,(n+3)} - \frac{ap\,(b+a)\,(b-a)^{n+2}}{2rbb\,(n+1)}.$$

Ergo vis a tota superficie sphaerica orta est

$$= \frac{ap\,(a+b)^{n+3} - ap\,(b-a)^{n+3}}{2rbb\,(n+3)} + \frac{ap\,(b-a)\,(a+b)^{n+2}}{2rbb\,(n+1)} - \frac{ap\,(b+a)\,(b-a)^{n+2}}{2rbb\,(n+1)}.$$

Si $n=1$, abit haec expressio in $\frac{2aabp}{r}$; ut ergo attractiones sint ut distantiae a centro, et eodem modo se habeant ac si tota superficies ibi esset congesta. Si $n=-2$, erit vis attractiva $=\frac{2aap}{rbb}$, quae est reciproce ut quadratum distantiae a centro, et eodem fit modo ac si tota superficies in centro congregetur. Hoc modo res se habet, si $A$ sit extra superficiem; sin vero intra in $P$, erit vis, qua a $BM$ trahitur

$$= \frac{ap\,(aa-bb)^{\frac{n+3}{2}}}{(n+3)\,(n+1)\,rbb} + \frac{ap\,(a-b)^{n+3}}{2rbb\,(n+3)} - \frac{ap\,(a+b)\,(a-b)^{n+2}}{2rbb\,(n+1)}.$$

Et a genito ex $DM$, $\quad = \frac{ap\,(aa-bb)^{\frac{n+3}{2}}}{(n+3)\,(n+1)\,rbb} + \frac{ap\,(a+b)^{n+3}}{2rbb\,(n+3)} - \frac{ap\,(a-b)\,(a+b)^{n+2}}{2rbb\,(n+1)}.$

Trahetur ergo ad $C$ vi

$$= \frac{ap\,(a+b)^{n+3} - ap\,(a-b)^{n+3}}{2rbb\,(n+3)} + \frac{ap\,(a+b)\,(a-b)^{n+2} - ap\,(a-b)\,(a+b)^{n+2}}{2rbb\,(n+1)}.$$

Sit $n=1$, erit vis rursus $=\frac{2aabp}{r}$; si $n=-2$, erit haec vis $=0$. Nempe intra superficiem versus omnes plagas aequaliter trahitur. Id notandum, quod si $n$ sit numerus impar, expressionem attractionis extra et intra esse eandem; at si sit $n$ numerus par, tum eam esse diversam.

80. **Exemplum 6.** Attrahatur punctum $A$ a tota sphaera genita convolutione semicirculi $BMD$ circa axem $BD$, et vis, qua ad quamvis particulam attrahitur, sit ut potentia $n$ distantiae. Manentibus iisdem denominationibus ac in § praeced., erit vis, qua $A$ ad circulum revolutione $MP$ genitum attrahitur,

$$= \frac{AP.p}{(n+1)\,r}\left(AM^{n+1} - AP^{n+1}\right) = \frac{pz}{(n+1)\,r}\left((aa-bb+2bz)^{\frac{n+1}{2}} - z^{n+1}\right)$$

ergo vis, qua a genito elementi $PpmM$ trahitur, est

$$\frac{pzdz}{(n+1)\,r}\left((aa-bb+2bz)^{\frac{n+1}{2}} - z^{n+1}\right),$$

cujus integrale est

$$\frac{p\,(aa-bb+2bz)^{\frac{n+5}{2}} - p\,(b-a)^{n+5}}{2\,(n+1)\,(n+5)\,rbb} + \frac{p\,(bb-aa)\,(aa-bb+2bz)^{\frac{n+3}{2}} - p\,(bb-aa)\,(b-a)^{n+3}}{2\,(n+1)\,(n+3)\,rbb} - \frac{pz^{n+3} + p\,(b-a)^{n+3}}{(n+1)\,(n+3)\,r},$$

quod exprimit vim, qua $A$ a frusto globi ab $BPM$ genito attrahitur. Vis autem, qua a toto globo trahitur, est

$$=\frac{p(b+a)^{n+5}-p(b-a)^{n+5}}{2(n+1)(n+5)rbb}-\frac{p(bb+aa)(b+a)^{n+3}+p(bb+aa)(b-a)^{n+3}}{2(n+1)(n+3)rbb}=$$

$$\frac{p(nab+3ab-aa-bb)(b+a)^{n+3}+p(nab+3ab+aa+bb)(b-a)^{n+3}}{(n+1)(n+3)(n+5)rbb}.$$

Si $n=1$, erit attractio $=\frac{-2pba^3}{3r}$; attrahetur ergo $A$ in ratione distantiae a centro, et eodem modo ac si totus globus in centro esset collectus. Si $n=-2$, erit attractio $=\frac{2pa^3}{3rbb}$, eodemque modo se habet ac si totus globus in centro esset coadunatus. Si punctum $A$ sit intra globum in $P$, erit vis, qua a solido a segmento $BPM$ genito trahitur,

$$=\frac{p(aa-bb)^{\frac{n+5}{2}}+p(a-b)^{n+5}}{2(n+1)(n+5)rbb}-\frac{p(bb+aa)(a-b)^{n+3}-p(aa-bb)^{\frac{n+5}{2}}}{2(n+1)(n+3)rbb};$$

reliqua vero globi pars attrahit vi, quae est

$$=\frac{p(aa-bb)^{\frac{n+5}{2}}+p(a+b)^{n+5}}{2(n+1)(n+5)rbb}-\frac{p(bb+aa)(a+b)^{n+3}-p(aa-bb)^{\frac{n+5}{2}}}{2(n+1)(n+3)rbb}$$

trahitur ergo ad centrum globi vi

$$\frac{-p(a-b)^{n+5}+p(a+b)^{n+5}}{2(n+1)(n+5)rbb}-\frac{p(bb+aa)(a+b)^{n+3}+p(bb+aa)(a-b)^{n+3}}{2(n+1)(n+3)rbb}=$$

$$\frac{p(-aa-bb+nab+3ab)(a+b)^{n+3}+p(nab+3ab+aa+bb)(a-b)^{n+3}}{(n+1)(n+3)(n+5)rbb}.$$

Ubi notandum, si $n$ sit numerus impar, hanc formulam a superiore non differre; at si sit $n$ numerus par, valde fore diversam, ut si sit $n=-2$, erit vis $=\frac{2pb}{3r}$. Ergo intra globum attrahitur in ratione distantiae a centro.

81. **Scholion.** Cum iis in casibus, ubi $n$ est numerus par, formula vim attractricem exprimens, duplex haberi debeat, prout punctum $A$ sit extra vel intra figuram attrahentem. Videtur hic lex continuitatis non servari, cum tractio modo hanc, modo illam legem sequatur. Ad hoc dubium tollendum, dico vim attractivam talem algebraice non posse exprimi. Haec enim vis expressio: $x^n$, si $n$ est par, non congruit cum hypothesi attractionis: Sit enim (Fig. 39) punctum attrahens $C$, attractum $A$, $AC=x$, et vis, qua $A$ ad $C$ trahitur $x^n$, quae exhibet vim, qua $A$ deorsum tendit. Transferatur $A$ in $a$, ut sit $Ca=-x$; erit denuo vis, qua deorsum tendit, $=(-x)^n=$ (ob $n$ numerum parem) $x^n$; oporteret ergo $a$ denuo deorsum ad $D$ tendere; at ex hypoth. debet versus $C$ trahi, unde haec expressio . . . . . et correctione opus habet. Sin autem $n$ numerus impar, erit attractio deorsum versus $D=-(x)^n$ i. e. sursum tum trahetur, ob signum —, secundum legem attractionis.

82. **Axioma.** Fig. 40. Si punctum $C$ adjaceat firmo obstaculo $AB$, eique applicata sit potentia trahens $CD$, normalis in $AB$, punctum $C$ nihilominus quiescet. Obstaculum autem $AB$ premet

potentia, quae aequalis est potentiae *CD*. Si vero puncto *C* plures potentiae applicatae fuerint, id quiescet, si media directio in obstaculum fuerit normalis.

83. **Coroll. 1.** Fig. 41. Si ergo grave seu pondus *C* incumbat firmo obstaculo *AB*, quiescet illud, at subjectum obstaculum *AB* premet potentia aequali ejus ponderi (6).

84. **Coroll. 2.** Fig. 42. Si autem puncto *C* duae potentiae *CD* et *CE* oppositae fuerint applicatae, quarum utraque in *AB* normalis, patet si *CD* fuerit major *CE*, punctum *C* in quiete permanere, et obstaculum *AB* premere excessu potentiae *CD* super *CE*, at si $CE = CD$, ob statum aequilibrii (19), *C* quiescere et prorsus non obstaculum *AB* premere. Sin vero *CE* major fuerit quam *CD*, tum *C* amplius quiescere non posse, sed eodem modo in recta *CE* procedere, ac si differentia potentiarum $CE - CD$ illuc traheretur.

85. **Coroll. 3.** Fig. 43. Si ergo puncto *C* potentia *CD*, perpendicularis in tangentem *ab* obstaculi curvilinei *ACB* applicata sit, me non monente patet, eodem modo *C* in quiete permansurum, ac si *ab* designaret obstaculum, quoniam *ab* et *ACB* in puncto contactus *C* coincidunt.

86. **Scholion.** Veritas axiomatis inde patet, quod ob firmitatem obstaculi *C* (Fig. 40) directionem *CD* sequi non possit, et nulla adsit ratio, quare potius versus *A* quam *B* moveretur.

87. **Problema 10.** Fig. 44. Puncto *O* obstaculo *AB* adjacente, eique potentia *OC* applicata, invenire potentiam ei insuper applicandam, ut *O* in quiete permaneat.

**Solutio.** Potentia *OC* resolvatur in potentias laterales *OD*, *OE*, complendo parallelogrammum rectangulum *CDOE*, quarum *OE* est normalis in *AB*, altera vero *OD* agit secundum directionem obstaculi *AB*. Aequivalet potentia *OC* duabus *OE* et *OD* simul agentibus (38). Potentia autem *OE* puncto *O* nullum motum valet imprimere (82); adeoque non opus est hanc potentiam, applicatione contrariae, destruere. Altera vero *OD* punctum *O* libere valet secundum *OD* promovere, quia obstaculum ejus actionem non impedit; haec ergo applicatione contrariae, eique aequalis *OF* destruatur. Punctum *O*, applicata ei insuper potentia *OF*, in quiete persistet; obstaculum vero *AB* premetur potentia *OE*. Persistet autem *O* etiam in quiete, si potentia *OE* vel prorsus vel ex parte destruatur (84), applicata ergo $OJ = OE$. Duae potentiae *OF* et *OJ* simul, seu quae iis aequivalet *OH* (38) servabit *O* in quiete, et in hoc casu est $OH \doteq OC$, eique directe contraria. Deinde si saltem *OG*, quae minor est quam *OJ*, applicetur, conservabit *OK*, aequivalens ipsis *OG* et *OF*, denuo quietem. Quocirca ducta *FH* parallela et aequali ipsi *OE*, omnes rectae *OK*, quae ex *O* ad *FH* duci possunt, exhibebunt potentias una cum *OC*, in quiete punctum *O* conservantes. Poterit porro *OE*, quantum libet, augeri, et nihilominus quietis status conservabitur. Applicetur ergo, praeter *OF* destruentem *OD*, potentia *OL*: haec duae *OF* et *OL* simul, seu iis aequivalens *OM* denuo *O* in quiete servat. Ergo si producetur *CO* in *H*, ut sit $OH = CO$, atque ex *H* demittatur infinita recta *HR* perpendicularis in *AB*, quaecunque recta ex *O* ad eam ducta *OK*, *OM* punctum *O* in quiete conservabit. Q. E. I.

*Script. ad marg.* Melius haec solutio adornatur, praemittendo constructionem.

88. **Coroll. 1.** Problema ergo hoc infinitas admittit solutiones, cum infinite possint applicari potentiae, cum data *OC* statum quietis servantes.

89. **Coroll. 2.** Ex solutione manifestum est, conferendo cum ea § 84, quanta vi obstaculum $AB$, in quo vis casu prematur, nempe applicata potentia $OK$ vel $OM$, obstaculum premetur vi, quae exponitur recta $HK$ vel $HM$. Cum in priori casu sit $HK = OE - OG$, in posteriori $HM = OE + OL$.

90. **Coroll. 3.** Fig. 45. Si ergo fuerit obstaculum $AB$ ad horizontem inclinatum, eique incumbat punctum grave $O$, seu cui applicata est potentia verticalis $OC$: patet quomodo id in statu quietis servari debet. Erecta nempe verticali $OH = OC$, ducatur infinita $HR$, directionem $AB$ obstaculi in $F$ normaliter secans. Quaelibet recta $OK$, $OM$, ex $O$ ad hanc $HR$ ducta, exhibet potentiam, cum $OC$ statum quietis servantem. Et loco harum potentiarum poterunt pondera adhiberi (12).

91. **Scholion.** Facile patet, quare perpendiculum $HF$ in plagam $R$ in infinitum liceat producere non item ultra $H$. Cum enim pressio, quam sustinet obstaculum $AB$, sit proportionalis ipsi $KH$ electa potentia $OK$. Si ergo applicetur potentia $OH$, pressio haec evanescet. Sin autem potentia ultra $OH$ accipiatur, vis obstaculum premens erit negativa. Ergo (84) punctum $O$ directe ab obstaculo removeretur.

92. **Theorema 11.** Fig. 46. Puncto $O$ obstaculo $AB$ adjacenti, applicatis potentiis $CO$, $OD$, id in quiete conservantibus, erunt potentiae $OC$ et $OD$ inter se reciproce ut cosinus angulorum $AOC$, $BOD$, quos cum $AB$ constituunt.

**Demonstratio.** Cum $OC$ et $OD$ quietem conservent, patet ex solutione problematis praecedentis, demissis in $AB$ perpendiculis $CE$, $DF$, fore $OE = OF$. Est autem $\cos AOC = \frac{OE}{OC}$ et $\cos BOD = \frac{OF}{OD}$, unde erit $\cos AOC : \cos BOD = OE.OD : OF.OC = OD : OC$. Ergo $OC : OD = \cos BOD : \cos AOC$. Q. E. D.

93. **Coroll. 1.** Obstaculum autem $AB$ premitur potentia, quae est $= CE - DF$; exprimit autem $CE$ tangentem anguli $AOC$ et $DF$ tangentem anguli $BOD$, ob radios $OE$, $OF$ aequales. Premitur ergo obstaculum $AB$ potentia, quae est ut $\tang AOC - \tang BOD$. Cavendum igitur, ne haec expressio negativa evadat, quo in casu $O$ ex statu quietis exturbabitur (91).

94. **Coroll. 2.** Fig. 47. Si fuerit planum $AB$, cum horizonte $AE$ angulum $BAE$ constituens, eique incumbat grave $O$, seu cui applicata est potentia verticalis $OC$, trahaturque $O$ quoque a pondere $P$ secundum $OD$. Ad id, ut $O$ in quiete servetur, requiritur ut sit pondus $P$ ad pondus puncti $O$, seu ad vim, qua deorsum niti supponitur, ut $\cos AOC : \cos BOD = \sin BAE : \cos BOD$ id est, ut sinus anguli inclinationis plani, ad cosinum anguli, quem directio $OD$ cum plano $AB$ conficit.

95. **Coroll. 3.** Fig. 48. Si ergo angulus $DOB$ evanescit, recta $DO$ incidente in $AB$, erit cosinus hujus anguli = sinui toto. Erit ergo $P$ ad pondus ipsius $O$ ut sinus ang. $BAE$ ad sinum totum, i. e. ut $BE$ ad $AB$.

96. **Theorema 12.** Fig. 49. Si fuerint duo pondera $O$ et $o$, planis inclinatis $AB$ et $ab$ incumbentia, cum horizontalibus $AE$, $ae$ angulos $BAE$, $bae$ constituentibus, sintque ea pondera $O$ et $o$ juncta filo $ODo$, supra clavum firmum $D$ protenso, aequilibrium habebitur, si ex utraque parte factum ex pondere in sinum anguli inclinationis applicatum ad cosinum anguli, quem filum cum directione plani constituit, fuerit idem.

**Demonstratio.** Ut pondus $O$ in quiete conservetur, oportet, ut filum $OD$ trahatur seu tendatur potentia, quae est $=\frac{O\sin BAE}{\cos DOB}$ (94). Hac ergo vi conabitur $O$ filum $OD$ promovere. Eodem modo pondus $o$ tendet filum $Do$ vi $=\frac{o\sin bae}{\cos Dob}$ (cit.), quae duae expressiones, ut aequilibrium obtineatur, debent esse aequales. Etenim in statu aequilibrii necesse est, ut filum ex utraque parte aequaliter trahatur. Consequenter in statu aequilibrii oportet, ut sit $\frac{O\sin BAE}{\cos DOB}=\frac{o\sin bae}{\cos Dob}$. Q. E. D.

97. **Coroll. 1.** Fig. 50. Incumbat pondus $O$ curvae $AOB$, cujus tangens $OT$, sitque id alligatum filo in $D$ firmato, ducaturque verticalis $DP$, in hancque perpendiculum $OP$. Erit vis filum $OD$ tendens $=\frac{O\sin TOP}{\cos DOT}$. Est autem $\sin TOP=\frac{PT}{OT}$, et demisso ex $T$ in $OD$ perpendiculo $TQ$, $\cos TOQ=\frac{OQ}{OT}$, ergo $\frac{O\sin TOP}{\cos TOQ}=\frac{O.PT}{OQ}$. Ad has determinandas vocetur

$$DP=x,\quad PO=y,\quad DO=\sqrt{(xx+yy)}=z,\quad PT=t;$$

erit ob triangula $DQT$, $DPO$ similia, $DQ=\frac{xx-tx}{z}$, unde $OQ=\frac{zz-xx+tx}{z}=\frac{yy+tx}{z}$, hincque vis filum $OD$ tendens $=\frac{O.tz}{yy+tx}$.

98. **Coroll. 2.** Quia $t$ est subtangens, erit ex natura tangentium $t=\frac{ydx}{dy}$, unde

$$\frac{O.tz}{yy+tx}=\frac{O.zydx}{yydy+yxdx}=\frac{O.zdx}{ydy+xdx}.$$

Est autem $ydy+xdx=zdz$; unde vis filum $OD$ tendens erit $=\frac{O.dx}{dz}$.

99. **Problema 11.** Fig. 51. Junctis ponderibus $O$ et $o$ filo $ODo$ super clavo $D$ mobili, et eorum alterutro ubicunque super curva $AB$ data posito. Determinare alteram curvam $ba$, super qua, si alterum $o$ incumbat, semper habeatur aequilibrium.

**Solutio.** Ducta verticali $DP$, in eamque demissis perpendiculis ex $O$ et $o$, $OP$ et $op$, dicatur fili longitudo $OD+Do=a$, $DP=x$, $DO=z$, erit $Do=a-z$, sitque $Dp=v$. Erit vis, qua filum $DO$ a pondere $O$ trahitur $=\frac{O.dx}{dz}$ (98); et eodem modo tendetur filum $Do$ a pondere $o$ vi $=\frac{o.dv}{-dz}$. Hae duae vires tendentes filum $ODo$, ut aequilibrium obtineatur, debent esse aequales; est ergo $\frac{Odx}{dz}=\frac{odv}{-dz}$, hincque $Odx=-odv$; consequenter integrando erit $Ox=ob-ov$, ubi pro $b$ quaecunque data accipi potest. Est ergo $x=\frac{o(b-v)}{O}$. Dein dictis $PO=y$ et $po=t$, erit

$$a=\sqrt{(xx+yy)}+\sqrt{(vv+tt)}=\frac{\sqrt{(oo(b-v)^2+OOyy)}}{O}+\sqrt{(vv+tt)}$$

ergo $oo(b-v)^2+OOyy=aaOO+OOvv+OOtt-2OOa\sqrt{(vv+tt)}$, consequenter

$$y=\sqrt{\left(aa+vv+tt-2a\sqrt{(vv+tt)}-\frac{oo(b-v)^2}{OO}\right)}.$$

Hi valores ipsorum $x$ et $y$, si in aequatione inter $x$ et $y$ pro curva data $BOA$ substituantur, orietur aequatio inter $v$ et $t$ pro curva quaesita $boa$. Q. E. I.

100. **Coroll.** Est ergo, sumto $DO+Do=a$, $DP.O+Dp.o$ quoque constans. Si ergo fuerit $O=o$, erit summa abscissarum $DP+Dp$ constans, sumta $DO+Do$ constante. Patet ergo quomodo data una, altera facile construi possit.

*

101. **Exemplum 1.** Fig. 52. Sit curva data recta $DO$, per $D$ transiens, et $y = nx$; erit ad alteram curvam:

$$\sqrt{\left(aa + vv + tt - 2a\sqrt{(vv+tt)} - \frac{oo(b-v^2)}{OO}\right)} = \frac{no(b-v)}{O}.$$

Ergo $\frac{(nn+1)oo}{OO}(b-v)^2 = (a - \sqrt{(vv+tt)})^2$, unde $\frac{o(b-v)}{O}\sqrt{(nn+1)} = a - \sqrt{(vv+tt)}$.

Sit $\sqrt{(nn+1)} = m$, erit $Oa - mob + mov = O\sqrt{(vv+tt)}$, quae est aequatio ad hyperbolam vel ellipsin, prout $mo$ majus vel minus est quam $O$; sin autem $mo = O$, erit curva quaesita parabola. Si $Oa = mob$, erit $Ot = v\sqrt{(mmoo - OO)}$, etiam pro recta per $D$ transeunte.

102. **Exemplum 2.** Fig. 53. Sit curva data circuli quadrans $DOA$ per $D$ transiens. Erit dicto radio $DC = c$, $yy = 2cx - xx$. Substitutis loco $y$ et $x$ valoribus inventis (99), erit

$$(a - \sqrt{(tt+vv)})^2 = \frac{oo(b-v)^2}{OO} + \frac{2oc(b-v)}{O} - \frac{oo(b-v)^2}{OO} = \frac{2oc(b-v)}{O}$$

consequentér
$$aa + tt + vv - \frac{2oc(b-v)}{O} = 2a\sqrt{(tt+vv)}.$$

Quae aequatio exhibet curvam quarti ordinis. Si $aa = \frac{2obc}{O}$, erit

$$tt + vv + \frac{aav}{b} = 2a\sqrt{(tt+vv)}.$$

103. **Scholion.** Obiter hic moneo inservire hanc curvam pontibus elevandis. Si enim $OC$ designet pontem, circa $C$ mobilem: dum is elevatur, punctum extremum $O$ movetur in quadrante $AOD$. Si ergo altera curva $Doa$ dicto modo construatur et pondus debitum $o$ funi, circa trochleam in $D$ circumplicato, appendatur, in quocunque situ pontis, pondus $o$ eum in aequilibrio conservabit, ut ergo minima vis, hoc aequilibrium tollens, pontem attollere et rursus demittere possit. Ratio hujus autem in sequentibus, ubi de natura vectis dissceretur, quaeri debet.

104. **Problema 12.** Fig. 54. Si pondera $O$ et $o$ fuerint aequalia, determinare casus, quibus curvae $BA$ et $Ba$ sunt inter se eaedem et similiter applicatae.

**Solutio.** In statu quocunque $ODo$ demissis perpendiculis $OP$, $op$, erit $DP + Dp$ constans; accepta ergo $DC = \frac{DP+Dp}{2}$, erit $C$ punctum fixum, ergo semper $CP = Cp$. Dicatur $CP = x$, erit $Cp = -x$, sit $DC = b$, erit $DP = b + x$ et $Dp = b - x$. Exprimatur $DO$ per functionem ipsius $P$, quae, si loco $x$ substituatur $-x$, abeat in $p$ Designabit ergo $p$ rectam $Do$; oportet igitur, ut sit $P + p$ constans (100); ponatur $P + p = 2a$. Erit ergo $P = a + Q$ et $p = a - Q$; ut autem $P$ abeat in $p$, si loco $x$ substituatur $-x$, patet $Q$ talem esse debere ipsius $x$ functionem, quae abeat in $-Q$, posito $-x$ loco $x$. Unde loco $Q$ subrogari possunt $x$, $x^3$, $x^5$ etc. $x^{\frac{n}{m}}$, si $n$ numerus impar et $m$ par, etiam $x\sqrt{(cc+xx)}$ et hujusmodi infinitae, quae facile determinantur. Est ergo $DO = a + Q$; sit $PO = y$, erit

$$yy + bb + 2bx + xx = aa + 2aQ + QQ. \quad \text{Q. E. I.}$$

105. **Exemplum.** Sit $Q = hx$, erit $yy + xx(1 - hh) + 2x(b - ah) + bb - aa = 0$, quae aequatio, si $1 > h$, est ad ellipsin, si autem $1 < h$, ad hyperbolam; si vero $1 = h$, ad parabolam. Erit tum $yy = 2x(a - b) + aa - bb$; erit ergo $BC = \frac{a+b}{2}$ et $DB = \frac{b-a}{2}$. Sit

$$BP = t = x + \frac{a+b}{2}, \text{ ergo } x = t - \frac{a-b}{2}, \text{ consequenter } yy = 2t(a - b);$$

est ergo curva parabola, cujus parameter $= 2a - 2b$. Facta ergo Fig. 55 parabola $OBo$, cujus axis verticalis $BC$, constitui debet punctum fixum $D$ in foco. Punctum $C$ autem ubi lubet accipi potest. Et dein longitudo fili erit $= 2BC + 2BD$, atque hoc modo parabola satisfacit. Sin autem fuerit $\frac{b - ah}{hh - 1} = \sqrt{\frac{-bb + aa}{hh - 1}}$, erit $a = hb$ et $\frac{by}{\sqrt{(aa - bb)}} = b + x$, seu $by = (b + x)\sqrt{(aa - bb)}$ pro linea recta per $D$ transeunte.

106. **Theorema 13.** Fig. 56. Si duo pondera $O$ et $o$, filo rigido $Oo$ alligata, incumbant respective planis inclinatis $AB$ et $Ab$, erunt ea in aequilibrio, si fuerit $O$ ad $o$ ut (ducta horizontali $Bb$) factum ex $BA$ in $\cos . AOo$ ad factum ex $Ab$ in $\cos . AoO$.

**Demonstratio.** Accepto in $Oo$ puncto quocunque $D$, patet ad aequilibrium obtinendum, punctum tanta vi versus $o$ trahi debere, quanta versus $O$ trahitur. Etenim ut $O$ in statu suo conservetur, oportet ut filum $OD$ ad $D$ certa vi trahatur. Sed $o$, quia descendere conatur, filum $oD$ certa vi trahit; hae ergo vires ad aequilibrium obtinendum aequales esse debent. Vis autem, qua $OD$ versus $D$ trahi debet, est $= \frac{O . \sin ABb}{\cos AOo}$; vis vero, qua $o$ filum $Do$ tendit, est $= \frac{o \sin AbB}{\cos AoO}$. Oportet ergo ut sit $\frac{O \sin ABb}{\cos AOo} = \frac{o \sin AbB}{\cos AoO}$; sed $\sin ABb : \sin AbB = Ab : AB$, ergo

$$O : o = AB \cos AOo : Ab \cos AoO. \quad \text{Q. E. D.}$$

107. **Coroll. 1.** Ex demonstratione patet esse etiam $O : o = \frac{\cos AOo}{\sin ABb} : \frac{\cos AoO}{\sin AbB}$.

*Script. ad marg.* Corollarium hoc in theorema, theorema vero in corollarium mutetur.

108. **Coroll. 2.** Fig. 57. Si lineae $AB$, $Ab$ fuerint parallelae, obtinebitur ob $\sin ABb = \sin AbB$ et $\cos AOo = -\cos AoO$, haec analogia $O : o = -1 : 1$ i. e. $O = -o$, seu alterutrum corpus sursum tendere debet, ut figura annexa monstrat.

109. **Coroll. 3.** Fig. 58. Si altera linea $Ab$ fuerit horizontalis, erit $AB : Ab = 0 : 1$, hincque $O : o = 0 . \cos AOo : \cos AoO$. Quia autem $O : o$ datur, oportet ut sit $\cos AoO = 0$ seu ang. $AoO$ rectus.

110. **Coroll. 4.** Fig. 59. Si altera linea $AB$ fuerit verticalis, erit $O : o = \frac{\cos AOo}{1} : \frac{\cos AoO}{\sin AbB}$, ergo $\cos AOo : \cos AoO = O . Ab : o . AB$. Constructio hujus ex sequenti generali patebit.

111. **Coroll. 5.** Fig. 60. Sint latera $AB$, $Ab$ utcunque posita, et $Bb$ sit horizontalis; oportet sit $O : o = AB \cos AOo : Ab \cos AoO$, erit $\cos AOo : \cos AoO = O . Ab : o . AB$. Ad $Oo$ erigatur normalis $OE$, ipsi $bA$ productae in $E$ occurrens. Erit

$$\sin EOA = \cos AOo \quad \text{et} \quad \sin AEO = \cos AoO;$$

sed $\sin EOA : \sin AEO = AE : AO$. Ergo haec habetur analogia $AE : AO = O . Ab : o . AB$. Datur igitur ratio ipsius $AE$ ad $AO$, unde haec oritur constructio. Cum detur ratio ponderum, producatur

(Fig. 61) $bA$ in $F$, ut sit $AF:AB = O.Ab:o.AB$, seu accipiatur $AF = \frac{O.Ab}{o}$ i. e. $o:O = Ab:AF$. Jungatur $BF$ et in eam ex $A$ demittatur perpendicularis $AD$, aequalis longitudini fili datae. Ex $D$ ducatur parallela ipsi $Ab$, alteram $AB$ in $O$ secans, et ex $O$ parallela ipsi $AD$ applicetur $Oo$, exhibebit haec $Oo$ positionem fili ad aequilibrium requisitum.

112. **Problema 13.** Fig. 62. Data una curva $AO$, invenire alteram $Ao$ ejus conditionis, ut pondera $O$ et $o$, filo $Oo$ alligata, quomodocunque applicata, sint in aequilibrio.

**Solutio.** Sit situs fili $Oo$; utriusque curvae axis verticalis $AC$; ducantur applicatae $OP$, $op$, nec non tangentes $OT$, $ot$, plana, quibus pondera incumbunt, exhibentia. Sit $Oo = a$ et $AP = x$, $PO = y$; in altera curva $Ap = v$, $po = z$. Erit primo $Oo^2 = Pp^2 + (PO + po)^2$ i. e. $aa = (y+z)^2 + (x-v)^2$. Dein ex § 107 est $O:o = \frac{\cos TOC}{\sin TOP} : \frac{\cos toC}{\sin top}$. Demisso ex $T$ in $Oo$ productam perpendiculo $TQ$, erit $\cos TOC = \frac{OQ}{OT}$ et $\sin TOP = \frac{TP}{OT}$, ergo $\frac{\cos TOC}{\sin TOP} = \frac{OQ}{PT}$. $OQ$ autem sic invenitur: Ob triangula similia $OCP$ et $TCQ$ fac $OC:CP = TC:CQ$; ad obtinendum $OC$ fiat $y+z:a = y:\frac{ay}{y+z} = OC$; ad $CP$ fiat $y+z:x-v = y:\frac{y(x-v)}{y+z} = CP$, et $TC = TP - CP = \frac{ydx}{dy} - \frac{y(x-v)}{y+z}$; est ergo

$$CQ = \frac{ydx(x-v)}{ady} - \frac{y(x-v)^2}{a(y+z)}; \quad \text{ergo} \quad OQ = \frac{ydx(x-v)}{ady} - \frac{y(x-v)^2}{a(y+z)} + \frac{aay}{a(y+z)}.$$

Sed est $aa - (x-v)^2 = (y+z)^2$, ergo $OQ = \frac{ydx(x-v)}{ady} + \frac{y(y+z)}{a}$. Cum autem sit $PT = \frac{ydx}{dy}$, erit

$$\frac{OQ}{PT} = \frac{x-v}{a} + \frac{dy(y+z)}{adx} = \frac{ydy + zdy + xdx - vdx}{adx} = \frac{\cos TOC}{\sin TOP}.$$

Eodem modo est
$$\frac{\cos toC}{\sin top} = \frac{zdz + ydz + vdv - xdv}{adv}.$$

Quia autem est $aa = (y+z)^2 + (x-v)^2$, erit

$$0 = ydy + ydz + zdy + zdz + xdx - xdv - vdx + vdv,$$

ergo
$$zdz + ydz + vdv - xdv = -ydy - zdy - xdx + vdx,$$

consequenter
$$\frac{\cos toC}{\sin top} = \frac{-ydy - zdy - xdx + vdx}{adv}.$$

Erit igitur $O:o = \frac{1}{adx} : \frac{-1}{adv} = -dv:dx$, adeoque $Odx = -odv$ et integrando $Ox + ov = \text{Const. } C$. Quia autem est $aa = (y+z)^2 + (x-v)^2$, erit

$$x = \frac{C - ov}{O} \quad \text{et} \quad y = \sqrt{(aa - (x-v)^2)} - z = -z + \sqrt{\left(aa - \left(\frac{C - v(O+o)}{O}\right)^2\right)}.$$

Unde data aequatione inter $x$ et $y$, invenietur aequatio inter $v$ et $z$. Q. E. I.

113. **Coroll. 1.** Sit $C = (O+o)b$, erit $x = \frac{(O+o)b - ov}{O}$ et $y = -z + \frac{\sqrt{(OOaa - (O+o)^2(b-v)^2)}}{O}$.

114. **Coroll. 2.** Si fuerit $O = o$, erit $x = 2b - v$ et $y = -z + \sqrt{(aa - 4(b-v)^2)}$.

115. **Coroll. 3.** Fig. 63. Data una curva, hoc modo facile altera construitur. Sit una $AO$, et accepto quovis puncto $O$, demittatur applicata $OP$. In axe accipiatur $Ap$, ut sit $\frac{AP.O + Ap.o}{O+o} = b$;

ex $p$ erigatur perpendiculum $po$. Centro $O$ radio $= a$ describatur circulus secans $po$ in $o$, erit $o$ punctum in curva quaesita. $a$ est longitudo fili, sed $b$ linea ad arbitrium sumta.

116. **Exemplum 1.** Si altera linea fuerit recta, erit altera sectio conica, ut calculum tentanti facile patebit.

117. **Exemplum 2.** Sint pondera $O$ et $o$ aequalia et una curva circulus, cujus diameter $= a$, ut adeo sit $yy = ax - xx$; sit porro $2b = a$, erit $x = a - v$ et

$$y = -z + \sqrt{(aa - (a - 2v)^2)} = -z + \sqrt{(4av - 4vv)}$$

at $ax - xx = av - vv$, unde $-z + 2\sqrt{(av - vv)} = \sqrt{(av - vv)}$, ergo $z = \sqrt{(av - vv)}$, seu $zz = av - vv$; altera ergo curva est rursus semicirculus. Consequenter in circulo, si linea pondera jungens fuerit diametro aequalis, quomodocunque ea applicetur, aequilibrium habebitur. Sed linea non solum non extensibilis, sed etiam neque contractibilis, neque flexibilis esse debet.

118. **Problema 14.** Determinare casus, ubi hae duae curvae sunt eaedem, positis ponderibus aequalibus.

**Solutio.** Fig. 64. Sint duae curvae quaesitae $AO$, $Ao$, quae debeant esse eaedem. Accipiantur duo loca $O$ et $o$, in quibus pondera existunt, homologa. Erit ductis applicatis $OP$, $op$, $AP + Ap$ constans $= 2b$, accipiatur ergo $AE = b$, erit semper $PE = pE$; erit autem $po = p\omega$. Dicatur $PE = x$, erit $pE = -x$, sitque $PO = y$, unde si haberetur aequatio inter $x$ et $y$, inveniri posset $p\omega$ ponendo, loco $x$, $-x$. Interim autem dicatur $p\omega = z$, quae ex eo definiri debet, quod puncta $O$ et $\omega$ sint in eadem curva. Est vero $aa = (y + z)^2 + 4xx$, ergo $y + z = \sqrt{(aa - 4xx)}$; fiat $y = P + \frac{1}{2}\sqrt{(aa - 4xx)}$, abeat autem $P$ in $Q$, si loco $x$ ponetur $-x$, unde erit

$$z = Q + \tfrac{1}{2}\sqrt{(aa - 4xx)}.$$

Oportet ergo sit $P + Q = 0$. Unde patet loco $P$ poni posse $x$, $x^3$, $x^5$, etc., seu loco $P$ substitui potest quaevis functio impar ipsius $x$; functio enim impar abit in sui negativam, posito $-x$ loco $x$, ut ergo earum summa sit nihilo aequalis. Designante igitur $P$ functione impari, erit

$$y = P + \tfrac{1}{2}\sqrt{(aa - 4xx)}, \text{ hincque } 4yy - 8Py + 4PP = aa - 4xx,$$

adeoque est

$$yy + xx = \tfrac{1}{4}aa + 2Py - PP,$$

quae aequatio exhibet generalissime curvas quaesitas. Q. E. I.

119. **Exemplum 1.** Fig. 65. Sit $P = nx$, erit $yy + xx(1 + nn) = \frac{1}{4}aa + 2nxy$, quae est aequatio generalis pro omnibus ellipsibus. Videamus ergo, quomodo quaevis ellipsis applicari ad hunc usum possit. Sit ellipsis $AMB$, cujus axis transversus $c$; erit conjugatus $= \frac{aa}{c}$. Erit autem $n = \frac{cc - aa}{ac}$; ex $B$ constituatur perpendicularis $BD$ in axem $AB = \frac{cc}{2a}$, et ex centro $C$ ducatur $CD$, ut sit $CB : BD = a : c$. Erit haec $CD$ verticalis quaesita, cujus pars $D$ infra tendere debet, ut figura praesens exhibet (Fig. 66): habet nimirum formam cordis inversi. Si fuerit $a = c$, abit ellipsis in circulum, et etiam figura cordiformis fit circularis, juxta § 117.

120. **Exemplum 2.** Quia $nx\sqrt{(aa - 4xx)}$ est quoque functio impar ipsius $x$, substituatur loco $P$, et habebitur $y = (nx + \frac{1}{2})\sqrt{(aa - 4xx)}$, erit ergo

$$yy = (nx + \tfrac{1}{2})^2 (aa - 4xx) = nnaaxx - 4nnx^4 + naax - 4nx^3 + \tfrac{1}{4}aa - xx,$$

aequatio ad curvam quarti ordinis. Et quoniam $y$ habet duas dimensiones, erit curva ex utraque axis plaga eadem, quapropter curva satisfaciens erit una continua curva, non ex duabus curvis composita. (Fig. 67).

121. **Theorema 14.** Fig. 68. Si fuerit puncto $O$, intra angulum $AOB$ sito, potentia quaecunque $OC$ applicata, producta $CO$, erit potentia, qua $AO$ premitur, ad potentiam, qua $BO$ premitur, ut $\cos BOF$ ad $\cos AOF$.

**Demonstratio.** Vis $OC$ resolvatur in duas laterales $OD$ et $OE$, quae sint perpendiculares in $AO$ et $OB$. Cum vis $OC$ aequivaleat duabus $OD$ et $OE$ simul agentibus (38), vis autem $OD$ tota in pressionem lateris $AO$, et vis $OE$ in pressionem lateris $OB$ impendatur, erit vis, qua $AO$ premitur, ad vim, qua $BO$ premitur, ut $OD$ ad $OE$, seu $CD$, i. e. ut $\sin DCO : \sin DOC$; sed $\sin DCO = \sin COE$, et ob angulos $AOD$, $BOE$ rectos, est $\sin COE = \cos BOF$ et $\sin DOC = \cos AOF$. Ergo vis in $AO$ est ad vim in $BO$, ut $\cos BOF$ ad $\cos AOF$. Q. E. D.

122. **Coroll. 1.** Fig. 69. Si ergo fuerint duo plana inclinata $AO$ et $BO$ in $O$ concurrentia, et in angulo pondus $O$ incumbat, quia in hoc casu $OF$ est verticalis, ducatur horizontalis $MN$, et erit $\cos AOF = \sin AOM$ et $\cos BOF = \sin BON$. Quare vires, quibus plana haec inclinata premuntur, sunt reciproce ut sinus angulorum inclinationis.

123. **Coroll. 2.** Fig. 68. Si $OC$ in $OD$ incidat, tota vis in pressionem lateris $AO$ impenditur; si autem ultra $OD$ cadit, tum punctum $O$ non amplius in aequilibrio persistit, sed juxta $OA$ movebitur; ut ergo $O$ in quiete persistat, oportet ut $OC$ intra $OD$ et $OE$ cadat.

## Sectio secunda.

### De aequilibrio potentiarum, virgae rigidae applicatarum.

124. **Axioma 5.** Fig. 70. Si figurae cujuscunque $ACD$ puncto $A$ applicata fuerit potentia $AB$, eundem haec in figuram exercet effectum, ac si in puncto quolibet alio $M$, in $AB$ producta assumto, applicata fuerit secundum eandem directionem agens.

125. **Scholion.** Veritas hujus axiomatis cuique facile innotescet, hoc modo rem consideranti, ac si filum in $M$ fixum secundum directionem $MB$ traheretur; tum enim figurae usque in $A$ exacte adjacebit. Ponatur filum in $A$ usque agglutinari, effectus ejus non mutabitur; resecetur portio $AM$, effectus manebit; quare sive filum in $A$ sive in $M$ figatur, effectus idem erit.

126. **Coroll.** Fig. 71. Si ergo figurae $ACD$ duae potentiae $AB$, $ab$ applicatae sint, producantur directiones earum donec sese mutuo in $M$ intersecent; utraque earum eundem praestabit effectum, ac si in $M$ essent applicatae. Reducitur igitur hoc modo casus duarum potentiarum, duobus diversis punctis figurae applicatarum, ad casum jam expositum praecedenti sectione duarum potentiarum eidem puncto applicatarum.

127. **Scholion 1.** Manifestum est, hic intelligi debere potentias, cum figura in eodem plano constitutas; alioquin sese mutuo nusquam intersecarent.

128. **Scholion 2.** Ex hoc principio omnes casus potentiarum virgae rigidae non in eodem puncto applicatarum resolvuntur. Cum enim punctum illud, quo sese mutuo intersecant duae potentiae, nonnisi imagini opituletur, cuicunque figurae poterit affingi tantum planum, quantum sufficit ad punctum intersectionis excipiendum.

129. **Divisio.** Divido hanc Sectionem in duas partes, prout virga vel libera sit, ut omnibus potentiis aeque facile cedere valeat, vel ab obstaculo utcunque impedita. Utramque partem iterum subdividere convenit pro figura virgae, utrum ea recta sit an curva. Quos casus omnes in hac sectione evolvam, aut ad minimum principia praebebo, quibus singuli casus resolvi poterunt.

130. **Problema 15.** Fig. 72. Si virgae rectae $AB$ duae potentiae $AC$, $BD$ applicatae fuerint, in eodem plano positae, oportet applicare potentiam $OM$ duabus datis aequivalentem.

**Solutio.** Producantur $CA$ et $DB$ donec se mutuo in $a$ intersecent. Considerari ergo potentiae $AC$ et $BD$ possunt quasi puncto $a$ applicatae (128); fiat igitur $ac = AC$ et $ad = BD$, quae potentias datas tanquam in $a$ applicatas exhibent. Ducatur $cd$, eaque bisecta in $e$, ducatur $ae$, cujus duplum $am$ exhibet potentiam duabus $ac$, $ad$ aequivalentem (38). Transferatur haec in $ae$ producta in $OM$, quae adhuc aequipollet duabus $ac$ et $ad$ (128); aequivalet igitur quoque potentiis $AC$ et $BD$. Q. E. I.

131. **Coroll. 1.** Quia potentiae datae in eodem plano positae esse debent (127), patet, pro potentiis non in eodem plano sitis aequivalentem inveniri non posse. Ponatur enim dari potentiam aequivalentem duabus non in eodem plano sitis, resolvatur utraque in duas, quarum una in eodem plano cum aequivalente, altera in id normalis. Patet has normales ab assumta aequivalente non compensari posse, quare aequivalens non datur.

132. **Coroll 2.** Poterit quoque punctum $O$ ex hac proprietate inveniri: In $\triangle\, acd$, a recta $ae$ secto, est $\sin cae : \sin dae = ce.ad : de.ac = ad : ac$ (ob $ce = de$) $= BD : AC$ (per hyp.) Dein in $\triangle\, AaB$ ab $aO$ secto est $\sin cae : \sin dae = AO.aB : BO.aA$; unde conficitur $BD : AC = AO.aB : BO.aA$. Est vero $aB : aA = \sin BAa : \sin ABa = \sin CAB : \sin DBA$; ergo erit $BD : AC = AO \sin CAB : BO \sin DBA$; consequenter $AO : BO = BD \sin DBA : AC \sin CAB$; est ergo $AC.AO \sin CAO = BD.BO \sin DBO$: factum $AC$ in $AO$ et $\sin CAO$ vocatur momentum potentiae $AC$ respectu puncti $O$. Ergo momenta vis et ultra $O$ debent esse aequalia.

133. **Coroll. 3.** Fig. 73. Definito hoc modo puncto $O$, in quo potentia aequivalens applicari debet, magnitudo ejus et positio sequenti modo facilius invenietur: Ex $B$ ducatur $Bc$ parallela et aequalis ipsi $AC$; ducta $cD$ et bisecta in $e$, ducatur $Be$, cujus duplum erit $Bm$; huic ex $O$ aequalis et parallela ducatur $OM$, erit haec potentia aequivalens quaesita.

*Script. ad marg.* ad Fig. 74. Momentum potentiae $BA$ in $O$ aequatur $BA.OE$, demisso $OE$ perpendiculo in $BA$ productam.

134. **Coroll. 4.** Fig. 75. Si potentiarum applicatarum directiones $AC$, $BD$ fuerint inter se parallelae, erit $\sin CAB = \sin DBA$, adeoque erit $AO : BO = BD : AC$, seu est $AC.AO = BD.BO$. Dein, quia in hoc casu $Bc$ (Fig. 73) incidit in $BD$, incidet quoque $Bm$ in $BD$, eritque

$$Bm = AC + BD = OM.$$

Ducatur igitur (Fig. 75) $OM$ parallela ipsius $AC$ vel $BD$ accipiaturque aequalis $AC + BD$, exprimet haec $OM$ potentiam duabus datis aequivalentem.

*Script. ad marg.* Momentum potentiae aequatur momentis potentiarum aequivalentium.

135. **Coroll. 5.** Fig. 76. Inventa potentia aequivalente $OM$, obtinebitur potentia propositas $AC$ et $BD$ in aequilibrio servans. Producatur nimirum $MO$ in alteram partem in $N$ usque, ut sit $ON = OM$; exprimet $ON$ potentiam cum $OM$ in aequilibrio stantem. Cum autem $OM$ aequivaleat ambabus $AC$ et $BD$, patet et $ON$ in aequilibrio conservaturam potentias $AC$ et $BD$.

*Script. ad marg.* Momentum potentiae $AC$ in $O$ aequatur vi, quam virga in $O$ habere debet, ne frangatur.

136. **Coroll. 6.** Fig. 77. Si directiones potentiarum in eadem recta cum virga jaceant, ut $AC$ et $BD$, erit tum $AO:BO = BD \sin DBA : AC \sin BAC$ id est ut $0:0$. Quare cum hic 0 ad 0 rationem quamcunque habere queat, punctum $O$ ubicunque accipi poterit, et potentia aequivalens etiam in ipsam $AB$ incidet, et aequalis erit differentiae inter has potentias, inque plagam fortioris dirigetur.

137. **Scholion.** Veritas hujus corollarii immediate ex axiomate quinto patet, juxta quod eodem redit, in quo virgae $AB$ puncto potentiae applicentur, quia directiones earum in eam incidunt. Idem ad plures potentias eodem modo extenditur.

138. **Coroll. 7.** Fig. 78. Methodus tradita, duarum potentiarum aequivalentem vel contrariam inveniendi, facile ad plures potentias extendetur. Hoc modo sint virgae $AB$ applicatae potentiae $AC$, $JD$, $KE$, $LF$, $NG$ et $BH$; sumantur primo duae $AC$, $JD$, harumque quaeratur aequivalens, quae loco duarum $AC$, $JD$ substituatur; hujus et alius v. gr. $KE$ iterum quaeratur aequivalens, loco trium $AC$, $JD$, $KE$ substituenda, et hoc peragatur, donec omnium aequivalens $OM$ obtineatur.

139. **Theorema 15.** Fig. 79. Sint virgae rigidae $AB$ duae potentiae $AC$, $BD$ quaecunque applicatae, ductaque sit potentia $OM$ iis aequivalens. Tum si in $AB$ producta punctum quodcunque $Z$ accipiatur, erit $OM.OZ \sin MOZ = AC.AZ \sin CAZ + DB.BZ \sin DBZ$.

*Script. ad marg.* NB. Propositio haec valet, si $Z$ extra rectam $AB$ sumatur: generalius ergo proponatur demonstratio.

**Demonstratio.** Patet per § 132 esse $AC.AO \sin CAZ = BD.BO \sin DBZ$; ergo ob $AO = AZ - OZ$ et $BO = OZ - BZ$, erit $AC.AZ \sin CAZ - AC.OZ \sin CAZ = BD.OZ \sin DBZ - BD.BZ \sin DBZ$, sive $AC.AZ \sin CAZ + BD.BZ \sin DBZ = AC.OZ \sin CAZ + BD.OZ \sin DBZ = OZ(AC \sin CAZ + BD \sin DBZ)$. Nunc circa positionem lineae $OM$ consulatur § 133, juxta quem ducatur $Bc$ aequalis et parallela ipsi $AC$ et juncta $cD$, bifariamque secta in $e$, ducta est $Bm = 2Be$, quae aequalis est et parallela ipsi $OM$. Ducatur porro per $e$ recta $fg$ parallela virgae $AB$; erit $2Be \sin Beg = Bf \sin Bfe + Bg \sin Bge$, seu $OM \sin MOZ = Bf \sin CAZ + Bg \sin DBZ$. Dein in $\triangle Deg$ est

$$\sin Deg : \sin Dge \; (= \sin DBZ) = Dg : De,$$

et in $\triangle fec$ est

$$\sin cef : \sin cfe \; (= \sin CAZ) = cf : ce,$$

ergo ob $\sin Deg = \sin cef$ et $De = ce$ (hyp.), erit

$$Dg \sin DBZ = cf \sin CAZ, \quad \text{seu} \quad Dg \sin DBZ - cf \sin CAZ = 0.$$

Est igitur

$$OM \sin MOZ = Bf \sin CAZ + Bg \sin Bge + Dg \sin DBZ - cf \sin CAZ = Bc \sin CAZ + BD \sin Bge = AC \sin CAZ + BD \sin DBZ.$$

Consequenter substituto supra loco $AC \sin CAZ + BD \sin DBZ$ ejus aequali $OM \sin MOZ$ habebitur

$$AC.AZ \sin CAZ + BD.BZ \sin DBZ = OM.OZ \sin MOZ. \quad \text{Q. E. D.}$$

140. **Coroll. 1.** Si $Z$ incidat in $O$, erit $OZ = 0$, $AZ = AO$, $BZ = -BO$, ergo

$$AC.AO \sin CAZ = BD.BO \sin DBZ$$

ut jam constat.

141. **Coroll. 2.** Distet punctum $Z$ infinite, erunt $AZ$, $OZ$, $BZ$ inter se aequales, unde consequitur $AC \sin CAZ + BD \sin DBZ = OM \sin MOZ$, uti jam ex ipsa demonstratione elucet.

142. **Coroll. 3.** Fig. 80. Ex hisce, quae de duabus potentiis demonstrata sunt, facile colligitur, quid de pluribus potentiis $AE$, $BF$, $CG$, $DH$, virgae $AD$ applicatis respectu puncti $Z$, in $AD$ producta accepti, statuendum sit, designante $OM$ potentia omnibus aequivalente. Exprimat $om$ potentiam aequivalentem duabus $AE$ et $BF$, et $\omega\mu$ potentiam aequivalentem duabus $CG$ et $DH$; erit $OM$ potentia duabus $om$ et $\omega\mu$ aequivalens; ergo $OM.OZ \sin MOZ = om.oZ \sin moZ + \omega\mu.\omega Z \sin \mu\omega Z$. Est vero

$$om.oZ \sin moZ = AE.AZ \sin EAZ + FB.BZ \sin FBZ \quad \text{et}$$

$$\omega\mu.\omega Z \sin \mu\omega Z = GC.CZ \sin GCZ + HD.DZ \sin HDZ, \quad \text{ergo}$$

$$OM.OZ \sin MOZ = AE.AZ \sin EAZ + FB.BZ \sin FBZ + GC.CZ \sin GCZ + HD.DZ \sin HDZ$$

et haec proprietas valet, quantuscunque fuerit numerus potentiarum.

143. **Coroll. 4.** Si $Z$ incidat in $O$, abibunt $AZ$, $BZ$, $CZ$, $DZ$

in $AO$, $BO$, $-CO$, $-DO$

et $OZ$ evanescet. Ergo $AE.AO \sin EAO + FB.BO \sin FBO = GC.CO \sin GCO + HD.DO \sin HDO$. Ubi notandum est, ex una parte omnes potentias ex una parte puncti $O$ esse constitutas, et ex altera potentias ex altera parte puncti $O$ applicatas.

144. **Coroll. 5.** Cum in hac aequalitate neque ipsa $OM$ neque angulus $MOA$ in computum ingrediatur, poterit ex ea locus puncti $O$ inveniri.

145. **Coroll. 6.** Si punctum $Z$ infinite distet, erunt $AZ$, $BZ$, $CZ$, $DZ$ et $OZ$ inter se aequales, et ideo erit $AE \sin EAZ + BF. \sin FBZ + CG \sin GCZ + DH \sin HDZ = MO \sin MOZ$.

146. **Coroll. 7.** Ex hac aequalitate factum ipsius potentiae aequivalentis omnibus, $MO$, in sinum anguli, quem cum virga constituit, cognoscitur; si igitur alia insuper proprietas adjiciatur, potentia $OM$ penitus applicari poterit.

147. **Problema 16.** Fig. 81. Si virgae rigidae $AD$ potentiae quotcunque $AE$, $BF$, $CG$, $DH$ inter se parallelae applicatae fuerint, invenire potentiam $OM$, omnibus aequivalentem.

*

**Solutio.** Patet ex § 134 potentiam duabus parallelis aequivalentem iisdem esse parallelam, quod quoque ad plures potentias extenditur. Ut ergo $OM$ sit parallela directioni potentiarum, erunt anguli $EAZ$, $FBZ$, $GCZ$, $HDZ$ et $MOZ$ omnes inter se aequales, ergo ex § 145 facta divisione per angulorum sinus, elicietur $MO = AE + BF + CG + DH$. Dein, assumto $Z$ ut ante, ex § 142 abjectis sinibus angulorum, nanciscimur

$$OM.OZ = AE.AZ + FB.BZ + GC.CZ + HD.DZ$$

quia vero $MO = AE + BF + CG + DH$, erit

$$OZ = \frac{AE.AZ + FB.BZ + GC.CZ + HD.DZ}{AE + BF + CG + DH}.$$

Unde invenietur punctum $O$, ex quo dein ducatur $OM$, parallela potentiis datis et omnibus simul sumtis aequalis: exprimet haec $OM$ potentiam omnibus aequivalentem. Q. E. I. Ergo momentum potentiae aequivalentis in $Z$ aequatur summae omnium momentorum in $Z$.

*Script. ad marg.* Problema generaliter concipiatur pro potentiis utcunque inclinatis, et invenietur $ZO =$ summae omnium momentorum divisae per summam potentiarum, in sinus inclinationum suarum ductarum, et problema ipsum, instar corollarii, inde derivetur.

148. **Coroll. 1.** Si potentiae $OM$ aequalis et directe contraria applicetur, erit ea in aequilibrio cum omnibus applicatis. Patet ergo hoc in casu potentiam, datas in aequilibrio servantem, eandem cum iis directionem habere et iis omnibus simul sumtis esse aequalem.

149. **Coroll. 2.** Fig. 82. Appendantur virgae rigidae $AB$ pondera $P$, $T$, $Q$ ex punctis $A$, $C$, $B$; determinetur $O$ ut doctum est, et, filo $OM$ verticaliter posito et supra trochleas $M$ et $N$ ducto appendetur pondus $R$, aequale ipsis $P$, $T$ et $Q$ simul; conservabit hoc pondus $R$ reliqua in aequilibrio, ut ex antecedentibus clarum est.

150. **Scholion.** Non immoror hic expositioni casuum, quibus directiones potentiarum ad alteram virgae partem cadunt, quibus in casibus valor ipsarum evadit negativus, id quod cuivis in Geometria versato, qualem hic lectorem suppono, nullam difficultatem facesset. Ne propterea corollaria nimium accumulentur.

151. **Definitio 9.** Si loco potentiarum pondera applicentur, punctum, in quo potentia, omnia applicata pondera in aequilibrio servans, applicari debet, vocatur *centrum gravitatis.*

*Coroll. marg. adscript.* Sequitur hinc centrum gravitatis non mutari, utcunque inclinationes potentiarum varientur, modo inter se semper parallelae maneant.

152. **Scholion.** Equidem non opus est, ut pondera reipsa sint applicata. Sed cum singula corporum naturalium elementa gravia sint, unumquodque tanquam pondus appensum habens considerari potest. Unde inventio centri gravitatis se ad omnia corpora gravia extendit.

153. **Problema 17.** Fig. 83. Si virgae rigidae $AB$ in singulis punctis $P$ appensa fuerint pondera, quae sint ut respondentes applicatae $PM$ curvae cujusvis $CMD$, invenire centrum gravitatis $O$ virgae $AB$.

**Solutio.** Cum singulae applicatae curvae $CMD$ exprimant potentias virgae $AB$ applicatas, accipiatur in $AB$ producta, ubi libuerit, punctum $Z$, ut distantia $OZ$ centri gravitatis $O$ ab hoc $Z$ inveniatur. Est autem (147) $OZ$ aequalis summae factorum ex singulis potentiis $PM$ in respectivas distantias $PZ$ a $Z$, divisae per summam omnium potentiarum. Puncto $P$ accipiatur proximum $p$, erunt singulis elementi $Pp$ punctis potentiae aequales $PM$ vel $pm$ applicatae, ut ergo summa potentiarum elemento $Pp$ applicatarum sit $PM.Pp$, et summa momentorum in elemento $Pp = PM.PZ.Pp$. Ergo summa omnium momentorum in $AB$ erit $\int PM.PZ.Pp$, summa vero omnium potentiarum in $AB$ erit $\int PM.Pp$. Ex quibus erit $OZ = \frac{\int PM.PZ.Pp}{\int PM.Pp}$; seu vocatis $ZP = x$, $PM = y$, erit $Pp = dx$, ergo $OZ = \frac{\int yxdx}{\int ydx}$. Q. E. I.

154. **Coroll. 1.** Si $CD$ fuerit recta parallela cum $AB$, erit $y$ constans $= b$, ergo

$$OZ = \frac{\int bxdx}{\int bdx} = \frac{xx}{2x} + C = \frac{x}{2} + C.$$

Si $x = BZ$, erit $OZ = BZ$, ergo $C = \frac{1}{2}BZ$; si $x = AZ$, habebitur $OZ = \frac{AZ + BZ}{2}$, et haec dat punctum $O$.

155. **Coroll. 2.** Fig. 84. Si curva, a potentiis virgae $AB$ applicatis formata, ejusmodi fuerit, ut versus $A$ et $B$ ramos similes et aequales protendat, seu ut verticalis $OM$, ex medio $O$ virgae $AB$ ducta, curvam in duas aequales partes secet, tum palam est, centrum gravitatis $AB$ in medium $O$ casurum.

156. **Coroll. 3.** Fig. 85. Generaliter invento puncto $O$, seu centro gravitatis, ut obtineatur potentia omnibus aequivalens, oportet in $O$ applicare potentiam $OR$, omnibus simul sumtis aequalem. Ita $OR$ erit aequalis $\int ydx$.

157. **Coroll. 4.** Sit curva $AD$ quadrans circuli, cujus centrum $B$. Incidat $Z$ in $B$; dicta $BP = x$, $PM = y$ et radio $BD = a$, erit $BO = \frac{\int yxdx}{\int ydx}$, et ob $y = \sqrt{(aa - xx)}$, erit

$$BO = \frac{\int xdx\sqrt{(aa - xx)}}{\int dx\sqrt{(aa - xx)}} = \frac{A - \frac{1}{3}(aa - xx)^{\frac{3}{2}}}{\int dx\sqrt{(aa - xx)}}.$$

Si punctum $P$ incidit in $A$, erit $x = a$ et $\int dx\sqrt{(aa - xx)} =$ quadranti $= Q$. At, quia incidente $P$ in $B$, $BO$ evanescere debet, erit $A = \frac{1}{3}a^3$; fiat $x = a$, erit $BO = \frac{a^3}{3Q}$ et $OR = Q$; unde momentum hujus potentiae aequivalentis in $B$ erit $OR.Q = \frac{1}{3}a^3$, cui etiam aequatur summa singulorum momentorum in $AB$.

158. **Theorema 16.** Fig. 86. Si habeatur virga rigida $AB$ talium in quovis loco pondusculorum, ut applicata $PM$ curvae $AM$ exprimat summam omnium ponduscolorum portionis $AP$, seu quae exprimat pondus partis $AP$, erit centrum gravitatis partis $AP$ in $O$, ut sit

$$PO.PM = \text{areae } APM.$$

**Demonstratio.** Accipiatur ubivis punctum $Q$, ducaturque applicata $QN$, dein proximum ei $q$ et applicata $qn$; exprimet $QN$ pondus partis $AQ$, et $qn$ pondus ipsius $Aq$, ut igitur $nr$ exhibeat pon-

dusculum elementi $Qq$. Hujus in $P$ momentum erit $nr.QP$. Puncti $P$ accipiatur sequens $p$, erit momentum ponderis $Qq$ in $p = nr.Qp$; ergo differentia momentorum in $p$ et $P$ est $= nr.Pp$. Idem cum de omnibus valeat, erit differentia omnium momentorum a portione $AP$ in $p$ et in $P = PM.Pp$. Quanquam in $p$ etiam praeter caetera agat ponduscuIum elementi $Pp$, seu $ms$, tamen id respectu $PM.Pp$ negligitur. Sit jam summa momentorum virgae $AP$ in $P = M$, erit summa momentorum virgae $Ap$ in $p = M + dM$; erit igitur differentia $dM = PM.Pp = PpmM$. Consequenter sumendo integralia erit $M = APM =$ summae momentorum virgae $AP$ in $P$. Si fuerit $O$ centrum gravitatis virgae $AP$, erit pondus totius virgae $AP$, i. e. $PM$ in $OP$ aequale summae omnium momentorum virgae $AP$ in $P$. Erit igitur

$$PM.OP = APM. \quad \text{Q. E. D.}$$

159. **Coroll. 1.** Ex hoc ergo nascitur nova methodus centrum gravitatis inveniendi; est enim $OP = \frac{APM}{PM}$. Quae methodus interdum altera foecundior esse poterit, praecipue quando totum virgae pondus datur.

160. **Coroll. 2.** Est igitur $AO = AP - \frac{APM}{PM} = \frac{AP.PM}{PM} - \frac{APM}{PM}$; compleatur rectangulum $APMR$, erit id $= AP.PM$, unde $AO = \frac{ARM}{PM}$; hincque semper dabitur distantia centri gravitatis a puncto fixo $A$.

161. **Coroll. 3.** Fig. 87. Hinc inveniri potest centri gravitatis fluxus, si longitudo virgae aliquantulum augeatur. Sit $O$ centrum gravitatis virgae $AP$, et $o$ virgae $Ap$; $PM$ est pondus virgae $AP$, et $pm$ virgae $Ap$. Erit

$$AO = \frac{AQM}{PM} \text{ et } Ao = \frac{Aqm}{pm} = \frac{AQM + Qq.AP}{PM + Mr}$$

$$\text{ergo } Ao - AO = \frac{PM.AP.Qq - Mr.AQM}{PM^2} = \frac{Mr \cdot APM}{PM^2}.$$

Est ergo $Oo = \frac{Mr.APM}{PM^2}$. Sit $AP = x$ et ejus pondus $PM = y$, erit $Oo = \frac{dy\int ydx}{yy}$.

162. **Scholion.** Hae proprietates etiam valent, quamquam potentiae applicatae non sint normales in virgam, sed tantummodo parallelae inter se. Nusquam enim in computum ductum est, angulum $APM$ esse rectum, sed saltem constantem.

163. **Coroll. 4.** Si ergo in $O$ applicetur potentia omnibus aequalis et juxta earundem directionem, aequivalebit ea omnibus simul agentibus (151). Cum autem $PM$ exprimat summam omnium potentiarum virgae $AP$ applicatarum, ducatur $OS$ aequalis et parallela ipsi $PM$: exprimet haec potentiam omnibus aequivalentem.

164. **Coroll. 5.** Fig. 88. Si virgae $AP$ in singulis punctis potentiae secundum quascunque directiones fuerint applicatae, resolvantur eae singulae in laterales, quarum una in virgam sit normalis, altera trahat secundum directionem rectae $AP$. Quaeratur centrum gravitatis pro normalibus, quod sit $O$, et potentia iis aequivalens $OS$. Exprimat $OD$ summam reliquarum, quae cum non mutent centrum gravitatis (136), ducatur $OE$ aequivalens duabus $OS$, $OD$, aequivalebit ea omnibus.

165. **Coroll. 6.** Momentum omnium potentiarum in $P$, seu vis, qua virga in $P$ ruptioni resistit, aequatur $OS.OP$, seu $PM.OP$. At est $OP = \frac{APM}{PM}$; ergo summa momentorum omnium potentiarum est area $APM$. Ergo vis, qua virga in $P$ rumpi conatur, est ut area $APM$.

166. **Coroll. 7.** Fig. 87. Si ergo vis, qua virga rumpi conatur, sit ut ejus crassities in eo loco, seu ut pondus in eo loco applicatum, erit $APM$ ut $rm$. Dicatur $AP = x$, $PM = y$, erit $\int ydx$ ut $dy$, sumto $dx$ pro constante. Ergo fiat $\int ydx = \frac{aady}{dx}$, ut homogeneitas observetur, unde $ydx = \frac{aaddy}{dx}$, ergo $ydxdy = \frac{aadyddy}{dx}$, quare $\int ydx = \frac{aady^2}{dx} + abdx$, et idcirco $dx = \frac{ady}{\sqrt{(yy - ab)}}$. Sit crassities virgae $p$, erit ponderusculum in elemento $Pp$ ut $pdx$, ergo $dy = pdx$, consequenter

$$\sqrt{((\int pdx)^2 - ab)} = ap, \text{ unde } \int pdx = \sqrt{(aapp + ab)}, \text{ seu } dx = \frac{adp}{\sqrt{(pp + ac)}}, \text{ posito } b = aac.$$

Quae est aequatio pro catenaria, ut infra videbimus; abit haec in logarithmicam, si fiat $c = o$.

167. **Coroll. 8.** Si in singulis punctis potentiae quaecunque sint applicatae, ut $pdx$ in $P$, erit $\int pdx = y$. Sit porro vis, qua ruptioni resistit $z$, erit $z = \int dx \int pdx$ et $dz = dx \int pdx$. Sit $dx$ constans, erit $ddz = pdx^2$; si fuerit $p$ constans $= b$, erit

$$z = \int dx \int bdx = \int bxdx + \int cdx = \frac{bxx}{2} + cx + e \quad \text{seu} \quad xx + cx + ce = bz$$

quae est ad parabolam.

168. **Scholion.** His de virgis rigidis rectis explicatis, progredior ad virgas curvas, et in harum expositione ea penitus tractabo, quae insuper ad rectas pertinere possent. Etenim multa sunt ad rectas spectantia, quae eadem opera generalius ad curvas extenduntur. Et idcirco, ne in particularibus nimis sim prolixus, ad generaliora accedam.

169. **Problema 18.** Fig. 89. Si virgae rigidae curvae $ABCD$ quotcunque potentiae $AE$, $BF$, $CG$, $DH$ applicatae fuerint in eodem plano, applicare potentiam $MN$ omnibus aequivalentem.

**Solutio.** Ducatur recta quaecunque $ad$, et directiones potentiarum prolongentur, si opus est, quoad ei occurrant in $a$, $b$, $c$, $d$. Patet (124) eas potentias eundem praestaturas effectum, sive in $ad$ sive in $AD$ sint applicatae. Habemus ergo casum virgae rectae, et applicetur potentia aequivalens $mn$, curvam in $M$ intersecans; transferatur ea in $MN$, et exprimet $MN$ potentiam omnibus aequivalentem. Q. E. I.

170. **Coroll. 1.** Si directiones potentiarum fuerint parallelae, erit iisdem et $MN$ parallela et omnibus simul sumtis aequalis.

171. **Coroll. 2.** Fig. 90. Transeat recta $ad$ per punctum $M$, et erit

$$AE.aM \sin a + BF.bM \sin b = CG.cM \sin c + DH.dM \sin d.$$

Est autem, ducta $AP$ in $AE$ normali et perpendiculo in eam $MP$, $AE.AP = AE.aM \sin a$; eodem modo ductis $BQ$, $CR$, $DS$ normalibus in directiones potentiarum, et in eas ex $M$ demissis perpendiculis, erit $FB.BQ = FB.bM \sin b$ et ita de reliquis. Ut ergo sit

$$AE.AP + BF.BQ = CG.CR + DH.DS,$$

seu summae momentorum ex utraque parte lineae $MN$ sunt aequales.

172. **Coroll. 3.** Fig. 91. Sint virgae $AOD$ potentiae parallelae $AE$, $BF$, $CG$, $DH$ applicatae, erit $OM$ iis aequivalens, quae est iis parallela et simul sumtis aequalis, et quae est in $O$ applicata ita, ut ductis in $OM$ perpendiculis $AP$, $BQ$, $CR$, $DS$, sit

$$AE.AP + BF.BQ = CG.CR + DH.DS.$$

Oportet igitur ex hac proprietate determinare locum rectae $OM$.

173. **Coroll. 4.** Fig. 92. Simili modo si potentiae quotcunque et qualescunque $AE$, $BF$, $CG$ fuerint applicatae, resolvantur eae in verticales $Ae$, $Bf$, $Cg$ et horizontales $A\varepsilon$, $B\varphi$, $C\gamma$: quaeratur aequivalens verticalibus $OM$, ubi debet esse $Ae.AP + Bf.BQ - Cg.CR = 0$, et aequivalens horizontalibus $om$, ut sit $A\varepsilon.Ap + B\varphi.Bq - C\gamma.Cr = 0$. Quae duae lineae $om$ et $OM$ se mutuo in $\omega$ intersecant; quia autem per axioma 5 (§ 124) patet idem esse quocunque in loco potentia applicetur, modo in eadem directione applicentur ambae potentiae aequivalentes in $\omega$, quarum aequivalens $\omega\mu$ aequivalebit omnibus, quae in debito virgae puncto applicari poterit.

174. **Scholion.** Ut facilius quae dicta sunt applicentur, notandum est, summam omnium momentorum potentiarum verticalium in rectam $OM$ esse aequalem nihilo, ut et summam omnium momentorum horizontalium in $om$; at attentione habita, quae potentiae et quae lineae sint affirmativae, quaeque negativae. Ut si Fig. 93. summa momentorum potentiarum $AE$, $BF$, $CG$, $DH$ in rectam $PS$ sit = nihilo, hoc modo concipi debet: Si $AE$ et $AP$ sumantur pro affirmativis, erunt $BF$, $BQ$, $CG$ et $DS$ negativae et $RC$ ac $DH$ affirmativae, ut igitur sit

$$AE.AP + BF.BQ - CG.CR - DH.DS = 0.$$

175. **Theorema 17.** Fig. 94. Si virgae rigidae $AOD$ potentiae quaecunque $AC$, $BF$, $CG$, $DH$ fuerint applicatae, quarum aequivalens sit $OM$. Erit, assumto pro lubitu puncto $Z$, ductisque rectis $AZ$, $BZ$, $CZ$, $DZ$ et $OZ$, summa momentorum omnium potentiarum $AE$, $BF$, $CG$, $DH$ aequalis momento potentiae $OM$ in $Z$, seu demonstrari oportet esse

$$AE.AZ \sin EAZ + BF.BZ \sin FBZ + CG.CZ \sin GCZ + DH.DZ \sin HDZ = OM.OZ \sin MOZ.$$

**Demonstratio.** Ducatur recta quaecunque $ad$ secans directiones potentiarum in $a$, $b$, $c$, $d$ et $o$. Patet potentiam $OM$ in $o$ applicatam aequivalere reliquis $AE$, $BF$, $CG$ et $DH$ in $a$, $b$, $c$ et $d$ applicatis. Sed ductis $aZ$, $bZ$, $cZ$, $dZ$ et $oZ$, est

$$AE.aZ \sin EaZ + BF.bZ \sin FbZ + CG.cZ \sin GcZ + DH.dZ \sin HdZ = OM.oZ \sin MoZ \ (139).$$

Est vero

$$AE.aZ \sin EaZ = AE.AZ \sin EAZ \text{ et } BF.bZ \sin FbZ = BF.BZ \sin FBZ,$$

et ita de reliquis, ut adeo habeatur

$$AE.AZ \sin EAZ + BF.BZ \sin FBZ + CG.CZ \sin GCZ + DH.DZ \sin HDZ = OM.OZ \sin MOZ. \quad \text{Q.E.D.}$$

176. **Coroll. 1.** Fig. 95. Si directiones potentiarum producantur et ex $Z$ in eas perpendicula $Za$, $Zb$, $Zc$, $Zd$ et $Zo$ demittantur, erunt $AE.aZ$, $BF.bZ$, etc. momenta potentiarum in $Z$, et ideo erit $AE.aZ + BF.bZ + CG.cZ + DH.dZ = OM.oZ$.

177. **Coroll. 2.** Fig. 96. Si directiones potentiarum fuerint parallelae, lineae $Za$, $Zb$, $Zc$, $Zd$ et $Zo$ coincident, et propterea sequenti modo potentia aequivalens facile determinabitur. Ducatur ex $Z$ recta $Za$ in directiones potentiarum normalis (potest quidem recta quaecunque duci, cum nihilominus anguli ad $a$, $b$ etc. fiant aequales). Erit $AE.aZ + BF.bZ + CG.cZ + DH.dZ = OM.oZ$; sed est $OM = AE + BF + CG + DH$, unde erit

$$oZ = \frac{AE.aZ + BF.bZ + CG.cZ + DH.dZ}{AE + BF + CG + DH},$$

unde invenitur punctum $o$, et ex eo $O$, ubi potentiam aequivalentem applicari oportet.

178. **Coroll. 3.** Si potentiae quaecunque fuerint applicatae, resolvantur singulae in verticales et horizontales, quo facto quaeratur potentia verticalibus aequivalens, et etiam potentia horizontalibus aequivalens. Quibus habitis, facile invenietur iis ambabus aequivalens, quae proin omnibus quoque aequivalebit.

179. **Coroll. 4.** Fig. 97. Contemplemur rem iterum generaliter, et sint virgae $AOD$ potentiae quotcunque et qualescunque $AE$, $BF$, $CG$, $DH$ applicatae, quibus aequivaleat potentia $OM$. Sit punctum $Z$ infinite distans, erunt lineae $AZ$, $BZ$, $CZ$, $DZ$ et $OZ$ inter se parallelae, et pro aequalibus haberi poterunt. Quapropter haec proprietas obtinebitur, ut sit

$$OM \sin MOZ = AE \sin EAZ + BF \sin FBZ + CG \sin GCZ + DH \sin HDZ.$$

180. **Coroll. 5.** Fig. 98. Si fuerint lineae $AZ$, $BZ$ etc. parallelae rectae $OM$, erit $\sin MOZ = 0$, adeoque $0 = AE \sin EAZ + BF \sin FBZ + CG \sin GCZ + DH \sin HDZ$; sed quia anguli $GCZ$ et $HDZ$ in alteram plagam rectarum $CZ$, $DZ$ cadunt, pro negativis haberi debent eritque

$$AE \sin EAZ + BF \sin FBZ = CG \sin GCZ + HD \sin HDZ.$$

181. **Theorema 18.** Fig. 99. Si curvae $AM$ in singulis punctis $\mu$ fuerint potentiae quaecunque verticales applicatae, ex curva $AN$ determinatae, ita ut $\pi\nu$ applicata repraesentet summam omnium potentiarum, in respondente arcu $A\mu$ applicatarum. Erit summa momentorum omnium potentiarum arcus $AM$ in $M$ ut area $APN$.

**Demonstratio.** Ducatur applicatae $\mu\nu$ proxima $\varkappa\iota$; exprimet $\lambda\iota$ summam potentiarum arcus $A\varkappa$, ergo $\varrho\iota$ exhibet potentiam in $\mu\varkappa$ applicatam. Ejus momentum in $M$ igitur erit $\varrho\iota.\lambda P$. Accipiatur puncto $M$ proximum $m$, ductaque verticali $mpn$, erit potentiae $\varrho\iota$ momentum in $m = \varrho\iota.\lambda p$; unde differentia horum momentorum erit $\varrho\iota.Pp$. Idem cum de singulis potentiis valeat, erit differentia momentorum potentiarum omnium arcus $AM$ in $m$ et $M = PN.Pp$. Sit summa momentorum omnium in $M = M$, erit summa omnium momentorum in $m = M + dM$, quarum differentia erit $dM$, et ideo $dM = PN.Pp$; ergo summando $M = \int PN.Pp =$ areae $APN$. Q. E. D.

*Script. ad marg.* Generalius potest applicari ad quascunque potentias; sed tum $\pi\nu$ denotare debet summam factorum omnium potentiarum arcus $A\mu$ in sinus angulorum, quos earum directiones cum axe $AP$ constituunt.

182. **Coroll. 1.** Fig. 100. Si curvae $AB$ hoc modo potentiae verticales fuerint applicatae juxta curvam $AD$, et quaeratur summa momentorum omnium in punctum $M$ ubilibet assumtum, ducatur applicata $MP$ et prolongetur in $N$, ut sit $PN = CD$, ducaturque recta $DN$. Exprimet quaevis applicata $\pi\nu$ summam omnium potentiarum arcus $AB\mu$; etenim cum in $B\mu$ nullae potentiae sint applicatae, summa omnium potentiarum $BD$ per totum spatium $BM$ non augetur neque minuitur. Ergo summa momentorum in $M$ est ut area $ACD + CDPN$ $(PC.CD)$.

183. **Coroll. 2.** Fig. 101. Dicatur $AP = x$, $PM = y$ et summa potentiarum arcus $AM$ sit $P$; erit summa omnium momentorum in $M = \int Pdx$. Ergo si arcui $AM$ in quolibet puncto potentiae aequales applicentur, erit $P$ ut arcus $AM$, qui si dicatur $s$, erit $P = s$, et summa momentorum omnium in $M$ erit $\int sdx$.

184. **Coroll. 3.** Si curvae $AM$ potentiae qualescunque fuerint applicatae, resolvantur singulae in laterales, unas verticales secundum $MP$ agentes, et alteras horizontales, juxta $MR$ trahentes. Dicatur summa horizontalium arcus $AM = Q$, erit summa momentorum potentiarum horizontalium $= \int Qdy$, existente summa verticalium $= \int Pdx$.

185. **Coroll. 4.** Cum momentum sit vis, punctum, in quod agit, circa se ipsum convertendi, videamus, num momenta potentiarum verticalium et horizontalium sint conspirantia, an vero minus? Potentiae verticales punctum $M$ conantur convertere secundum plagam $AM$; at vero potentiae horizontales $MR$ secundum plagam $AR$: sunt ergo contrariae ambarum actiones.

186. **Coroll. 5.** Sin autem potentiae horizontales $MR$ fiant negativae, ut trahant juxta $Mr$, erunt et momentorum vires contrariae, et propterea conspirantes cum verticalibus; omnes enim punctum $M$ conantur convertere secundum eandem plagam $AP$.

187. **Coroll. 6.** In illo igitur casu, quo horizontales agunt juxta $MR$, et summa omnium momentorum, punctum $M$ secundum $AP$ convertentium, $= \int Pdx - \int Qdy$; at in hoc casu potentiarum horizontalium, juxta $Mr$ trahentium, erit communis vis convertens punctum $M$ a dextro in sinistrum $= \int Pdx + \int Qdy$.

188. **Coroll. 7.** Fig. 102. Sint curvae $AM$ in quovis loco $\mu$ potentiae normales $\mu\omega$ applicatae; resolvantur eae in verticales $\mu o$ et horizontales $\omega o$. Sit $A\pi = x$, $\pi\mu = y$ et potentia $\mu\omega = dz$; erit $\mu o = \frac{dzdx}{ds}$, et $\omega o = \frac{dzdy}{ds}$, denotante $s$ curva $A\mu$. Erit summa omnium potentiarum verticalium $= \int \frac{dzdx}{ds}$, et summa omnium horizontalium $= \int \frac{dzdy}{ds}$. Si in integralibus loco $x$ substituatur $AP$, et loco $y$, $PM$, habebuntur summae potentiarum verticalium et horizontalium arcus $AM$; unde momentum omnium in $M$ erit $\int dx \int \frac{dzdx}{ds} + \int dy \int \frac{dzdy}{ds}$; sunt enim conspirantia momenta horizontalium et verticalium.

189. **Problema 19.** Fig. 103. Curvae $AC$ in singulis punctis potentiis verticalibus applicatis, determinare punctum $O$, in quo potentia $OR$ omnibus aequivalens applicari potest.

**Solutio.** Cum directiones omnium potentiarum supponuntur parallelae, erit potentia aequivalens omnibus simul sumtis aequalis. Designante autem $AD$ curva supra descripta, erit $BD$ aequalis

omnibus potentiis simul sumtis; sit ergo oportet $OR = BD$. Accipiatur punctum quodcunque $M$; erit summa momentorum omnium potentiarum in $M$ aequalis momento potentiae aequivalentis $OR$ in $M$, quod est $OR.QP$, seu $BD.QP$. Ducta autem $MP$, eaque producta in $T$, ut sit $PT = BD$, ducatur recta $DT$. Exprimetur summa omnium momentorum potentiarum arcus $AOC$ in $M$, per aream $APTDA$ (182), quae est aequalis $ABD + BP.BD$; oportet ergo ut sit

$$ABD + BP.BD = BD.QP = BP.BD + BQ.BD,$$

ergo $ABD = BQ.BD$, consequenter $BQ = \frac{ABD}{BD}$, unde invenietur punctum $Q$, et ex eo $O$. Q. E. I.

190. **Coroll. 1.** Sed distantia $AQ$ erit $AB - \frac{ABD}{BD} = \frac{AB.BD - ABD}{BD}$. Compleatur rectangulum $ABDE$; erit $ABDE = AB.BD$, quare $AQ = \frac{ABDE - ABD}{BD} = \frac{AED}{BD}$; unde denuo punctum $Q$ invenietur.

191. **Coroll. 2.** Dicatur $AB = x$, $BC = y$ et summa omnium potentiarum arcus $AC = P$; erit area $ABD = \int Pdx$, ergo $BQ = \frac{\int Pdx}{P}$, et hinc $AQ = x - \frac{\int Pdx}{P} = \frac{Px - \int Pdx}{P}$. Est vero

$$Px - \int Pdx = \int xdP, \text{ consequenter } AQ = \frac{\int xdP}{P};$$

denotat vero $dP$ potentiam ipsam in quovis loco $C$ applicatam.

192. **Coroll. 3.** Fig. 104. Existente $OR$ potentia aequivalente omnibus arcus $AM$; accedat arcui $AM$ insuper elementum $Mm$, cum sua potentia applicata, sitque $or$ potentia tum aequivalens, manentibus $AP = x$, $PM = y$, summa omnium potentiarum arcus $AM = P$, erit potentia arculi $Mm = dP$; consequenter $AQ = \frac{\int xdP}{P}$ et $Aq = \frac{\int (x + dx)\, dP}{P + dP} = \frac{\int xdP + \int dxdP}{P + dP}$. Quapropter

$$Qq = \frac{P\int dxdP - dP\int xdP}{PP};$$

sed quia $dP$ jam pro constanti erat acceptum, etenim oportuisset ponere $Aq = \frac{\int (x + dx)\,(dP + ddP)}{P + dP}$, erit $\int dxdP = xdP$, consequenter $Qq = \frac{PxdP - dP\int xdP}{PP}$. Est vero $\int xdP = P.AQ$, ergo posito $AQ = z$, erit $Qq = \frac{PxdP - PzdP}{PP} = (x - z)\frac{dP}{P} = PQ.\frac{dP}{P}$. Caeterum haec proprietas etiam invenitur ex inspectione superioris figurae, geometrice re considerata, nec non ex sola differentiatione aequationis $AQ = z = \frac{\int xdP}{P}$, seu $Pz = \int xdP$, quae dat $Pdz = (x - z)\, dP = PQ.dP$.

193. **Coroll. 4.** Fig. 105. Si curvae $AM$ in singulis punctis potentiae qualescunque applicentur, resolvantur singulae in verticales et horizontales, illas juxta $MP$ agentes, has juxta $MQ$. Sit summa omnium verticalium $P$, et summa horizontalium $Q$, manentibus $AP = x$ et $PM = y$; designet $OR$ potentiam aequivalentem verticalibus, et $VS$ aequivalentem horizontalibus, erit $AT = \frac{\int xdP}{P}$ et $AX = \frac{\int ydQ}{Q}$, unde $O$ et $V$ invenientur, cum vero sit $OR = P$ et $VS = Q$, poterit inveniri potentia aequivalens duabus $OR$ et $VS$, quae proin aequivalebit omnibus.

194. **Coroll. 5.** Fig. 106. Sit curva $AM$ catenaria, seu curva, quam format catena suspensa; erit ut infra videbimus $dx = \frac{ady}{\sqrt{(2ay + yy)}}$. Sint huic curvae in singulis punctis potentiae aequales

applicatae verticales; erit $P$ ut arcus $AM$; dicatur $AM = s$, erit $P$ ut $s$; est itaque $AT = \frac{\int x ds}{s}$. Est autem $ds = \frac{(a+y)\,dy}{\sqrt{(2ay+yy)}}$ et $s = \sqrt{(2ay+yy)}$. Quia porro est

$$\int x ds = sx - \int s dx, \text{ erit } \int x ds = x\sqrt{(2ay+yy)} - \int a dy = x\sqrt{(2ay+yy)} - ay,$$

$$\text{quare } AT = x - \frac{ay}{\sqrt{(2ay+yy)}}.$$

Sed cum sit $dx = \frac{a dy}{\sqrt{(2ay+yy)}}$, erit $x = \frac{ay}{\sqrt{(2ay+yy)}} + \int \frac{aydy\,(a+y)}{(2ay+yy)^{\frac{3}{2}}}$, unde $AT = -\int \frac{aydy\,(a+y)}{(2ay+yy)^{\frac{3}{2}}}$, id quod a logarithmis dependet. Erit autem

$$PT = \frac{ay}{\sqrt{(2ay+yy)}} = \frac{a.PM}{AOM}; \text{ ergo } OR.PT \text{ erit, ob } OR = s = \sqrt{(2ay+yy)}$$

aequale $ay$; consequenter summa momentorum in $M$ est ut $PM$. Alia exempla non in medium affero, facile enim ex praescriptis applicatio ad quosvis casus speciales absolvetur.

195. **Problema 20.** Fig. 107. Si curvae $AMB$ in singulis punctis potentiae quaecunque ad punctum idem $C$ tendentes fuerint applicatae, invenire potentiam iis aequivalentem.

**Solutio.** Cum omnes potentiae tendant ad punctum $C$, singulae tanquam puncto $C$ applicatae considerari possunt. Assumatur elementum $Mm$, sitque potentia in ejus singulis punctis applicata $= z$, erit potentia in elementum $Mm$ agens $= z.Mm = zds$ dicto $Mm = ds$. Applicetur igitur potentia $CN$ in directum cum $MC$, fiatque $CN = zds$. Oportet ergo omnium potentiarum $CN$ invenire aequivalentem (55.56) $CV$, seu punctum $H$, ita ut $CH$, ducta in numerum potentiarum, exprimat potentiam aequivalentem. Est vero numerus potentiarum aequalis numero punctorum curvae $AMB$, adeoque aequalis ipsi curvae $AMB$. Ducatur recta quaecunque $DP$, et ex $N$ demittantur in eam perpendicula $NP$, quorum summa dividatur per $AB$, quotoque aequalis accipiatur $DK$. Dein quoque accipiatur $DJ$, aequalis omnium $DP$ summae, divisae per $AB$, completoque rectangulo $DKHJ$, erit $H$ id punctum, et recta $CH$ ducta in $AB$ seu $CV$ exhibebit potentiam aequivalentem. Producatur $HC$ in $O$, et erit $O$ punctum, in quo potentia aequivalens modo inventa secundum directionem $OC$ applicari debet. Q. E. I.

196. **Coroll. 1.** Fig. 108. Quaeratur arcus $AOM$ punctum $O$, in quo media directio terminatur, seu in quo potentiam aequivalentem applicare oportet. Ducatur recta $AC$, eaque producatur, ut loco verticalis $DP$ haberi queat; ei in $C$ normaliter jungatur $CQ$, pro axe curvae habenda. Sit $CQ = x$, $MQ = y$, erit $CM = \sqrt{(xx+yy)} = t$; sit $AOM = s$, et potentia in $M$ applicata $CN = zds$, erit $CP = \frac{yzds}{t}$ et $PN = \frac{xzds}{t}$; accipi ergo debet $CJ = \int \frac{yzds}{t} : s$ et $CK = \int \frac{xyds}{t} : s$. Completo rectangulo $CJHK$, ducatur diagonalis $CH$, quae producta curvam in $O$ secat; erit $O$ punctum applicationis, $OC$ directio et $CH.s$ quantitas potentiae aequivalentis.

197. **Coroll. 2.** Potest quoque $CJ$ accipi aequalis $\int \frac{yzds}{t}$ et $CK = \int \frac{xzds}{t}$, eas non dividendo per $s$. Sed tum ipsa $CH$ erit potentia aequivalens, ut non opus sit eam in $s$ ducere. Hoc ergo modo facilius et brevius punctum $O$ obtinebitur.

198. **Coroll. 3.** Fig. 109. Si punctum $M$ ponatur variabile, et $O$ continuo mutabitur ut et punctum $H$. Invenientur igitur hoc modo omnia loca puncti $H$, seu curva $EH$, quam id percurrit. Habebitur autem aequatio pro curva $EH$ inter coordinatas, scilicet abscissa $CJ$ erit $=\int\frac{yzds}{t}$ et applicata $HJ=\int\frac{xzds}{t}$. Data igitur curva $AM$ et lege potentiarum, ei in singulis locis applicatarum, invenietur aequatio pro curva $EH$.

199. **Coroll. 4.** Ex solutione problematis et ejus collatione cum § 58 patet, eodem modo rem se habere, ac si punctum $C$ ad singula curvae $AM$ puncta traheretur eadem vi, qua ea ad $C$ trahi ponuntur. Et propterea exempla in medium afferre non necesse esse duxi, cum ibi jam nonnulla sint annexa.

200. **Scholion.** Hisce de aequilibrio potentiarum virgae rigidae liberae applicatarum sufficientibus judicatis, ad alterum virgarum rigidarum casum propero, quo eae quodammodo impeditae ponuntur, ut non libere cuivis potentiae cedere queant, et interdum in quiete perseverare possint, etsi potentia quaedam alia non destruatur.

201. **Divisio.** Hanc sectionem hoc modo partior, ut primo de virga, in quodam puncto prorsus firmata, agam; dein, de virga alicubi ita saltem firmata, ut tantum circa illud punctum motu circulari moveri queat. Tertio, de virga, cujus aliquod punctum perpetuo in data linea positum esse debet. Quarto, de virga, lineae cuivis firmae adjacente, ut eam semper tangat, nunquam transigere queat. Quinto, de virga, cujus duo puncta continuo in datis curvis ponuntur, et sexto, de virga, quae punctum quoddam in data curva mobile habet, et quae praeterea super alia data linea jacet, juxta quartum casum. Hoc modo penitus istam materiam exhausisse autumo, ut vix casus excogitari possit, qui in enumeratis non contineatur. Hoc igitur pertractato, tam in hypothesi virgae rectae, quam curvae cujusvis.

202. **Theorema 19.** Fig. 110. Si virgae $AB$ in $A$ prorsus firmae applicetur in $B$ potentia quaecunque $BC$, poterit ea duplicem habere effectum, unum, quo virgam $BA$ evellere, alterum, quo eam abrumpere conatur.

**Demonstratio.** Sit virgae $AB$ applicata potentia in directum jacens $BE$, conabitur haec virgam $AB$ directe evellere. Sed si potentia applicata $BF$ fuerit in $AB$ perpendicularis, ejus tota actio in abrumpenda virga consumetur. Quare cum potentia quaecunque, quae neque in directum $BE$, neque perpendiculariter secundum $BF$ trahit, in hujusmodi duas resolvi possit, ut potentia $BC$ in $BE$ et $BF$, duplici modo in virgam aget, uno, quo eam evellere, propter $BE$, et altero, quo eam abrumpere, propter $BF$, conatur. Q. E. I.

203. **Coroll. 1.** Quod ad quantitatem horum conatuum attinet, patet conatum evellendi virgam esse ut potentiam $BE$, neque hic locum applicationis $B$ in computum venire.

204. **Coroll. 2.** Ne ergo virga cedat, oportet ut retineatur, seu retrorsum trahatur vi aequali vel majori, quam est vis $BE$.

205. **Coroll. 3.** Quantitas conatus abrumpendi virgam $AB$ est aequivalens momento potentiae $BF$, seu facto ex $BF$ in $AB$.

206. **Coroll. 4.** Fig. 111. Ne igitur haec potentia effectum suum obtineat, oportet applicare contrarie agentem *GH*, cujus momentum $HG.AG$ aequale sit momento $BF.AB$; unde patet si ea potentia in puncto *A* applicari debeat, eam oportere esse infinitam.

207. **Coroll. 5.** Fig. 112. Si virga fuerit curva *AB* in *A* firmata et in *B* applicatam habens potentiam *BC*, ducatur tangens *Ab* ex *A* et producatur *CB* ut eam in *b* secet, potentia *BC* tanquam in *b* applicata considerari potest, quae, ut praeceptum est, resoluta, dabit effectus in punctum *A*, nempe unum, quo evellitur, alterum quo abrumpitur.

208. **Coroll. 6.** Si tali virgae, vel rectae vel curvae, plures una potentiae sint applicatae, quid eae in virgam possint, opus non est particulariter inquirere. Nam cum in praecedentibus methodus tradita sit, qua una potentia iis aequivalens inveniri potest: quaeratur ea, eritque casus plurium potentiarum ad casum unicae reductus, qui hic est expositus.

209. **Problema 21.** Fig. 113. Si virgae *ABC* in duobus punctis *A* et *B* firmatae potentia *CD* in puncto *C* applicetur, invenire vires, quas puncta *A* et *B* sustinent.

**Solutio.** Ponatur primo punctum *A* solum firmum, et quaeratur potentia in *B* applicanda, quae actionem potentiae *CD* destruat. Sit ea *Be*, et oportet, ut momenta potentiarum *CD*, *Be* in *A* sint aequalia et contraria. Producatur *eB* in alteram partem; ex punctis *A* et *C* in eam demittantur perpendicula *CG*, *AH*. Erit momentum potentiae *CD* in $A = CD\,(CG + AH)$ ( ), et momentum potentiae $Be = Be.AH$; ergo $CD\,(CG + AH) = Be.AH$, unde $Be = CD\,(CG + AH):AH$. Hanc ergo vim punctum *B* sustinet; adeoque ea sursum trahi debet. Simili modo punctum *A* sursum sollicitatur a potentia *CD* vi $= CD.CG:AH$ (posito *B* puncto fixo). Ergo tanta vi deorsum urgeri debet. Q. E. I.

210. **Coroll. 1.** Solutio problematis ex eo pendet, quomodo virgae *ABC* potentiae in punctis *A* et *B* applicari debeant, data potentia in *C* applicata, ut obtineatur aequilibrium. Cum hoc sit in priori parte hujus capitis pertractatum, quales potentiae virgae applicatae esse debeant, ut adsit aequilibrium, plures casus, ubi vires quaeruntur, quibus plura puncta virgae urgentur, praetermitto.

211. **Coroll. 2.** Fig. 114. Si virga fuerit recta *AC*, eique in *C* potentia *CD* normaliter applicata, erit vis, quam *B* sustinet $= CD.CA:AB$, et vis, quam *A* sustinet $= CD.CB:AB$. Cum autem sit $CD.CA:AB = CD.CB:AB + CD$, manifestum est vim, quam punctum *B* sustinet, aequalem esse summae potentiarum puncta *C* et *A* urgentium.

212. **Coroll. 3.** Fig. 115. Hinc igitur perspicuum est, quantam vim clavi *A* et *B* sustinere debeant a trabe *AC*, potentia *CD* sollicitato, utrumque enim de loco movere conatur.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# II.

## Vera vires existimandi ratio.

§ I. Jam dudum magna est disceptatio inter Mathematicos, acutissimo dum viveret Leibnitio adhaerentes et Cartesianos, cum hi vim corporis moti massae in celeritatem ductae proportionalem velint, illi vero istam corporum vim facto ex massa et celeritatis quadrato proportionari evincere conentur. Eorum, qui Leibnitium sequuntur, praecipue in demonstranda sua sententia operam suam impenderunt, Clariss. Joh. Bernoullius et Sgravezande, qui non solum sententiam suam rationibus sed et experimentis egregie confirmarunt.

§ II. Utut autem clare isti viri illustrissimi veritatem dogmatis sui ob oculos Cartesianorum posuerint, nihilominus semper hi in sua sententia pertinaciter perstant, et sese Leibnitio opponunt. Quos inter magnam adhibuit diligentiam ad Leibnitii sententiam refutandam professor quidam Hollandus Maclaurin nomine, in schediasmate egregio illo si diis placet, quo sententiam suam super communicationem motus corporum perfecte durorum exponit, qui non solum existimationem virium ex quadrato celeritatis refutare conatur, verum praeterea asseverat esse contradictorii quid, dicere vires corporum esse in duplicata ratione celeritatis, idque tali paralogismo, cujus vel tyronum in geometria pudeat.

§ III. Huc autem redit ejus egregium ratiocinium: Sint duo corpora massa aequalia $A$ et $B$, alterum $A$ celeritate ut 8, alterum $B$ ut 10 latum. Dicit ille, esse contradictionem quandam dicere, vim corporis $A$ esse ad vim corporis $B$ ut 64 ad 100, idque sic probat: Sit velocitas corporis $B$ primum quoque ut 8, erunt vires corporum $A$ et $B$ 64 et 64; jam autem celeritas corporis $B$ duobus gradibus augetur, ut nunc sit ut 10. Dicit, nescio quo fundamento, ejus vim juxta Leibnitium augeri 4 gradibus, et hinc vim corporis $A$ fore ad vim corporis $B$ ut 64 ad $64 + 4 = 68$, juxta ipsum Leibnitium, qui tamen quoque defendit esse hanc rationem ut 64 ad 100; unde concludit sententiam leibnitianam eo deducere, ut calculo rite subducto reperiatur $64 : 68 = 64 : 100$, seu $68 = 100$; quod cum sit absurdum, infert Leibnitii sententiam contradictionem involvere.

§ IV. Hoc ratiocinium quam legitimum et justum sit, nemo sane est qui vel tantillum Geometriam libaverit, cui non statim innotescat. Quis enim non videt bonum virum duplex rectangulum

addere oblitum fuisse? dum concludit vim ipsius *A* esse ad *B* ut 64 ad 64 + 4, seu 68, cum concludendum fuisset ut 64 ad 64 + 4 + 2.2.8, seu ut 64 ad 100. Si ita, uti decet, ratiocinatus fuisset, nullam contradictionem reperisset.

§ V. Praeterea istud quoque Maclaurini ratiocinium hoc laborat vitio, quod nimium probet; hoc enim modo et juxta ipsum contradictionem involverent pleraque in geometria certissima dogmata. Scilicet non amplius essent circuli et figurae similes in ratione duplicata diametrorum et laterum homologorum, sed essent in eorum ratione simplici, imo juxta Maclaurini principia contradictorium esset dicere 4 esse quadratum ipsius 2.

§ VI. Nolo autem diutius huic refutationi immorari, sed rem ipsam aggrediar, meamque de virium existimatione sententiam, quantum possum, luculenter exponam.*) Quod ut fiat, probe notandum est ante omnia impressionem motus cujusvis in corpus non fieri in instanti, sed pedetentim. Scilicet vim mortuam *A* (Fig. 116) in corpus *B* sese exerentem eique motum imprimentem per aliquantum spatium *Ba* corpus *B* concomitari et vim suam replicare, quantillum dein illud spatium sit. Si manu corpus moveo, oportet ut manu corpus aliquantisper concomiter, et ut manus cum corpore moveatur, quam subito quoque manum a corpore removeam. In ipso enim contactus initio corpus concipit motus partem infinitesimam, pergente autem manu protrudere, verus motus et celeritas considerabilis in corpore generari potest.

§ VII. Ut hoc accuratius prosequar, pono (Fig. 117) manum corpus *A* vi aequabili per spatium *AB* comitari et protrudere, seu si *AB* valde exiguum fuerit, nihil interest etsi vis manus aliquantulum immutetur, patet, erecta ex quolibet puncto *P* recta perpendiculari *PM* proportionali celeritati corporis in *P*, curvam in qua extat punctum *M* fore parabolam, et celeritatem corporis ultra *B* esse ut applicatam *BC* in puncto *B*, usque ad quod vis protrudens corpus *A* concomitatur.

§ VIII. Sit jam (Fig. 118) aliud corpus *a* aequale corpori *A*, et protrudatur ab alia vi, quae se habeat ad vim, qua corpus *A* propellitur, ut *v* ad *V*, et quae corpus *a* usque ad *b* prosequatur, erit curva *amc*, cujus applicatae *pm* corporis *a* in loco *p* celeritatem exponunt, quoque parabola, et ut hae duae parabolae invicem conferri quoque possint, oportet, ut parametri parabolarum *AMC*, *amc* se habeant inter se, ut vires propulsantes *V* et *v*. Hoc facto existimatio virium ex datis celeritatibus, seu aestimatio subsequentis celeritatis ex data vi corpus propellente, et spatio, per quod corpus *a* vi protruditur, in promtu erit. Hic primum de aestimatione posteriore agam.

§ IX. Existentibus ergo viribus corpora *A* et *a* protrudentibus, *V* et *v*, quibus proportionales sunt parametri parabolarum *AMC*, *amc*. Erunt celeritates effectae in corporibus *A* et *a* ut *BC* ad *bc*, i. e. ut $\sqrt{(V.AB)}$ ad $\sqrt{(v.ab)}$; id est, celeritates sunt in ratione subduplicata composita virium impellentium et spatiorum, per quae vires corpora concomitantur; si scilicet corpora fuerint aequalia; sin minus, modo descriptae rationi adjungi debet ratio inversa simplex massarum. Ex his jam de celeritatibus corporum datas vires sequentibus sic infero.

§ X. Sint spatia *AB*, *ab*, per quae vires corpora prosequuntur, aequalia, erunt celeritates ut $\sqrt{V}$ ad $\sqrt{v}$, unde Leibnitiani suum dogma deducere possunt. Sic, cum corpora impulsa tantam

*) Hic ad marginem manu auctoris adscriptum: NB. *Pono hic corpus suum motum accipere a vi mortua.*

habeant vim, qua fuerunt impulsa, erunt et corporum vires ut $V$ ad $v$. Quia autem sunt celeritates in subduplicata virium ratione, sequitur vires esse in duplicata celeritatum ratione, si corpora fuerint aequalia; sin vero inaequalia, erunt vires in composita ratione ex duplicata celeritatum et simplici massarum; quousque vero hoc ratiocinium valeat, ex ipso calculo facile patet, nempe eousque saltem si spatia $AB$ et $ab$ aequentur.

§ XI. Ut hanc materiam exemplo illustrem, protrudat (Fig. 119) homo $H$, pedibus in $F$ manentibus immotis, corpus $A$ ex totis suis viribus, donec ipse humi procidat. Si dein idem corpus, vel aliud huic aequale, quatuor homines eodem modo protrudant, acquiret hoc corpus saltem celeritatem duplam ejus, quam unus tantum homo effecit. Si alteri corpori novem homines vires suas imprimant eodem quoque modo, ut ille primus, acquiret hoc corpus velocitatem triplam saltem illius, et hoc modo argumenta pro Leibnitii sententia depromuntur ex nostra generali analogia.

§ XII. Quin etiam pro Cartesianorum sententia argumenta nostra analogia impertit. Etenim prosequantur vires $V$ et $v$ corpora $A$ et $a$ per aequalia tempora, erunt $AB$ ad $ab$ ut $V$ ad $v$; ergo celeritates productae in corporibus erunt ut $\sqrt{VV}$ ad $\sqrt{vv}$ i. e. ut $V$ ad $v$, seu celeritates sunt ut vires; unde pro Cartesianis inferri potest, vires corporum esse in simplici celeritatum ratione; et hinc sequitur, si duo homines tamdiu in corpus $B$ suas vires exerceant, quamdiu unus homo suam vim in corpus $A$, corpus $B$ duplo majorem acquisiturum celeritatem quam $A$.

§ XIII. Ex hisce ut quaedam consectaria deducam, sit (Fig. 120) tabula $\alpha\beta\gamma\delta$, super qua sint valvulae $cdfe$ plures, plane inter se aequales et similes, circa axes $cd$ mobiles et proprio pondere incumbentes in $ef$ super tabula. Sit jam corpus $A$ tali gradu celeritatis $c$ praeditum, qua exacte valvulam $cefd$ elevare, ut sibi subter illam via pateat, possit, et huic elevationi totam suam vim impendeat; sequitur ex nostra theoria, si corpus $A$ habeat celeritatem hujus duplam, nempe $2c$, tum posse illud 4 hujusmodi valvulas aperire; si celeritas ejus fuerit $3c$, 9 valvulas, et ita porro, fore scilicet numerum valvularum apertarum ut celeritatis quadratum. Quem effectum ipsi Cartesiani negare utique non poterunt, si saltem considerent corpus $A$ celerius latum valvulam citius aperire, et ad hoc non tantum temporis requiri et non tantum de sua vi amittere, ac si tardius incessisset. An hoc experientiae sit conforme, facile periculum fieri potest, et quo motus corporis non a resistentia retardetur, tabula quantum sufficit, inclinari potest.

§ XIV. Et hinc Leibnitii asseclae, qui vim corporis ex ejus effectibus metiuntur, secure deducere possunt vires corporum esse in duplicata velocitatum ratione. Contra quam sequelam nescio quid Cartesiani movere possint.

§ XV. Sin autem valvulae istae, quod quidem contra omnem esset rationem, ita comparatae essent, ut datum tempus requiratur ad unam aperiendam, sive corpus celerius sive tardius moveatur, tum Cartesianorum sententia locum haberet; corpus enim duplo celerius motum, duplo plures valvulas aperire posset; unde illi sententiam suam confirmare possent. Verum haec valvularum hypothesis impossibilis est et futilis.

§ XVI. Impellatur corpus $A$ (Fig. 116) vi aliqua $V$, quae illud comitetur usque in $B$. Qui jam dicunt corporis $A$ vim tum fore in ratione composita ex vi impellente $V$ et ex spatio $AB$, per quod protruditur corpus, ex Leibnitii parte stant; tum enim corporis $A$ vis est ut $V.AB$, celeritas vero

ut $\frac{\sqrt{(V.AB)}}{A}$; unde cum sit $V.AB$ ut celeritatis quadratum, erit corporis $A$ vis ut quadratum celeritatis ductum in corporis massam.

§ XVII. Qui vero volunt vim corporis $A$ fore ut factum ex vi impellente $V$ et tempore, quo vis $V$ corpus $A$ per spatium $AB$ comitatur, ex Cartesii stabunt parte. Siquidem tempus istud est ut $\frac{\sqrt{(V.AB)}}{V}$, et hinc vis juxta eos ut $\frac{V\sqrt{(V.AB)}}{V}$, id est ut $\sqrt{(V.AB)}$; celeritas vero est ut $\frac{\sqrt{(V.AB)}}{A}$; adeoque vis corporis $A$ esset ut factum ex massa in celeritatem. Verum haec vires aestimandi ratio omni caret fundamento et omni rationi repugnat, eodem fere modo, quo § XV valvularum ibi descriptarum suppositio impossibilis fuit ostensa.

§ XVIII. Ex hisce principiis, ex ipsa rerum natura petitis, satis clare et evidenter Leibnitii vires aestimandi ratio evinci et demonstrari potest hocce sillogismo, cujus major propositio haec est:

*Vis corporum aestimanda est ex eorum effectu;*

quae propositio tam clara est ac instar axiomatis, et qui hanc negaret, nescio quid per vim intelligeret. Omnes rationales homines unanimiter fatebuntur, eum qui duos homines simul prosternere valeat, duplo esse fortiorem eo, qui unum tantum prosternere potest, scilicet si homines prosternendi plane aequales fuerint et aequali rigore sese humi stabiliverint. Minorem propositionem ita formo:

*Sed corporum motorum effectus sunt in ratione composita ex simplici massarnm et duplicata celeritatum.*

Hujus propositionis veritas jam satis in antecedentibus in apricum posita est. In § XIII ostensum, corpus duplo celerius latum, quadruplo plures valvulas aperire valere. In § XI monstravimus, quatuor homines corpori nonnisi duplam celeritatem posse imprimere ejus, quam unus tantum homo corpori eidem imprimere valuit; unde ergo sequitur, si corpus tantam habeat celeritatem, ut possit hominem unum prosternere, idem corpus dupla celeritate 4 homines, tripla, 9 homines prostraturum, quae utique clare satis et evidentissime veritatem propositionis minoris evincunt ac demonstrant. Ex his nunc praemissis necessario conclusio vel a Cartesiano in favorem Leibnitii deduci debet hoc modo:

*Ergo vires corporum sunt in ratione composita ex simplici massarum et duplicata celeritatum.*

§ XIX. Hinc ergo patet veritas ejus, quod § XVI saltem per hypothesin posuimus. Nempe vim corporis $A$ esse ut factum ex vi impellente et spatio $AB$, per quod a vi protruditur, seu ut tempus comitatus in computum ducatur, vim corporis esse in ratione composita ex duplicata vis impellentis et duplicata temporis comitatus. Tempus enim hoc est ut $\frac{\sqrt{(V.AB)}}{V}$, denotante $V$ vim impellentem. Sit tempus illud $t$, erit $t = \frac{\sqrt{(V.AB)}}{V}$, ergo $AB = tt.V$, adeoque cum sit vis corporis ut $V.AB$, erit ea quoque ut $VVtt$.

§ XX. Hinc ergo patet ratio ejus, quod experientia edoctum est, quod nempe corpori undecim v. gr. gradibus celeritatis moto, insuper unum celeritatis gradum ad imprimendum multo major requiratur vis, quam ad unum celeritatis gradum corpori quiescenti imprimendum. Hujus experimenti ratio ex dictis facile patet; sit enim vis corporis uno celeritatis gradu moti $V$, requiretur vis $v$ ad eidem corpori quiescenti celeritatis gradum unum imprimendum, et ut celeritate ut 11 incedat, requiritur vis ut $121v$; ut 12 celeritatis gradibus feratur, opus est vi exposita per $144v$; requiritur ergo vis ut $23v$ ad id, ut corpus 11 celeritatis gradibus motum, celeritatis gradus 12 acquirat; cum tamen vis saltem $v$ efficere possit, ut corpus ante quiescens uno celeritatis gradu moveatur.

## III.

# De motu corporum circa punctum fixum mobilium.

---

1. Ardua omnino est quaestio in Mechanica de motu corporum, nisi vel solo motu progressivo ferantur, vel circa axem fixum revolvantur: haec enim duo motus genera fere sola ab auctoribus, qui theoriam Mechanicae excoluerunt, sunt pertractata. Quando autem corpus ita agitatur, ut ejus motus neque ad progressionem simplicem, neque ad gyrationem circa quempiam axem fixum revocari possit, regulae communes, quarum ope hi motus calculo subjici solent, nullum amplius praestant usum, talisque motus determinatio altius ex primis Mechanicae principiis repeti debet, quorum autem applicatio, ob summam motuum, qui in diversis corporis particulis inesse potest, differentiam, maxime difficilis redditur.

2. Ante Celeb. Dalembertum quidem nemo, quantum constet, hujusmodi motus evolutionem suscepit, isque adeo primus hoc argumentum attigisse est censendus in excellenti opere, quod de nutatione axis terrae conscripsit, in quo subtilissimam hujus generis quaestionem tam feliciter enodavit, ut ab eo istius profundissimae partis Mechanicae enucleatio potissimum sit expectanda. Cum enim terra, in aethere libere fluctuans et a viribus solis ac lunae sollicitata, non ita circa axem suum gyretur, ut is sibi perpetuo parallelus maneat, verus terrae motus per eas regulas, quae pro simplicioribus motus speciebus sunt erutae, minime expediri potest. Unde vir acutissimus multo sublimiores regulas in subsidium vocare est coactus, quae ita sunt comparatae, ut earum beneficio alii quicunque hujus generis motus, utcunque fuerint complicati, eodem successu definiri posse videantur.

3. Insignes hi profectus me etiam excitaverunt, ut vires meas in eadem quaestione tentarem, atque laboris mei specimen edidi in Comm. Academiae Regiae Berol. Tomo V. Quoniam autem in hac investigatione corpus terrae non solum tanquam rotundum, sed etiam a figura sphaerica minime aberrans spectari potest, hae circumstantiae in analysin ejusmodi determinationes ad calculum contrahendum inducunt, quae nullum locum essent habiturae, si terra figuram magis irregularem haberet. Ex quo methodus illa, qua pro motu terrae sum usus, parum utilitatis afferre poterit ad motum cujuscunque corporis in genere determinandum, atque nihilominus regulae adhuc generales desiderabantur, quibus corporum quorumcunque motus ad calculum redigi possent, et quae non ad certum corporum genus essent adstrictae.

4. Exposui ergo in Comm. Acad. Berol. Tomo VI novam regulam mechanicam, quae ad omnis generis motus, quorum corpus est capax, accommodari potest: praeterquam autem quod haec regula admodum prolixis calculi formulis est contenta, ea etiam ejusmodi elementa, quae a corporis figura pendent, requirit, ut ea pro quovis corporis situ peculiari calculo investigari debeant. Retuli enim ibi constanter situm corporis ad spatium absolutum, in quo sumtis pro lubitu ternis axibus fixis, ad quodvis temporis punctum, non solum corporis momenta inertiae respectu istorum axium colligi oportet, sed etiam alias quantitates, quae ob corporis figuram in calculum ingrediuntur. Quoties igitur situs corporis respectu horum ternorum axium mutatur, quod quidem singulis momentis fieri potest, valores illarum quantitatum semper de novo per computum erui debent, quo pacto motus determinatio plerumque molestissima redditur, atque adeo saepe ne suscipi quidem potest: propterea quod, si fuerint vires a situ corporis pendentes, Ipse situs inter quantitates incognitas est referendus.

5. Quo igitur huic tanto incommodo occurrerem, idem negotium nuper alia via confeci, et motum ex ejusmodi elementis definivi, quorum determinatio non a situ corporis respectu ternorum illorum axium in spatio absoluto sumtorum penderet, sed a tribus axibus in ipso corpore assumtis, et cum ipso mobilibus. Quoniam enim respectu istorum axium corpus perpetuo eundem situm conservat, elementa illa semel determinasse sufficit, sicque labor calculi continuo de novo instituendi evitatur. Hinc etiam regulae ad motum definiendum, quas ibi tradidi, multo facilius ad usum transferri, atque ad motus corporum a viribus quibuscunque sollicitatorum investigandos satis expedite accommodari possunt. Id solum incommodum etiamnunc restat, quod saepenumero ad calculos fere inextricabiles deducamur: verum, etsi in hoc non tam Mechanicae quam Analyseos defectus cernitur, tamen si istas regulas frequenti usu nobis magis familiares reddemus, dubium est nullum, quin calculus, per plura tentamina tandem tractabilior efficiatur. Quod idem de aliis difficilioribus investigationibus experientia luculenter testatur, quae nonnisi post plurimos conatus demum ad faciliorum usum sunt traductae.

6. Quae autem tum temporis de hoc argumento conscripsi, brevitati consulens fere nimis succincte proposui, neque cuncta momenta, quibus haec investigatio innititur, satis luculenter explicavi. Tum vero etiam hoc negotium per formulas valde prolixas et taediosas ad finem perduxi, quae cum tandem aliquanto simpliciores extiterint, nullum est dubium, quin eaedem per viam magis planam et facilem obtineri queant. Quoniam igitur tam ardui operis tractatio repetita semper nobis novum lumen largiri solet, ac tam insueta objecta, quae cum hac investigatione sunt connexa, nonnisi frequenti et assiduo usu nobis familiaria redduntur, hoc quidem idem argumentum denuo aggrediar, operamque dabo, ut id tam perspicue, quam quidem ob rei difficultatem fieri poterit, exponam. Quoniam vero ante ad motus tantum eos, qui circa centrum gravitatis fiunt, indagationem institui, nunc rem aliquanto generalius sum complexurus, motusque, qui circa quodcunque punctum fixum evenire possunt, ad examen revocabo.

7. Omne corpus ita moveri potest, ut duo quaevis ejus puncta in quiete permaneant, ac tum simul omnia puncta, quae inter haec duo in directum jacent, quiescunt, quo casu corpus circa hanc lineam rectam in gyrum agi dicitur, hicque motus ratione celeritatis in infinitum variare potest. Sin autem praeter ea duo puncta tertium quodpiam punctum, non inter ea situm, seu cum iis non in directum jacens, in quiete retineatur, tum evidens est nullum plane motum in corpus cadere posse.

Unde si tria puncta non in directum sita in quiete retineantur, corpus nullius plane motus erit capax, sed totum immotum manebit.

8. Cum igitur tribus punctis in quiete retinendis omnis mobilitas corporis tollatur, intelligimus tres dari in quovis corpore mobilitatis gradus. Primus scilicet et infimus mobilitatis gradus est, cum duo puncta quieta servantur, quo casu corpus circa lineam rectam per duo illa puncta transeuntem gyrabitur, unde illa linea recta axis gyrationis vocatur. Ratione directionis ergo duplex tantum motus locum habere potest, prouti gyratio vel in hanc, vel in contrariam plagam fit; ratione celeritatis autem infinita varietas in corporis motum cadit; quovis tamen momento ex motu unius puncti simul totius corporis motus innotescit, dum celeritas ubique rationem distantiae ab axe gyrationis sequitur.

9. Secundus porro mobilitatis gradus existit, cum non duo corporis puncta, sed unicum tantum in quiete fixum retinetur, sicque corpori multo major movendi libertas relinquitur. Jam enim non solum circa rectam quamcunque per istud punctum transeuntem, sed gyratio successive circa alias atque alias hujusmodi rectas fieri potest, ita tamen ut perpetuo punctum illud, quod centrum motus merito vocatur, immotum maneat. Hoc ergo casu infinities major motus multiplicitas in corpus cadit, quam praecedente.

10. Tertius denique ac summus mobilitatis gradus corpori erit tribuendus, quando ne punctum quidem corporis immotum retinetur, atque adeo corporis mobilitas nullo plane modo restringitur, quo casu corpus liberrime mobile dicitur. Cujusmodi motus investigatio, etiamsi ob summam mutabilitatem difficillima videatur, tamen ad gradum secundum facile revocatur, propterea quod quovis momento ejusmodi motum spatio absoluto inesse concipere licet, quo unum corporis punctum ad quietem redigatur. Quin etiam compertum est, omnem hujus generis motum resolvi posse in motum centri gravitatis, et motum, quo ipsum corpus circa centrum gravitatis, quasi in quiete maneret, agitatur.

11. Cum igitur motus primi generis pro omnibus corporibus rigidis, qualia hic contemplamur, jam ita sit investigatus, ut nihil amplius desiderari queat, atque motus tertii generis ad secundum feliciter sit perductus: omnis quaestio, quae adhuc in theoria motus corporum solidorum seu rigidorum enodanda restat, versatur in motu secundi generis, quo corpora circa punctum quasi centrum fixum mobilia statuantur. Hujusmodi motus cernitur, quando corpus cuspidi fixae impositum utcunque agitatur, ita tamen, ut semper idem corporis punctum cuspidi incumbat, quemadmodum acus magneticae tali cuspidi imponi solent. Quod si loco acus, orbis, seu discus, vel corpus alius cujuscunque figurae cuspidi imponatur, habebitur in hoc motus genere casus patens, qui ad summam universalitatem evehetur, quando insuper vires quascunque, quibus tale corpus urgeatur, introducemus.

12. Mirabilem usum hujusmodi motus Celeb. Bouguerus in eximio Tractatu de navigatione commemorat, ab artifice quodam Anglo inventum, quo contendit certae figurae corpus, operculo pyxidis simile, ita cuspidi imponi posse, ut eo in gyrum acto superficies suprema in planitiem efformata perpetuo ad horizontem se componat, talemque motum in navigatione commendat, quippe cujus beneficio verum planum horizontale obtineri queat, agitatione navis non obstante. Manifestum autem est motus determinationem talis corporis ad genus secundum pertinere, atque eo esse diffici-

liorem, cum ipsa cuspis, cui corpus impingit, agitationi subjecta assumatur: quae theoria cum nondum satis sit exposita, aeque est difficile istud phaenomenum explicare, atque conditiones necessarias assignare, sub quibus id sit successurum: ex quo intelligi potest, quanta adjumenta, in praxi mechanica universa, ex accurata hujusmodi motuum pertractatione, merito expectari queant.

13. Cum autem motus secundi generis in se complectatur motus primi generis, evidens est illud commode applicari non posse, nisi prius hoc diligenter fuerit exploratum. In quo etiamsi nulla amplius insit difficultas, idque jam in variis scriptis mechanicis uberrime sit expositum, tamen quatenus ei genus secundum innititur, ejus pertractatio de novo suscipienda atque ita instruenda videtur, ut ab eo via ad hoc alterum praeparetur, et connexio quae inter ambo intercedit, luculentius demonstretur. Quam ob causam ab indagatione motuum primi generis exordiar, quos equidem ex primis Mechanicae principiis ita sum derivaturus, ut pari ratione investigatio motuum secundi generis suscipi queat.

14. In omni autem motu, utcunque fuerit complicatus, sive corporum rigidorum, sive flexibilium, sive etiam fluidorum investigando, cum variae methodi in usum vocari soleant, equidem longa experientia edoctus sequentem methodum non solum commodissimam, sed etiam ita comparatam deprehendi, ut ad omnia motus genera aeque pateat, ac semper certo cum successu adhiberi possit. Primo scilicet generatim in corpore motum quemcunque inesse concipio, qui quidem generalissime omnes plane motus, quorum corpus est capax, in se complectatur. Secundo, pro singulis corporis particulis vires ad hunc motum prosequendum requisitas investigo, quae nimirum eatenus sunt necessariae, quatenus quaelibet particula vel non uniformiter, vel non in directum fertur. Tertio, has vires requisitas ad motum fictum prosequendum comparo cum viribus, a quibus corpus actu sollicitatur, easque his aequivalentes facio; quod quo facilius praestari possit, alteras vires in contrarias converto, quae proinde cum alteris in aequilibrio consistere debebunt. Cum igitur vires requisitae, contrarie vel negative sumtae, vires actu sollicitantes destruere, seu cum iis aequilibrium constituere debeant, theoria aequilibrii suppeditabit aequationes, quibus motus fictus et generaliter assumtus ad motum realem perducitur, unde verus corporis motus definietur.

15. Quodsi corpus non libere est mobile, sed ejus motus limitatur, veluti si circa axem vel centrum fixum movetur, vel fluidum per canales manat, tum plerumque haec ipsa motus obstacula vim quandam sustinent, cujus determinatio per vulgares methodos saepenumero admodum fit difficilis et lubrica. Hujus autem methodi ope, quam hic adumbravi, et haec determinatio redditur planissima. Denotet enim $R$ has vires, quas fulcrum aliave corporis obstacula sustinent; tum vero vires corpus actu sollicitantes designentur littera $P$, vires vero ad motum prosequendum requisitae, littera $Q$. Jam quoniam fulcrum pari vi in corpus reagit, ipsum corpus inde vi $= -R$ sollicitari censendum est, ita ut nunc universae vires in corpus agentes sint $= P - R$. Motus ergo ita comparatus erit, ut vires ad ejus conservationem requisitae $Q$ his viribus $P - R$ perfecte aequivaleant, haecque adeo aequalitas subsistat $Q = P - R$, ex qua actio seu pressio corporis in fulcrum erit $R = P - Q$, seu haec pressio aequalis erit viribus corpus actu sollicitantibus, demtis viribus ad motus conservationem requisitis.

16. En ergo regulam facillimam, cujus ope quovis casu pressio corporis in fulcrum definiri potest, eaque tam late patet, ut non solum ad omnia motuum non liberorum genera extendatur, sed etiam ad omnia corporum genera, sive sint solida, sive fluida, eodem successu accommodari possit. Reducitur ergo non solum haec de pressione corporum in fulcra seu sustentacula difficillima quaestio, sed etiam ipsa motus omnium corporum determinatio ad puram quaestionem staticam, propterea quod vel aequilibrium inter vires, vel aequivalentia virium exquiritur. Pro motu scilicet ipso definiendo aequilibrium adesse debet inter vires actu sollicitantes $P$, et inter vires ad motum requisitas negative sumtas, hoc est inter vires $P$ et $-Q$, quod quidem aequilibrium ex immobilitate fulcri deducitur: tum vero cogitatione remota fulcri immobilitate, differentia illarum virium $P-Q$ praebet vim a fulcro sustentam.

17. Apparet ergo fulcrum eatenus tantum premi, quatenus vires actu sollicitantes superant vires ad motum requisitas, ita ut si nullis opus sit viribus ad motum prosequendum, fulcrum omnes vires sollicitantes sustineat. Contra vero fulcrum nullas plane vires sustinebit, quando vires actu sollicitantes viribus requisitis omnino fuerint aequales, quo casu motus corporis perinde se habebit, ac si esset perfecte liberum, neque ejus motus ullo modo limitatus. Si enim axis vel fulcrum nullam vim sustinet, motus idem omnino erit, ac si axis vel fulcrum prorsus tolleretur, quo pacto corpus in perfectam libertatem se movendi vindicatur.

18. Principium autem mechanicum, ex quo vires ad quemvis motum prosequendum requisitae expeditissime definiri possunt, ita se habet: Considerato (Fig. 121) corporis elemento quocunque, cujus massa sit $dM$, motus ejus ita sit comparatus, ut elapso tempore $=t$, id elementum pervenerit in $Z$, cujus loci situs per ternas coordinatas, in datis directionibus fixis assumtas $AX=x$, $XY=y$ et $YZ=z$ definiatur, ita ut hae quantitates $x$, $y$, $z$ tanquam functiones temporis spectari possint, quarum differentialibus $dx$, $dy$ et $dz$, ad elementum temporis $dt$ relatis, verus particulae $Z$ motus continetur. Sumto jam differentiali temporis $dt$ constante, ad motum elementi $Z=dM$ prosequendum tribus opus est viribus motricibus, secundum directiones, illis coordinatis parallelas $AX$, $XY$ et $YZ$, sollicitantibus, quae sint $Zp$, $Zq$ et $Zr$, eruntque hae vires:

I. Vis secundum $Zp$ ipsi $AX$ parallele urgens $=\frac{2dMddx}{dt^2}$,

II. Vis secundum $Zq$ ipsi $XY$ parallele urgens $=\frac{2dMddy}{dt^2}$,

III. Vis secundum $Zr$ ipsi $YZ$ parallele urgens $=\frac{2dMddz}{dt^2}$.

Directiones autem harum ternarum virium ita sunt concipiendae, uti in figura repraesentantur, ita ut tendant ad singulas coordinatas $x$, $y$ et $z$ augendas, siquidem vires prodeant affirmativae; sin autem sint negativae, directiones in contrarium sunt mutandae.

19. Quod ad binarium attinet, quo hae formulae sunt affectae, is a mensura determinata, qua tempus cum reliquis quantitatibus in comparationem ducitur, pendet, quae si alia statueretur, quicunque alius numerus aeque adhiberi posset. Utor autem hic ea ratione, secundum quam tempus, quo grave ex altitudine quacunque $a$ libere delabitur, per $2\sqrt{a}$ exprimi solet, ita ut si $a$ denotet altitudinem lapsus uno minuto secundo facti, expressio temporis quaecunque $t$ per $2\sqrt{a}$ divisa in minuta secunda convertatur; hoc ergo modo tempus $t$ cum magnitudinibus $x$, $y$, $z$ comparabitur.

20. Porro exponenda est relatio inter vires motrices et massas, quae cum aeque per se non determinetur, sed a mensura arbitraria pendeat, equidem semper cujusque corporis massam per pondus, quod idem corpus in superficie terrae esset habiturum, exprimere soleo, quandoquidem massae ponderibus proportionales deprehenduntur, per pondera vero etiam quaevis vires motrices utpote quantitates homogeneae exprimi possunt. Hac ergo ratione recepta, primum massae et vires motrices ad homogeneitatem reducuntur, tum vero etiam quadrata temporum et lineae.

21. Temporum autem ratio deducta est ex notione velocitatis, quae in motu uniformi per spatium ad tempus applicatum indicari solet, velocitas autem ipsa per radicem quadratam altitudinis, ex qua grave labendo parem celeritatem acquirit: unde tam velocitatum quam temporum mensura absoluta obtinetur, quae ita est comparata, ut quadrata tam temporum quam celeritatum pro lineis sint reputandae.

22. Hoc igitur principio, cui omnium motuum judicium ita innititur, ut omnia principia mechanica, quaecunque vulgo proferri solent, in eo contineantur, exposito, methodoque, qua ad omnis generis motus investigandos, uti convenit, indicata, ad institutum exequendum pergo, ac primo quidem motum gyratorium corporum solidorum circa axem quemcunque fixum examini subjiciam. Sit igitur (Fig. 122) corpus quodcunque $EFGH$, quod circa axem fixum $Aa$ gyretur, quocum unum quasi corpus continuum constituere putetur, sive axis per ipsum transeat, sive extrinsecus cum eo firmiter sit connexus, ita ut singulae corporis particulae tam inter se quam respectu hujus axis perpetuo eundem situm conservent.

23. Hoc corpus primo consideretur in quiete, et quo singulorum ejus elementorum situs facilius in computum duci queat, praeter axem gyrationis $Aa$ statuantur in corpore insuper duo axes $OB$ et $OC$, cum inter se tum ad $Aa$ normales, qui se mutuo in puncto $O$ decussent, et corpori firmiter inhaereant. Situs horum duorum axium assumtorum, aeque ac punctum $O$, ab arbitrio nostro pendet, perindeque est quomodocunque constituantur. Respectu horum ternorum axium ergo quaevis particula corporis certum situm tenebit, qui commodissime per ternas coordinatas his axibus parallelas definietur. Scilicet a particula corporis quacunque $Z$ demittatur in planum $AOB$ perpendiculum $ZY$, quod axi $OC$ erit parallelum; tum ex $Y$ axi $OB$ parallela agatur $YX$, axi $OA$ in $X$ occurrens; atque situs particulae $Z$, respectu ternorum axium, per has ternas coordinatas $OX = x$, $XY = y$ et $YZ = z$ determinabitur.

24. Pro eadem ergo corporis particula $Z$ hae ternae coordinatae perpetuo eandem quantitatem retinebunt, etiamsi corpus utcunque moveatur, propterea quod hos axes quasi corpori infixos cum eoque simul motos assumimus. In statu enim motus hi ipsi axes cum corpore moventur, sed ipsorum respectu quaelibet corporis particula perpetuo eundem situm retinet, per coordinatas $x$, $y$ et $z$ determinatum; scilicet si corpus circa axem $AOa$ gyretur, hic quidem axis $OA$ quiescit, sed ambo reliqui $OB$ et $OC$ circa eum aequaliter convertentur. Sin autem motus ad genus secundum pertineat, ita ut corpus circa punctum fixum $O$ agitetur, tum fieri potest, ut omnes tres axes in continuo motu versentur, nihilo vero minus eorum respectu quaelibet corporis particula constanter eundem situm conservet.

25. Motus autem corporis, sive ad genus primum, sive secundum referatur, dummodo punctum $O$ quiescat, distinctissime cognoscetur si ad quodvis tempus situm ternorum axium respectu spatii absoluti assignare noverimus. Tum enim simul cujuslibet corporis particulae verum situm respectu spatii absoluti definire poterimus, quem si ad quodvis temporis instans colligamus, ex mutatione situs momentanea ipsum motum cujusque particulae facile concludemus; spatiolum enim a quavis particula descriptum ad elementum temporis applicatum praebebit ejus celeritatem, et duo motus ejusdem particulae duobus tempusculis successivis inter se collati ostendent cum celeritatis tum directionis mutationem, quibus rebus plane omnia, quae de motu corporis universo quaeri possunt, continentur. Hocque ergo modo perfectam motus cognitionem impetrabimus.

26. Dum autem corpus ad spatium absolutum referimus, in eo quoque tres axes assumi conveniet, quorum respectu situs corporis quovis momento definiri debet. Hi igitur tres axes spatii absoluti probe sunt distinguendi a tribus illis axibus, quos corpori infixos concipimus: illi enim revera sunt immobiles, hi vero cum corpore simul moventur, atque ex situ horum axium respectu illorum quovis momento tam situs corporis quam ejus motus cognoscitur. Quare dum corpus utcunque movetur, ita ut punctum $O$ immotum maneat, ejus motus perfecte describetur, si ad quodvis tempus situm axium corpori infixorum respectu axium spatii absoluti assignare poterimus.

27. Quo igitur cujuslibet elementi corporis $Z$ verum motum ad quodvis tempus definire queamus, primum ejus situm respectu axium ternorum ipsi corpori infixorum indagare debemus, qui quidem situs, uti vidimus, commodissime per ternas coordinatas his axibus parallelas determinatur; et quamdiu idem corporis elementum spectatur, hae ternae coordinatae nullam mutationem subeunt, utcunque corpus moveatur. Unde si hae coordinatae per $x$, $y$ et $z$ designentur, eae pro quantitatibus constantibus erunt habendae, quamdiu scilicet idem corporis elementum spectatur, propterea quod ejus situs respectu horum axium, qui corpori infixi simulque cum eo mobiles statuuntur, nulli mutationi est obnoxius.

28. Deinde vero ejusdem elementi situm quoque respectu ternorum axium absolutorum explorari oportet, quod pariter per alias ternas coordinatas his axibus parallelas commodissime praestabitur. Jam vero hae coordinatae etiam pro eodem corporis elemento labente tempore pro variabilibus sunt habendae, atque ex hac ipsa variatione ejus verus motus aptissime dijudicatur, siquidem ejus situs respectu horum axium continuo immutatur. Quodsi ergo hae coordinatae per litteras $X$, $Y$, $Z$ designentur, hae successu temporis mutationem perpeti censendae sunt, dum praecedentes $x$, $y$, $z$ pro constantibus haberi debent.

29. Quoniam ergo cujusque elementi motus ex coordinatis mobilibus $X$, $Y$, $Z$ peti debet, in id imprimis est incumbendum, ut has coordinatas ex coordinatis fixis $x$, $y$, $z$ derivemus, quem in finem ad quodvis tempus situm axium corporis, respectu axium spatii absoluti, explorari convenit. Principalis igitur quaestio tum huc redibit, ut cognito situ axium corporis respectu axium spatii absoluti, pro quocunque corporis elemento ternae coordinatae mobiles seu variabiles $X$, $Y$, $Z$ ex coordinatis immobilibus et fixis $x$, $y$, $z$ definiantur: quod igitur quemadmodum commodissime fieri possit, diligentius dispiciamus. Haec autem disquisitio tam ad motus secundi generis quam primi generis aeque patebit, quia unum saltem corporis punctum $O$ tanquam fixum assumimus.

30. Ante omnia autem observari conveniet, si ternae coordinatae axibus $OA$, $OB$ et $OC$ inter se normalibus parallelae fuerint $OX = x$, $XY = y$ et $YZ = z$, atque distantia elementi $Z$ a centro $O$ ponatur $OZ = v$, ut sit $vv = xx + yy + zz$, tum $\frac{x}{v} = \frac{OX}{OZ}$ exprimere cosinum anguli $AOZ$, parique modo esse $\frac{y}{v} = \cos BOZ$ et $\frac{z}{v} = \cos COZ$. Hinc ergo ex angulis, quibus recta $OZ$ ad ternos axes $OA$, $OB$ et $OC$ inclinatur, coordinatae his axibus parallelae ita exprimuntur, ut sit

coordinata axi $OA$ parallela $x = v\cos AOZ$
« « $OB$ « $y = v\cos BOZ$
« « $OC$ « $z = v\cos COZ$.

31. Si autem situs ejusdem elementi ad alios ternos axes quoscunque inter se normales et se in eodem puncto $O$ decussantes referatur, per coordinatas $X$, $Y$, $Z$, quae his tribus axibus sint parallelae, hae coordinatae ad illas $x$, $y$, $z$ semper ita erunt comparatae, ut sit

$$X = \mathfrak{A}x + \mathfrak{B}y + \mathfrak{C}z, \quad Y = \mathfrak{D}x + \mathfrak{E}y + \mathfrak{F}z, \quad Z = \mathfrak{G}x + \mathfrak{H}y + \mathfrak{I}z,$$

ubi $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$, $\mathfrak{E}$, $\mathfrak{F}$, $\mathfrak{G}$, $\mathfrak{H}$, $\mathfrak{I}$ sunt quantitates a situ posteriorum axium respectu priorum pendentes, uti ex elementis geometriae constat, ubi de permutatione coordinatarum respectu aliorum axium agitur.

32. Ex iisdem autem elementis constat hos coëfficientes ita a se invicem pendere, ut semper sit

$$XX + YY + ZZ = xx + yy + zz = vv.$$

Ex quo substituendis pro $X$, $Y$, $Z$ valoribus exhibitis necesse est sit:

$$\mathfrak{A}\mathfrak{A} + \mathfrak{D}\mathfrak{D} + \mathfrak{G}\mathfrak{G} = 1, \quad \mathfrak{B}\mathfrak{B} + \mathfrak{E}\mathfrak{E} + \mathfrak{H}\mathfrak{H} = 1, \quad \mathfrak{C}\mathfrak{C} + \mathfrak{F}\mathfrak{F} + \mathfrak{I}\mathfrak{I} = 1,$$
$$\mathfrak{A}\mathfrak{B} + \mathfrak{D}\mathfrak{E} + \mathfrak{G}\mathfrak{H} = 0, \quad \mathfrak{A}\mathfrak{C} + \mathfrak{D}\mathfrak{F} + \mathfrak{G}\mathfrak{I} = 0, \quad \mathfrak{B}\mathfrak{C} + \mathfrak{E}\mathfrak{F} + \mathfrak{H}\mathfrak{I} = 0,$$

quarum aequationum ope sex harum quantitatum per reliquas tres definiri possunt.

33. Hinc autem vicissim obtinetur determinatio coordinatarum $x$, $y$, $z$ per alteras $X$, $Y$ et $Z$, hoc modo

$$x = \mathfrak{A}X + \mathfrak{D}Y + \mathfrak{G}Z, \quad y = \mathfrak{B}X + \mathfrak{E}Y + \mathfrak{H}Z, \quad z = \mathfrak{C}X + \mathfrak{F}Y + \mathfrak{I}Z,$$

unde porro sequentes horum coëfficientium relationes colliguntur, quae quidem jam in superioribus contentae esse debent:

$$\mathfrak{A}\mathfrak{A} + \mathfrak{B}\mathfrak{B} + \mathfrak{C}\mathfrak{C} = 1, \quad \mathfrak{D}\mathfrak{D} + \mathfrak{E}\mathfrak{E} + \mathfrak{F}\mathfrak{F} = 1, \quad \mathfrak{G}\mathfrak{G} + \mathfrak{H}\mathfrak{H} + \mathfrak{I}\mathfrak{I} = 1,$$
$$\mathfrak{A}\mathfrak{D} + \mathfrak{B}\mathfrak{E} + \mathfrak{C}\mathfrak{F} = 0, \quad \mathfrak{A}\mathfrak{G} + \mathfrak{B}\mathfrak{H} + \mathfrak{C}\mathfrak{I} = 0, \quad \mathfrak{D}\mathfrak{G} + \mathfrak{E}\mathfrak{H} + \mathfrak{F}\mathfrak{I} = 0.$$

34. His autem omnibus conditionibus per tres angulos satisfieri potest. Assumtis enim tribus angulis $p$, $q$, $r$, novem hi coëfficientes ita definiri possunt, ut sit:

$\mathfrak{A} = \cos p$, $\mathfrak{B} = \sin p \cos q$, $\mathfrak{C} = \sin p \sin q$,
$\mathfrak{D} = \sin p \cos r$, $\mathfrak{E} = -\sin q \sin r - \cos p \cos q \cos r$, $\mathfrak{F} = +\cos q \sin r - \cos p \sin q \cos r$,
$\mathfrak{G} = \sin p \sin r$, $\mathfrak{H} = +\sin q \cos r - \cos p \cos q \sin r$, $\mathfrak{I} = -\cos q \cos r - \cos p \sin q \sin r$,

cujusmodi autem anguli per has litteras $p$, $q$, $r$ quovis casu exprimantur, mox videbimus.

35. Repraesentet jam (Fig. 123) sphaera $O\alpha\beta\gamma$ spatium absolutum, respectu cujus situs corporis quovis momento definiri debeat: commodissimum autem est spatium absolutum instar sphaerae considerare, quo praecepta trigonometriae sphaericae in usum vocari possent. Existente ergo $O$ centro hujus sphaerae; sint $O\alpha$, $O\beta$, $O\gamma$ terni axes spatii absoluti, immobiles et inter se normales, eruntque arcus $\alpha\beta$, $\alpha\gamma$, $\beta\gamma$ in superficie sphaerae quadrantes, eorumque adeo cosinus $= 0$ et sinus $= 1$, posito radio sphaerae $= 1$. Corporis autem, cujus motus investigatur, centrumque in centro sphaerae $O$ immobile haeret, terni axes $OA$, $OB$ et $OC$ transeant per superficiei sphaericae puncta $A$, $B$, $C$, praesenti quidem temporis instanti, ita ut arcus in figura non expressi $AB$, $AC$ et $BC$ sint pariter quadrantes.

36. Pro corporis elemento quocunque $Z$, cujus a centro $O$ distantia est $OZ = v$, sint ternae coordinatae axibus in corpore infixis et cum corpore mobilibus $OA$, $OB$, $OC$ parallelae $x$, $y$ et $z$; ejusdem vero elementi ternae coordinatae axibus spatii absoluti et immobilibus $O\alpha$, $O\beta$, $O\gamma$ parallelae sint $X$, $Y$ et $Z$. Unde si recta $OZ$ superficiem sphaericam in $M$ trajiciat, indeque tam ad puncta $A$, $B$, $C$, quam $\alpha$, $\beta$, $\gamma$ arcus circulorum maximorum ducantur, erit ut vidimus:

$$\cos MA = \frac{x}{v}, \quad \cos MB = \frac{y}{v}, \quad \cos MC = \frac{z}{v},$$
$$\cos M\alpha = \frac{X}{v}, \quad \cos M\beta = \frac{Y}{v}, \quad \cos M\gamma = \frac{Z}{v}.$$

Pendeant autem hae posteriores coordinatae ita a prioribus, ut sit

$$X = \mathfrak{A}x + \mathfrak{B}y + \mathfrak{C}z, \quad Y = \mathfrak{D}x + \mathfrak{E}y + \mathfrak{F}z, \quad Z = \mathfrak{G}x + \mathfrak{H}y + \mathfrak{J}z.$$

37. Substitutis autem pro $x$, $y$, $z$ et $X$, $Y$, $Z$ superioribus valoribus habebimus

$$\cos M\alpha = \mathfrak{A}\cos MA + \mathfrak{B}\cos MB + \mathfrak{C}\cos MC,$$
$$\cos M\beta = \mathfrak{D}\cos MA + \mathfrak{E}\cos MB + \mathfrak{F}\cos MC,$$
$$\cos M\gamma = \mathfrak{G}\cos MA + \mathfrak{H}\cos MB + \mathfrak{J}\cos MC,$$

unde facile valores coëfficientium per quantitates ad figuram pertinentes exhibere poterimus. Cum enim hae formulae debeant subsistere, ubicunque punctum $M$ assumatur, ponamus punctum $M$ sumi successive in ipsis punctis $A$, $B$, $C$.

38. Puncto $M$ autem primo in $A$ sumto, ut sit $MA = 0$, arcus $MB$ et $MC$ abibunt in quadrantes, eritque $\cos MB = 0$ et $\cos MC = 0$, unde nostrae aequationes praebebunt

$$\cos A\alpha = \mathfrak{A}, \quad \cos A\beta = \mathfrak{D}, \quad \cos A\gamma = \mathfrak{G}.$$

Deinde sumatur $M$ in $B$, ut fiat $MB = 0$ et $\cos MB = 1$, item $\cos MA = 0$ et $\cos MC = 0$, atque prodibit

$$\cos B\alpha = \mathfrak{B}, \quad \cos B\beta = \mathfrak{E}, \quad \cos B\gamma = \mathfrak{H}.$$

Denique sumto $M$ in $C$, ut fiat $MC = 0$, $\cos MC = 1$ et $\cos MA = 0$, $\cos MB = 0$, orietur

$$\cos C\alpha = \mathfrak{C}, \quad \cos C\beta = \mathfrak{F}, \quad \cos C\gamma = \mathfrak{J}.$$

39. Patet ergo litteras $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$, $\mathfrak{E}$, $\mathfrak{F}$, $\mathfrak{G}$, $\mathfrak{H}$, $\mathfrak{J}$ exprimere cosinus arcuum, quibus puncta mobilia $A$, $B$, $C$ a fixis $\alpha$, $\beta$, $\gamma$ distant, seu denotare cosinus angulorum, quibus axes cor-

poris $OA$, $OB$, $OC$, ad axes spatii absoluti $O\alpha$, $O\beta$, $O\gamma$ inclinantur. Erit ergo $\cos A\alpha = \cos p$, seu angulus $p$ aequalis est arcui $A\alpha$: tum vero ob $\cos A\beta = \mathfrak{D} = \sin p \cos r$, patet $r$ designare angulum $A\alpha\beta$. Denique ob $\cos B\alpha = \mathfrak{B} = \sin p \cos q$, patet $q$ denotare angulum $\alpha AB$; manifestum autem est, si dentur primo angulus $\beta\alpha A = r$, secundo arcus $\alpha A = p$, et tertio angulus $\alpha AB = q$, tum positionem omnium trium punctorum $A$, $B$, $C$ in spatio absoluto determinari.

40. En ergo insigne theorema trigonometricum, quo idem punctum $M$ duplici modo ad terna sphaerae puncta quadrante a se invicem distantia refertur

$$\cos M\alpha = \cos A\alpha \cos MA + \cos B\alpha \cos MB + \cos C\alpha \cos MC,$$
$$\cos M\beta = \cos A\beta \cos MA + \cos B\beta \cos MB + \cos C\beta \cos MC,$$
$$\cos M\gamma = \cos A\gamma \cos MA + \cos B\gamma \cos MB + \cos C\gamma \cos MC,$$

cujus demonstratio more geometrico absolvenda non parum sagacitatis requirere videtur.

41. His igitur subsidiis cum ex analysi tum trigonometria sphaerica comparatis, ipsa problemata mechanica aggrediamur, siquidem etiam principia, ex quibus eorum solutio peti debet, sufficienter sunt exposita. Quae subsidia cum ad motus genus tam primum quam secundum pateant, a genere primo nostras investigationes incipiamus, quo corpus circa axem fixum gyrari assumitur. Quodsi ergo $OA$ fuerit iste axis fixus, quia is in spatio quoque absoluto situm suum constanter retinet, cum axe $O\alpha$ confundi poterit, ita ut sit $A\alpha = 0$, ideoque $\alpha B$ et $\alpha C$ arcus 90 graduum.

### De motu rotatorio corporis rigidi circa axem fixum.

42. Sumto $OA$ pro axe fixo, circa quem corpus utcunque gyretur, congruat is cum axe $O\alpha$ spatii absoluti, et ad tempus quodcunque $t$ bini reliqui corporis axes habeant in spatio absoluto situm $OB$ et $OC$, et puncta $B$ et $C$ erunt in circulo maximo $\beta\gamma\delta$, cujus polus est $\alpha$. Positis jam $x$, $y$, $z$ coordinatis elementi corporis $Z$ axibus $OA$, $OB$, $OC$ parallelis, et $X$, $Y$, $Z$ coordinatis ejusdem elementi axibus immobilibus parallelis, si adhibeamus supra inductam relationem in has duplices coordinatas, habebimus $A\alpha = 0$ et $\alpha B = \alpha C = 90°$.

43. Hinc ergo coëfficientes assumti $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, etc. ita definientur, ut sit: $\cos A\alpha = \mathfrak{A} = 1$, $\cos B\alpha = \mathfrak{B} = 0$, $\cos C\alpha = \mathfrak{C} = 0$, $\cos A\beta = \mathfrak{D} = 0$ et $\cos A\gamma = \mathfrak{G} = 0$. Ac si ponatur $B\beta = s$, erit $\cos B\beta = \mathfrak{E} = \cos s$, $\cos B\gamma = \mathfrak{H} = \sin s$, $\cos C\beta = \mathfrak{F} = -\sin s$ et $\cos C\gamma = \mathfrak{J} = \cos s$. Quibus valoribus introductis habebimus $X = x$, $Y = y \cos s - z \sin s$, $Z = y \sin s + z \cos s$, ubi $s = B\beta$ denotat angulum $\beta\alpha B$, quem corpus jam tempore $t$ circa axem $O\alpha$ vel $OA$ motu angulari confecit; spectari ergo debet $s$ tanquam functio temporis $t$, dum coordinatae $x$, $y$, $z$ ratione temporis sunt quantitates constantes.

44. Quoniam nunc situs elementi $Z$ respectu spatii absoluti per ternas coordinatas $X$, $Y$, $Z$ exprimitur, quae cum tempore variantur, dum alterae $x$, $y$, $z$ constantes manent, si massa elementi $Z$ per $dM$ indicetur, et differentiale temporis $dt$ constans assumatur, ad motum hujus elementi prosequendum requiruntur tres vires motrices secundum directiones axium $O\alpha$, $O\beta$, $O\gamma$ sollicitantes, quae sunt

$$\text{vis secund. } O\alpha = \frac{2dMddX}{dt^2}, \quad \text{vis secund. } O\beta = \frac{2dMddY}{dt^2}, \quad \text{vis secund. } O\gamma = \frac{2dMddZ}{dt^2},$$

quarum virium directiones, his axibus parallelae, in ipso puncto $Z$ applicatae sunt concipiendae.

45. Innotescunt ergo vires ad elementum corporis $Z$ sollicitandum requisitae secundum axes spatii absoluti agentes, quae per notam virium compositionem vel ad duas, vel etiam ad unicam revocari possunt. Expediet autem eas reducere ad ternas alias, quae secundum axes corpori infixos $OA$, $OB$, $OC$ agant, ut calculus harum virium, etiam sine respectu ad motum habito, expediri possit, propterea quod elementum $Z$ ad hos axes constanti et immutabili ratione refertur.

46. Cum autem sit $X = x$ et $x$ constans, vis prima secundum $O\alpha$ evanescit, et reliquae duae secundum $O\beta$ et $O\gamma$ facile reducuntur ad directiones $OB$ et $OC$. Resolvitur enim vis secundum $O\beta$ in has duas

$$\text{vis sec. } OB = \text{vi sec. } O\beta \cos B\beta = \text{vi sec. } O\beta \cos s,$$
$$\text{vis sec. } OC = \text{vi sec. } O\beta \cos C\beta = -\text{vi sec. } O\beta \sin s$$

similique modo vis secundum $O\gamma$ in has duas

$$\text{vis sec. } OB = \text{vi sec. } O\gamma \cos B\gamma = \text{vi sec. } O\gamma \sin s,$$
$$\text{vis sec. } OC = \text{vi sec. } O\gamma \cos C\gamma = \text{vi sec. } O\gamma \cos s.$$

47. Hinc ergo pro motu particulae $Z$ requiruntur duae sequentes vires

$$\text{altera sec. } OB = \frac{2dM}{dt^2}(ddY \cos s + ddZ \sin s), \quad \text{altera sec. } OC = \frac{2dM}{dt^2}(-ddY \sin s + ddZ \cos s).$$

Cum autem hic variabilitas temporis spectetur, sola quantitas $s$ erit variabilis, eritque ergo

$$dY = -yds \sin s - zds \cos s, \quad ddY = -ydds \sin s - zdds \cos s - yds^2 \cos s + zds^2 \sin s,$$
$$dZ = \phantom{-}yds \cos s - zds \sin s, \quad ddZ = +ydds \cos s - zdds \sin s - yds^2 \sin s - zds^2 \cos s,$$

quibus valoribus substitutis binae istae vires prodibunt:

$$\text{vis sec. } OB = \frac{2dM}{dt^2}(-zdds - yds^2), \quad \text{vis sec. } OC = \frac{2dM}{dt^2}(ydds - zds^2).$$

48. Quoniam corpus est mobile circa axem $OA$ (Fig. 122) momenta harum virium respectu ejus sunt spectanda. At vis secundum $OC$ seu $YZ$ agens praebet momentum ad corpus in plagam $BC$ circa $OA$ convertendum $=$ vi sec. $OC.y$; vis autem secundum $OB$ seu $XY$ dat momentum ad motum in plagam oppositam $CB$ accelerandum $=$ vi sec. $OB.z$, unde utrinque nascitur momentum in plagam $BC$ tendens $= \frac{2dM}{dt^2}(yy + zz)\,dds = \frac{2dds}{dt^2}(yy + zz)\,dM$. Tantum scilicet momentum requiritur pro elemento corporis $Z = dM$ ad motum, quo corpus ferri assumimus, producendum.

49. Cum igitur ob singula corporis elementa talia momenta requirantur, haec omnia momenta in unam summam colligantur, quae quidem praesenti corporis instanti locum habeant. Jam ergo tempus constans statuendum, ideoque terminus $\frac{2dds}{dt^2}$ a solo tempore pendens, et variabilitas omnis in situm elementi $Z$ erit transferenda, ita ut nunc coordinatae $y$ et $z$ variabiles reddantur: ex quo summae omnium momentorum, seu momentum totale in plagam $BC$ tendens erit $= \frac{2dds}{dt^2}\int(y^2 + z^2)\,dM$. Conservatio nimirum motus, quem in corpore inesse ponimus, hoc virium momentum requirit.

50. Denotat autem $s$ angulum, quem corpus tempore $t$ jam motu suo circa axem $OA$ absolvit: unde $\frac{ds}{dt}$ exprimit ipsam celeritatem angularem in plagam $BC$ directam, et $\frac{2dds}{dt^2}$ accelerationem hujus motus in eandem plagam, quippe quae ex differentiali celeritatis angularis ad elementum temporis $dt$ applicato aestimatur. Unde videmus eatenus tantum virium momento ad hujus motus conservationem opus esse, quatenus motus angularis mutationem subit. Si enim esset uniformis, seu $\frac{dds}{dt^2} = 0$, nulla vi opus esset; pro eodem autem corpore momentum virium ipsi accelerationi est proportionale.

51. Quantum autem virium momentum quaevis acceleratio pro quolibet corpore requirat, ex formula $\int (yy + zz)\, dM$ judicari debet. Denotat autem $yy + zz$ quadratum lineae $XZ$, hoc est quadratum distantiae elementi $Z$ ab axe gyrationis $OA$: singula igitur corporis elementa in quadrata distantiarum suarum ab axe $OA$ multiplicari, haecque cuncta producta in unam summam colligi debent, quae summa si ponatur $= Mff$, quam voco momentum inertiae corporis respectu axis $OA$, erit momentum virium ad accelerationem $\frac{2dds}{dt^2}$ producendam requisitum $= Mff \cdot \frac{2dds}{dt^2}$.

52. Hinc igitur vicissim, si corpus a viribus quibuscunque sollicitetur, definire poterimus, quantum ab iis motus corporis afficiatur. Quaerantur enim ex viribus illis momenta respectu axis $OA$, quae in unam summam collecta praebeant momentum in plagam $BC$ tendens $= P$, et cum esse debeat $Mff \cdot \frac{2dds}{dt^2} = P$, habebitur hinc

$$\frac{2dds}{dt} = \frac{Pdt}{Mff}, \quad \frac{2ds}{dt} = \frac{\int Pdt}{Mff} \quad \text{et} \quad 2s = \frac{\int dt \int Pdt}{Mff},$$

unde si ad quodvis tempus $t$ virium sollicitantium momentum $P$ constet, ad quodvis tempus quoque non solum acceleratio, sed etiam ipsa celeritas angularis definiri poterit.

53. Cum ergo hoc modo motus gyratorius cujuscunque corporis circa axem fixum perfecte determinetur, quaecunque fuerint vires sollicitantes, investigemus etiam vires, quas ipse axis partim ob vires sollicitantes, partim ob motum corporis sustinet. Ac supra quidem vidimus axem sustinere primum vires, quibus corpus actu sollicitatur, deinde vero insuper vires, quae sint aequales et oppositae viribus ad motum conservandum requisitis. Cum igitur per se sit manifestum, quantam vim axis sustineat a viribus corpus actu sollicitantibus, indagandae tantum restant eae vires, quae ex viribus ad motum requisitis in axem redundant. Ob motum ergo particulae $Z$ (Fig. 124) considerandae sunt duae vires $Zq$ et $Zr$, axibus $OB$ et $OC$ parallelae et inventis oppositae, quae propterea erunt

$$\text{vis } Zq = \frac{2dM}{dt^2}(zdds + yds^2) \quad \text{et} \quad \text{vis } Zr = \frac{2dM}{dt^2}(-ydds + zds^2)$$

vim enim $Zp$, quae est axi $OA$ parallela, hoc casu in nihilum abire invenimus.

54. Omnes ergo has vires in summam colligere debemus, et quia vis $Zq$ in planum $AOC$ est normalis, dabitur vis quaedam $MQ$ in hoc planum itidem normalis et axi $OB$ parallela, quae omnibus viribus $Zq$ aequivaleat. Deinde quia vis $Zr$ in planum $AOB$ est normalis, vis iis omnibus aequivalens, quae sit $NR$, pariter in hoc planum erit normalis, seu axi $OC$ parallela, sicque omnes illae vires infinite parvae ad has duas vires finitas $MQ$ et $NR$ reducentur, quarum actionem propterea axis sentiet praeter vires, quibus corpus actu sollicitatur, ita ut, si corpus a nullis viribus sollicitaretur, axis has tantum duas vires $MQ$ et $NR$ esset sustenturus.

55. Ex doctrina autem compositionis virium constat, vim $MQ$ aequalem esse summae omnium virium $Zq$, ita ut sit

$$\text{vis } MQ = \frac{2dds}{dt^2} \int z dM + \frac{2ds^2}{dt^2} \int y dM.$$

Deinde pari modo vis $NR$ aequalis est summae omnium virium $Zr$, sicque erit

$$\text{vis } NR = -\frac{2dds}{dt^2} \int y dM + \frac{2ds^2}{dt^2} \int z dM;$$

ad has ergo vires inveniendas singula corporis elementa per binas coordinatas $y$ et $z$ multiplicari et integralia per totum corpus extendi debent, ut obtineantur valores totales formularum $\int y dM$ et $\int z dM$.

56. Quantitate harum virium inventa, earum loca applicationis $M$ et $N$ in planis $AOC$ et $AOB$ investigari debent, quem in finem ex $M$ in $OA$ et ex $N$ in $OB$ ducantur normales $MG$ et $NH$, ita ut quaeri oporteat intervallum $OG.GM$ et $OH.HN$. Constat autem esse

$$\text{vis } MQ.OG = \int \text{vir. } Zq.x \quad \text{et} \quad \text{vis } MQ.GM = \int \text{vir. } Zq.z,$$
$$\text{vis } NR.OH = \int \text{vir. } Zr.y \quad \text{et} \quad \text{vis } NR.HN = \int \text{vir. } Zr.x,$$

unde elicitur

$$OG = \frac{\frac{2dds}{dt^2} \int xz dM + \frac{2ds^2}{dt^2} \int xy dM}{\text{vis } MQ}, \qquad GM = \frac{\frac{2dds}{dt^2} \int zz dM + \frac{2ds^2}{dt^2} \int yz dM}{\text{vis } MQ},$$

$$OH = \frac{-\frac{2dds}{dt^2} \int yy dM + \frac{2ds^2}{dt^2} \int yz dM}{\text{vis } NR}, \qquad HN = \frac{-\frac{2dds}{dt^2} \int xy dM + \frac{2ds^2}{dt^2} \int xz dM}{\text{vis } NR} = Oh.$$

57. Quo igitur hinc facilius definiri possit, quales vires axis gyrationis sustineat, corpus, quasi esset in quiete, consideretur, cui praeter vires actu sollicitantes hae duae vires $MQ$ et $NR$ essent applicatae. Cum enim omnium harum virium momenta respectu axis $OA$ se destruant, ex earum conjunctione vires nascentur, quarum media directio per ipsum axem $OA$ transit, ita ut vis aequivalens immediate in axem agat; unde patebit quanta vi opus sit ad axem in situ suo retinendum, ne inclinetur. Cum autem ex viribus actu sollicitantibus nascatur respectu axis $OA$ momentum $P$, vidimus esse $P = \frac{2dds}{dt^2} \int (yy + zz) dM$, hinc eo expeditius compositio omnium virium in axem agentium instituetur.

58. Aequivalet autem vis $MQ$ vi sibi aequali in axis puncto $G$ applicata, una cum vi evanescente rectae $GM$ in infinitum productae applicata, cujus tamen momentum sit finitum respectu axis $OA$, et aequali momento vis $MQ$. Simili modo vis $NR$ aequivalet vi sibi aequali, axi in puncto $h$, ducta $Nh$ ipsi $BO$ parallela, applicata, et insuper vi infinite parvae, rectae $hN$ in distantia infinita applicatae. Quare cum harum virium infinite parvarum actiones a viribus actu sollicitantibus destruantur, ob vires ad motus conservationem requisitas axis sollicitabitur in punctis $G$ et $h$ viribus $MQ$ et $NR$ ante inventis. Similique modo vires actu corpus sollicitantes in directionibus sibi parallelis axi immediate sunt applicandae, ut obtineantur vires, quas axis inde sustinet.

**De motu corporis rigidi circa centrum fixum.**

59. Motum circa axem fixum ideo hic accuratius definire visum est, ut pari modo calculus pro motu circa punctum fixum suscipi possit. Sumtis ergo in spatio absoluto tribus axibus immobilibus (Fig. 123) $O\alpha$, $O\beta$, $O\gamma$, existente $O$ illo puncto fixo, circa quod corpus a viribus quibuscunque sollicitatum movetur, pervenerit corpus elapso tempore $t$ in eum statum, ut jam axes ipsi infixi in spatio absoluto situm teneant $OA$, $OB$, $OC$. Quem situm si ad quodvis tempus assignare potuerimus, motum corporis perfecte habebimus cognitum; sumimus autem utrosque hos ternos axes inter se normales.

60. Pro situ porro axium mobilium $OA$, $OB$, $OC$ respectu immobilium definiendo, statuamus ut supra: $\cos A\alpha = \mathfrak{A}$, $\cos B\alpha = \mathfrak{B}$, $\cos C\alpha = \mathfrak{C}$, $\cos A\beta = \mathfrak{D}$, $\cos B\beta = \mathfrak{E}$, $\cos C\beta = \mathfrak{F}$, $\cos A\gamma = \mathfrak{G}$, $\cos B\gamma = \mathfrak{H}$, $\cos C\gamma = \mathfrak{I}$, eruntque hae quantitates $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. functiones solius temporis $t$, quae, ut vidimus, ita a se invicem pendent, ut sit

$$\mathfrak{A}\mathfrak{A} + \mathfrak{B}\mathfrak{B} + \mathfrak{C}\mathfrak{C} = 1, \qquad \mathfrak{A}\mathfrak{A} + \mathfrak{D}\mathfrak{D} + \mathfrak{G}\mathfrak{G} = 1,$$
$$\mathfrak{D}\mathfrak{D} + \mathfrak{E}\mathfrak{E} + \mathfrak{F}\mathfrak{F} = 1, \qquad \mathfrak{B}\mathfrak{B} + \mathfrak{E}\mathfrak{E} + \mathfrak{H}\mathfrak{H} = 1,$$
$$\mathfrak{G}\mathfrak{G} + \mathfrak{H}\mathfrak{H} + \mathfrak{I}\mathfrak{I} = 1, \qquad \mathfrak{C}\mathfrak{C} + \mathfrak{F}\mathfrak{F} + \mathfrak{I}\mathfrak{I} = 1,$$

$$\mathfrak{A}\mathfrak{D} + \mathfrak{B}\mathfrak{E} + \mathfrak{C}\mathfrak{F} = 0, \qquad \mathfrak{A}\mathfrak{B} + \mathfrak{D}\mathfrak{E} + \mathfrak{G}\mathfrak{H} = 0,$$
$$\mathfrak{A}\mathfrak{G} + \mathfrak{B}\mathfrak{H} + \mathfrak{C}\mathfrak{I} = 0, \qquad \mathfrak{A}\mathfrak{C} + \mathfrak{D}\mathfrak{F} + \mathfrak{G}\mathfrak{I} = 0,$$
$$\mathfrak{D}\mathfrak{G} + \mathfrak{E}\mathfrak{H} + \mathfrak{F}\mathfrak{I} = 0, \qquad \mathfrak{B}\mathfrak{C} + \mathfrak{E}\mathfrak{F} + \mathfrak{H}\mathfrak{I} = 0.$$

61. Si jam coordinatae cujusvis elementi $Z = dM$, axibus corpori infixis $OA$, $OB$, $OC$ parallelae sint $x$, $y$, $z$, quae ratione temporis sunt constantes; atque ejusdem elementi coordinatae axibus immobilibus $O\alpha$, $O\beta$, $O\gamma$ parallelae ponantur $X$, $Y$, $Z$, jam invenimus esse

$$X = \mathfrak{A}x + \mathfrak{B}y + \mathfrak{C}z, \qquad Y = \mathfrak{D}x + \mathfrak{E}y + \mathfrak{F}z, \qquad Z = \mathfrak{G}x + \mathfrak{H}y + \mathfrak{I}z.$$

62 His positis quaeramus vires ad motum particulae $Z$ requisitas, quae ex his coordinatis $X$, $Y$, $Z$, ita reperientur ut sint

$$\text{vis sec. } O\alpha = \frac{2dMddX}{dt^2} = \frac{2dM}{dt^2}(xdd\mathfrak{A} + ydd\mathfrak{B} + zdd\mathfrak{C}),$$

$$\text{vis sec. } O\beta = \frac{2dMddY}{dt^2} = \frac{2dM}{dt^2}(xdd\mathfrak{D} + ydd\mathfrak{E} + zdd\mathfrak{F}),$$

$$\text{vis sec. } O\gamma = \frac{2dMddZ}{dt^2} = \frac{2dM}{dt^2}(xdd\mathfrak{G} + ydd\mathfrak{H} + zdd\mathfrak{I}),$$

quia nempe hic de motu ejusdem elementi $Z$ est quaestio, coordinatae $x$, $y$, $z$ pro constantibus, functiones vero temporis tantum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. pro variabilibus sunt habendae.

63. Praestabit autem has vires ad alias directiones reducere, qui ipsis axibus corpori infixis sint parallelae, quae reductio facile instituetur hanc regulam observando. Si vis quaepiam $V$ secundum directionem $OM$ ageret, ea resolveretur in has vires

$$\text{vim sec. } OA = V\cos MA, \quad \text{vim sec. } OB = V\cos MB, \quad \text{vim sec. } OC = V\cos MC$$

| hinc vis | praebet per resolutionem: | | |
|---|---|---|---|
| | vim sec. $OA$ | vim sec. $OB$ | vim sec. $OC$ |
| sec. $O\alpha$ | $\frac{2dMddX}{dt^2}\cos A\alpha$ | $\frac{2dMddX}{dt^2}\cos B\alpha$ | $\frac{2dMddX}{dt^2}\cos C\alpha$ |
| sec. $O\beta$ | $\frac{2dMddY}{dt^2}\cos A\beta$ | $\frac{2dMddY}{dt^2}\cos B\beta$ | $\frac{2dMddY}{dt^2}\cos C\beta$ |
| sec. $O\gamma$ | $\frac{2dMddZ}{dt^2}\cos A\gamma$ | $\frac{2dMddZ}{dt^2}\cos B\gamma$ | $\frac{2dMddZ}{dt^2}\cos C\gamma$. |

64. His viribus colligendis orientur pro elemento in $Z = dM$

$$\text{I. Vis sec. } OA = \frac{2dM}{dt^2}\begin{Bmatrix} + x\mathfrak{A}dd\mathfrak{A} + y\mathfrak{A}dd\mathfrak{B} + z\mathfrak{A}dd\mathfrak{C} \\ + x\mathfrak{D}dd\mathfrak{D} + y\mathfrak{D}dd\mathfrak{E} + z\mathfrak{D}dd\mathfrak{F} \\ + x\mathfrak{G}dd\mathfrak{G} + y\mathfrak{G}dd\mathfrak{H} + z\mathfrak{G}dd\mathfrak{I} \end{Bmatrix} = \text{vi } Zp$$

$$\text{II. Vis sec. } OB = \frac{2dM}{dt^2}\begin{Bmatrix} + x\mathfrak{B}dd\mathfrak{A} + y\mathfrak{B}dd\mathfrak{B} + z\mathfrak{B}dd\mathfrak{C} \\ + x\mathfrak{E}dd\mathfrak{D} + y\mathfrak{E}dd\mathfrak{E} + z\mathfrak{E}dd\mathfrak{F} \\ + x\mathfrak{H}dd\mathfrak{G} + y\mathfrak{H}dd\mathfrak{H} + z\mathfrak{H}dd\mathfrak{I} \end{Bmatrix} = \text{vi } Zq$$

$$\text{III. Vis sec. } OC = \frac{2dM}{dt^2}\begin{Bmatrix} + x\mathfrak{C}dd\mathfrak{A} + y\mathfrak{C}dd\mathfrak{B} + z\mathfrak{C}dd\mathfrak{C} \\ + x\mathfrak{F}dd\mathfrak{D} + y\mathfrak{F}dd\mathfrak{E} + z\mathfrak{F}dd\mathfrak{F} \\ + x\mathfrak{I}dd\mathfrak{G} + y\mathfrak{I}dd\mathfrak{H} + z\mathfrak{I}dd\mathfrak{I} \end{Bmatrix} = \text{vi } Zr$$

ideoque ad motum elementi $Z = dM$ requiruntur hae tres vires $Zp$, $Zq$ et $Zr$ (Fig. 124).

65. Quia punctum corporis $O$ fixum retinetur, ratione motus non tam ipsae hae vires, quam earum momenta respectu ternorum axium $OA$, $OB$ et $OC$ spectari debent.

Praebet autem vis $Zp$ momenta circa $\begin{cases} OB = Zp.z \text{ in plagam } CA \\ OC = Zp.y \quad « \quad BA \end{cases}$

vis $Zq$ « « $\begin{cases} OC = Zq.x \quad « \quad AB \\ OA = Zq.z \quad « \quad CB \end{cases}$

vis $Zr$ « « $\begin{cases} OA = Zr.y \quad « \quad BC \\ OB = Zr.x \quad « \quad AC \end{cases}$

66. Hinc ergo resultant ex motu particulae in $Z = dM$ pro tribus axibus $OA$, $OB$, $OC$ sequentia tria momenta:

in plagam

$$\text{I. Mom. circa } OA = \frac{2dM}{dt^2}\begin{Bmatrix} + xy\,(\mathfrak{C}dd\mathfrak{A} + \mathfrak{F}dd\mathfrak{D} + \mathfrak{I}dd\mathfrak{G}) \\ - xz\,(\mathfrak{B}dd\mathfrak{A} + \mathfrak{E}dd\mathfrak{D} + \mathfrak{H}dd\mathfrak{G}) \\ + yy\,(\mathfrak{C}dd\mathfrak{B} + \mathfrak{F}dd\mathfrak{E} + \mathfrak{I}dd\mathfrak{H}) \\ - zz\,(\mathfrak{B}dd\mathfrak{C} + \mathfrak{E}dd\mathfrak{F} + \mathfrak{H}dd\mathfrak{I}) \\ + yz\,(\mathfrak{C}dd\mathfrak{C} + \mathfrak{F}dd\mathfrak{F} + \mathfrak{I}dd\mathfrak{I}) \\ - yz\,(\mathfrak{B}dd\mathfrak{B} + \mathfrak{E}dd\mathfrak{E} + \mathfrak{H}dd\mathfrak{H}) \end{Bmatrix} \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots BC$$

in plagam

$$\text{II. Mom. circa } OB = \frac{2dM}{dt^2}\left\{\begin{array}{l} +\, yz\,(\mathfrak{A}\,dd\mathfrak{B} + \mathfrak{D}\,dd\mathfrak{E} + \mathfrak{G}\,dd\mathfrak{H}) \\ -\, xy\,(\mathfrak{C}\,dd\mathfrak{B} + \mathfrak{F}\,dd\mathfrak{E} + \mathfrak{I}\,dd\mathfrak{H}) \\ +\, zz\,(\mathfrak{A}\,dd\mathfrak{C} + \mathfrak{D}\,dd\mathfrak{F} + \mathfrak{G}\,dd\mathfrak{I}) \\ -\, xx\,(\mathfrak{C}\,dd\mathfrak{A} + \mathfrak{F}\,dd\mathfrak{D} + \mathfrak{I}\,dd\mathfrak{G}) \\ +\, xz\,(\mathfrak{A}\,dd\mathfrak{A} + \mathfrak{D}\,dd\mathfrak{D} + \mathfrak{G}\,dd\mathfrak{G}) \\ -\, xz\,(\mathfrak{C}\,dd\mathfrak{C} + \mathfrak{F}\,dd\mathfrak{F} + \mathfrak{I}\,dd\mathfrak{I}) \end{array}\right\} \ldots\ldots\ldots\ldots CA$$

$$\text{III. Mom. circa } OC = \frac{2dM}{dt^2}\left\{\begin{array}{l} +\, xz\,(\mathfrak{B}\,dd\mathfrak{C} + \mathfrak{E}\,dd\mathfrak{F} + \mathfrak{H}\,dd\mathfrak{I}) \\ -\, yz\,(\mathfrak{A}\,dd\mathfrak{C} + \mathfrak{D}\,dd\mathfrak{F} + \mathfrak{G}\,dd\mathfrak{I}) \\ +\, xx\,(\mathfrak{B}\,dd\mathfrak{A} + \mathfrak{E}\,dd\mathfrak{D} + \mathfrak{H}\,dd\mathfrak{G}) \\ -\, yy\,(\mathfrak{A}\,dd\mathfrak{B} + \mathfrak{D}\,dd\mathfrak{E} + \mathfrak{G}\,dd\mathfrak{H}) \\ +\, xy\,(\mathfrak{B}\,dd\mathfrak{B} + \mathfrak{E}\,dd\mathfrak{E} + \mathfrak{H}\,dd\mathfrak{H}) \\ -\, xy\,(\mathfrak{A}\,dd\mathfrak{A} + \mathfrak{D}\,dd\mathfrak{D} + \mathfrak{G}\,dd\mathfrak{G}) \end{array}\right\} \ldots\ldots\ldots\ldots AB$$

67. Positio autem trium axium mobilium $OA$, $OB$, $OC$ in spatio absoluto commodissime cognoscitur ex his tribus angulis

$$\beta\alpha A = r, \quad \alpha A = p \quad \text{et} \quad \alpha AB = q,$$

ex quibus fit, ut supra vidimus,

$$\begin{array}{lll} \mathfrak{A} = \cos p, & \mathfrak{B} = \sin p \cos q, & \mathfrak{C} = \sin p \sin q, \\ \mathfrak{D} = \sin p \cos r, & \mathfrak{E} = -\sin q \sin r - \cos p \cos q \cos r, & \mathfrak{F} = +\cos q \sin r - \cos p \sin q \cos r, \\ \mathfrak{G} = \sin p \sin r, & \mathfrak{H} = +\sin q \cos r - \cos p \cos q \sin r, & \mathfrak{I} = -\cos q \cos r - \cos p \sin q \sin r. \end{array}$$

Ex his ergo tribus angulis non solum ratio novem quantitatum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. sed etiam earum differentialium definiri conveniet.

68. Erit autem differentialibus sumendis

$$\begin{array}{lll} d\mathfrak{A} = -dp \sin p, & d\mathfrak{B} = dp \cos p \cos q - \mathfrak{C}dq, & d\mathfrak{C} = dp \cos p \sin q + \mathfrak{B}dq, \\ d\mathfrak{D} = dp \cos p \cos r - \mathfrak{G}dr, & d\mathfrak{E} = dp \sin p \cos q \cos r - \mathfrak{F}dq - \mathfrak{H}dr, & d\mathfrak{F} = +dp \sin p \sin q \cos r + \mathfrak{E}dq - \mathfrak{I}dr, \\ d\mathfrak{G} = dp \cos p \sin r + \mathfrak{D}dr, & d\mathfrak{H} = dp \sin p \cos q \sin r - \mathfrak{I}dq + \mathfrak{E}dr, & d\mathfrak{I} = +dp \sin p \sin q \sin r + \mathfrak{H}dq + \mathfrak{F}dr. \end{array}$$

69. Hinc autem porro eliciuntur istae formulae

$$\begin{array}{lll} \mathfrak{A} = \mathfrak{E}\mathfrak{I} - \mathfrak{F}\mathfrak{H}, & \mathfrak{B} = \mathfrak{F}\mathfrak{G} - \mathfrak{D}\mathfrak{I}, & \mathfrak{C} = \mathfrak{D}\mathfrak{H} - \mathfrak{E}\mathfrak{G}, \\ \mathfrak{D} = \mathfrak{C}\mathfrak{H} - \mathfrak{B}\mathfrak{I}, & \mathfrak{E} = \mathfrak{A}\mathfrak{I} - \mathfrak{C}\mathfrak{G}, & \mathfrak{F} = \mathfrak{B}\mathfrak{G} - \mathfrak{A}\mathfrak{H}, \\ \mathfrak{G} = \mathfrak{B}\mathfrak{F} - \mathfrak{C}\mathfrak{E}, & \mathfrak{H} = \mathfrak{C}\mathfrak{D} - \mathfrak{A}\mathfrak{F}, & \mathfrak{I} = \mathfrak{A}\mathfrak{E} - \mathfrak{B}\mathfrak{D}, \end{array}$$

harumque ope sequentes:

$$\begin{array}{l} \mathfrak{A}d\mathfrak{C} + \mathfrak{D}d\mathfrak{F} + \mathfrak{G}d\mathfrak{I} = dp \sin q + dr \sin p \cos q, \\ \mathfrak{C}d\mathfrak{A} + \mathfrak{F}d\mathfrak{D} + \mathfrak{I}d\mathfrak{G} = -dp \sin q - dr \sin p \cos q, \\ d\mathfrak{A}d\mathfrak{C} + d\mathfrak{D}d\mathfrak{F} + d\mathfrak{G}d\mathfrak{I} = (dp \cos q - dr \sin p \sin q)(dr \cos p - dq), \\ \mathfrak{A}d\mathfrak{B} + \mathfrak{D}d\mathfrak{E} + \mathfrak{G}d\mathfrak{H} = dp \cos q - dr \sin p \sin q, \end{array}$$

$$\mathfrak{B}d\mathfrak{A} + \mathfrak{E}d\mathfrak{D} + \mathfrak{H}d\mathfrak{G} = -dp\cos q + dr\sin p\sin q,$$
$$d\mathfrak{A}d\mathfrak{B} + d\mathfrak{D}d\mathfrak{E} + d\mathfrak{G}d\mathfrak{H} = (dp\sin q + dr\sin p\cos q)(dq - dr\cos p),$$
$$\mathfrak{B}d\mathfrak{C} + \mathfrak{E}d\mathfrak{F} + \mathfrak{H}d\mathfrak{I} = dq - dr\cos p,$$
$$\mathfrak{C}d\mathfrak{B} + \mathfrak{F}d\mathfrak{E} + \mathfrak{I}d\mathfrak{H} = -dq + dr\cos p,$$
$$d\mathfrak{B}d\mathfrak{C} + d\mathfrak{E}d\mathfrak{F} + d\mathfrak{H}d\mathfrak{I} = (dp\sin q + dr\sin p\cos q)(dp\cos q - dr\sin p\sin q).$$

70. Tum vero etiam habebitur

$$\mathfrak{A}d\mathfrak{A} + \mathfrak{D}d\mathfrak{D} + \mathfrak{G}d\mathfrak{G} = 0,$$
$$\mathfrak{B}d\mathfrak{B} + \mathfrak{E}d\mathfrak{E} + \mathfrak{H}d\mathfrak{H} = 0,$$
$$\mathfrak{C}d\mathfrak{C} + \mathfrak{F}d\mathfrak{F} + \mathfrak{I}d\mathfrak{I} = 0,$$
$$d\mathfrak{A}^2 + d\mathfrak{D}^2 + d\mathfrak{G}^2 = dp^2 + dr^2\sin^2 p = (dp\cos q - dr\sin p\sin q)^2 + (dp\sin q + dr\sin p\cos q)^2,$$
$$d\mathfrak{B}^2 + d\mathfrak{E}^2 + d\mathfrak{H}^2 = (dp\cos q - dr\sin p\sin q)^2 + (dq - dr\cos p)^2,$$
$$d\mathfrak{C}^2 + d\mathfrak{F}^2 + d\mathfrak{I}^2 = (dq\sin q + dr\sin p\cos q)^2 + (dq - dr\cos p)^2.$$

71. Cum igitur omnia ad has tres formulas

$$dp\cos q - dr\sin p\sin q, \quad dp\sin q + dr\sin p\cos q \quad \text{et} \quad dq - dr\cos p$$

sint reducta, ponamus ad abbreviandum

$$-dp\cos q + dr\sin p\sin q = Pdt, \quad +dp\sin q + dr\sin p\cos q = Qdt, \quad -dq + dr\cos p = Rdt,$$

eruntque nostrae formulae

$$\mathfrak{A}d\mathfrak{B} + \mathfrak{D}d\mathfrak{E} + \mathfrak{G}d\mathfrak{H} = -Pdt, \quad \mathfrak{A}d\mathfrak{C} + \mathfrak{D}d\mathfrak{F} + \mathfrak{G}d\mathfrak{I} = +Qdt, \quad \mathfrak{B}d\mathfrak{C} + \mathfrak{E}d\mathfrak{F} + \mathfrak{H}d\mathfrak{I} = -Rdt$$
$$\mathfrak{B}d\mathfrak{A} + \mathfrak{E}d\mathfrak{D} + \mathfrak{H}d\mathfrak{G} = +Pdt, \quad \mathfrak{C}d\mathfrak{A} + \mathfrak{F}d\mathfrak{D} + \mathfrak{I}d\mathfrak{G} = -Qdt, \quad \mathfrak{C}d\mathfrak{B} + \mathfrak{F}d\mathfrak{E} + \mathfrak{I}d\mathfrak{H} = +Rdt$$
$$d\mathfrak{A}d\mathfrak{B} + d\mathfrak{D}d\mathfrak{E} + d\mathfrak{G}d\mathfrak{H} = -QRdt^2, \quad d\mathfrak{A}d\mathfrak{C} + d\mathfrak{D}d\mathfrak{F} + d\mathfrak{G}d\mathfrak{I} = -PRdt^2, \quad d\mathfrak{B}d\mathfrak{C} + d\mathfrak{E}d\mathfrak{F} + d\mathfrak{H}d\mathfrak{I} = -PQdt^2$$

$$d\mathfrak{A}^2 + d\mathfrak{D}^2 + d\mathfrak{G}^2 = dt^2(P^2 + Q^2)$$
$$d\mathfrak{B}^2 + d\mathfrak{E}^2 + d\mathfrak{H}^2 = dt^2(P^2 + R^2)$$
$$d\mathfrak{C}^2 + d\mathfrak{F}^2 + d\mathfrak{I}^2 = dt^2(Q^2 + R^2).$$

72. Quod si jam hinc ad differentialia secunda descendamus, ob elementum temporis $dt$ constans, reperiemus

$$\mathfrak{A}dd\mathfrak{B} + \mathfrak{D}dd\mathfrak{E} + \mathfrak{G}dd\mathfrak{H} = -dPdt + QRdt^2$$
$$\mathfrak{B}dd\mathfrak{A} + \mathfrak{E}dd\mathfrak{D} + \mathfrak{H}dd\mathfrak{G} = +dPdt + QRdt^2$$
$$\mathfrak{C}dd\mathfrak{A} + \mathfrak{F}dd\mathfrak{D} + \mathfrak{I}dd\mathfrak{G} = -dQdt + PRdt^2$$
$$\mathfrak{A}dd\mathfrak{C} + \mathfrak{D}dd\mathfrak{F} + \mathfrak{G}dd\mathfrak{I} = +dQdt + PRdt^2$$
$$\mathfrak{B}dd\mathfrak{C} + \mathfrak{E}dd\mathfrak{F} + \mathfrak{H}dd\mathfrak{I} = -dRdt + PQdt^2$$
$$\mathfrak{C}dd\mathfrak{B} + \mathfrak{F}dd\mathfrak{E} + \mathfrak{I}dd\mathfrak{H} = +dRdt + PQdt^2$$
$$\mathfrak{A}dd\mathfrak{A} + \mathfrak{D}dd\mathfrak{D} + \mathfrak{G}dd\mathfrak{G} = -dt^2(PP + QQ)$$
$$\mathfrak{B}dd\mathfrak{B} + \mathfrak{E}dd\mathfrak{E} + \mathfrak{H}dd\mathfrak{H} = -dt^2(PP + RR)$$
$$\mathfrak{C}dd\mathfrak{C} + \mathfrak{F}dd\mathfrak{F} + \mathfrak{I}dd\mathfrak{I} = -dt^2(QQ + RR).$$

73. Vires ergo ad conservationem motus particulae in $Z = dM$ circa axes corpori proprios $OA$, $OB$, $OC$ sequentia praebent momenta:

I. Momentum circa $OA$ in plagam $BC =$

$$2dM \left\{ \begin{array}{l} -xy\left(\frac{dQ}{dt} - PR\right) \\ -xz\left(\frac{dP}{dt} + QR\right) \\ +yy\left(\frac{dR}{dt} + PQ\right) \\ +zz\left(\frac{dR}{dt} - PQ\right) \\ +yz(PP - QQ) \end{array} \right.$$

II. Momentum circa $OB$ in plagam $CA =$

$$2dM \left\{ \begin{array}{l} -yz\left(\frac{dP}{dt} - QR\right) \\ -yx\left(\frac{dR}{dt} + PQ\right) \\ +zz\left(\frac{dQ}{dt} + PR\right) \\ +xx\left(\frac{dQ}{dt} - PR\right) \\ +xz(RR - PP) \end{array} \right.$$

III. Momentum circa $OC$ in plagam $AB =$

$$2dM \left\{ \begin{array}{l} -xz\left(\frac{dR}{dt} - PQ\right) \\ -yz\left(\frac{dQ}{dt} + PR\right) \\ +xx\left(\frac{dP}{dt} + QR\right) \\ +yy\left(\frac{dP}{dt} - QR\right) \\ +xy(QQ - RR) \end{array} \right.$$

74. Inventis his tribus momentis, quae ad motum particulae $dM$ requiruntur, integralia harum formularum nobis monstrabunt terna virium momenta, quae ad motum totius corporis requiruntur, praesenti temporis instante. Tempore autem manente, quantitates $P$, $Q$, $R$ pro constantibus sunt habendae, quia ab angulis $p$, $q$, $r$ pendent, indeque tantum cum tempore mutantur. Situs igitur elementi $dM$ jam variabilis erit, ideoque ternae coordinatae $x$, $y$, $z$, haeque integrationes per totam corporis massam extendi debebunt.

75. Ponamus igitur pro toto corpore, cujus massa sit $= M$, haec integralia esse

$$\int (yy + zz)\, dM = Mff = \text{momento inertiae respectu axis } OA$$
$$\int (xx + zz)\, dM = Mgg = \quad « \quad « \quad « \quad « \quad OB$$
$$\int (xx + yy)\, dM = Mhh = \quad « \quad « \quad « \quad « \quad OC.$$

Tum vero sit

$$\int yz dM = Mll, \quad \int xz dM = Mmm, \quad \int xy dM = Mnn$$

atque hi valores ex cognita corporis figura definientur.

76. Cum igitur sit

$$\int (yy - zz)\, dM = M(hh - gg), \quad \int (zz - xx)\, dM = M(ff - hh), \quad \int (xx - yy)\, dM = M(gg - ff),$$

pro totius corporis motu conservando requiruntur sequentia terna virium momenta:

I. Mom. circa axem $OA$ in plagam $BC =$

$$2M \left\{ \begin{array}{l} + ff\cdot\frac{dR}{dt} + (hh - gg)PQ \\ + ll(PP - QQ) \\ - mm\cdot\frac{dP}{dt} - mmQR \\ - nn\cdot\frac{dQ}{dt} + nnPR \end{array} \right.$$

II. Mom. circa axem $OB$ in plagam $CA =$

$$2M \left\{ \begin{array}{l} + gg\cdot\frac{dQ}{dt} + (ff - hh)PR \\ + mm(RR - PP) \\ - nn\cdot\frac{dR}{dt} - nnPQ \\ - ll\cdot\frac{dP}{dt} + llQR \end{array} \right.$$

III. Mom. circa axem $OC$ in plagam $AB =$

$$2M \left\{ \begin{array}{l} + hh\cdot\frac{dP}{dt} + (gg - ff)QR \\ + nn(QQ - RR) \\ - ll\cdot\frac{dQ}{dt} - llPR \\ - mm\cdot\frac{dR}{dt} + mmPQ. \end{array} \right.$$

---

### Problema generale.

Corporis circa punctum fixum $O$ mobilis et a viribus quibuscunque sollicitati definire motum.

**Solutio.** (Fig. 124.) Assumantur in corpore tres axes se mutuo in puncto fixo $O$ normaliter secantes, qui sint $OA$, $OB$ et $OC$, secundum quos cujusvis elementi $Z$ corporis situs definiatur ternis coordinatis $OX$, $XY$ et $YZ$ illis axibus parallelis. Sit massa elementi corporis in $Z$ siti $= dM$, ejusque ternae coordinatae $OX = x$, $XY = y$ et $YZ = z$. Tum ex figura et indole corporis colligantur per integrationem pro toto corpore valores sequentium formularum, ubi $M$ denotat massam totius corporis:

$$\int(yy + zz)\,dM = Mff, \quad \int yz\,dM = Mll,$$
$$\int(xx + zz)\,dM = Mgg, \quad \int xz\,dM = Mmm,$$
$$\int(xx + yy)\,dM = Mhh, \quad \int xy\,dM = Mnn.$$

His valoribus inventis ponamus (Fig. 125) elapso tempore ternos axes corporis in spatio absoluto tenere situm $OA$, $OB$ et $OC$, qui ita respectu poli fixi $\alpha$ et quasi meridiani fixi $\alpha\beta$ sit comparatus, ut sit

$$\beta\alpha A = r, \quad \alpha A = p \quad \text{et} \quad \alpha AB = q$$

nuncque considerentur vires, quibus corpus sollicitatur, indeque momenta respectu ternorum axium corporis colligantur. Sit igitur

Momentum circa axem $OA$ in plagam $BC = F$
« « « $OB$ « $CA = G$
« « « $OC$ « $AB = H$,

quae virium momenta plerumque ab angulis $p$, $q$, $r$ seu situ corporis in spatio absoluto pendent, neque idcirco pro cognitis accipi possunt. Porro vero aliae tres quantitates $P$, $Q$, $R$ in computum duci debent, quae ab istis angulis $p$, $q$, $r$ ita pendent, ut sit

$$Pdt = dr \sin p \sin q - dp \cos q, \quad Qdt = dr \sin p \cos q + dp \sin q, \quad Rdt = dr \cos p - dq.$$

Denique vero inter virium sollicitantium momenta $F$, $G$, $H$ et has quantitates sequentes intercedunt relationes

$$\frac{F}{2M} = \begin{cases} ff \cdot \frac{dR}{dt} + (hh - gg)\,PQ + ll\,(PP - QQ) \\ - mm \cdot \frac{dP}{dt} - mmQR - nn \cdot \frac{dQ}{dt} + nnPR \end{cases}$$

$$\frac{G}{2M} = \begin{cases} gg \cdot \frac{dQ}{dt} + (ff - hh)\,PR + mm\,(RR - PP) \\ - nn \cdot \frac{dR}{dt} - nnPQ - ll \cdot \frac{dP}{dt} + llQR \end{cases}$$

$$\frac{H}{2M} = \begin{cases} hh \cdot \frac{dP}{dt} + (gg - ff)\,QR + nn\,(QQ - RR) \\ - ll \cdot \frac{dQ}{dt} - llPR - mm \cdot \frac{dR}{dt} + mmPQ. \end{cases}$$

Quoniam igitur tam $P$, $Q$, $R$ quam $F$, $G$, $H$ per ternos angulos $p$, $q$, $r$ dantur, ex his aequationibus ad quodvis tempus elapsum $t$ definiri poterunt hi ipsi anguli $p$, $q$ et $r$, unde ad hoc instans positio ternorum corporis axium $OA$, $OB$ et $OC$ innotescit, hincque etiam verus corporis motus cognoscitur. Q. E. I.

**Coroll. 1.** Circa has ternas postremas aequationes notari meretur, si prima per $Rdt$, secunda per $Qdt$ et tertia per $Pdt$ multiplicetur, summae integrale fore

$$\frac{1}{M}(\int FRdt + \int GQdt + \int HPdt) = ffRR + ggQQ + hhPP - 2llPQ - 2mmPR - 2nnQR,$$

quod integrale conservationem virium vivarum involvit.

**Coroll. 2.** Deinde ex iisdem tribus postremis aequationibus aliud integrale obtineri potest, multipllcando

$$\begin{aligned} &\text{primam} &&\text{per } (ffR - nnQ - mmP)dt \\ &\text{secundam} &&\text{per } (ggQ - llP - nnR)\,dt \\ &\text{tertiam} &&\text{per } (hhP - mmR - llQ)\,dt \end{aligned}$$

tum enim aggregati integrale erit

$$\begin{aligned} &\frac{1}{M}(ff\int FRdt + gg\int GQdt + hh\int HPdt) - \frac{1}{M}(nn\int(FQ + GR)dt + ll\int(GP + HQ)dt + mm\int(HR + FP)dt) = \\ &(f^4 + n^4 + m^4)RR + (g^4 + l^4 + n^4)QQ + (h^4 + m^4 + l^4)PP + 2mmnn\,PQ + 2llnn\,PR + 2llmmQR \\ &\qquad - 2l^2(g^2 + h^2)PQ - 2m^2(f^2 + h^2)PR - 2n^2(f^2 + g^2)QR. \end{aligned}$$

**Coroll. 3.** Quodsi ergo corpus a nullis viribus sollicitetur, habentur statim hae duae aequationes integrales

$$ffRR + ggQQ + hhPP - 2llPQ - 2mmPR - 2nnQR = C$$

et

$$\begin{aligned} &(f^4 + n^4 + m^4)\,RR + (g^4 + l^4 + n^4)\,QQ + (h^4 + m^4 + l^4)\,PP \\ &\quad + 2(m^2n^2 - l^2(g^2 + h^2))\,PQ + 2(l^2n^2 - m^2(f^2 + h^2))\,PR + 2(l^2m^2 - n^2(f^2 + g^2))\,QR = D, \end{aligned}$$

quas constantes ex conditionibus motus definiri oportet.

# IV.

## De motu corporum super superficiebus mobilibus.

1. **Lemma 1.** (Fig. 126) Interea, dum corpus motu uniformi cum celeritate debita altitudini $c$ percurrit spatium $AB$, idem corpus ex quiete a vi acceleratrice $g$, protrahetur motu uniformiter accelerato per spatium $ab = g.\frac{AB^2}{4c}$.

**Demonstratio.** Si more solito tempora exprimantur per spatia, quae motu aequabili percurruntur, divisa per celeritates, celeritates autem indicentur per radices quadratas ex altitudinibus, ipsis celeritatibus debitis, erit corporis, spatium $AB$ motu aequabili percurrentis, celeritas $= \sqrt{c}$, et tempus, quo hoc spatium absolvitur, $= \frac{AB}{\sqrt{c}}$. At si corpus, quod ante in $a$ quieverat, protrahatur a vi acceleratrice $= g$ per spatium $ab$, habebit in $b$ celeritatem debitam altitudini $g.ab$, ipsa celeritas erit $= \sqrt{g.ab}$. Hac vero celeritate corpus aequabiliter motum eodem tempore absolvere valet spatium duplum $ab$. Quare eodem tempore, quo corpus motum aequabiliter celeritate $\sqrt{c}$ percurrit spatium $AB$, spatium $2ab$ pariter uniformi motu absolvetur a celeritate $\sqrt{g.ab}$. Quoniam vero spatia aequalibus temporibus motu uniformi percursa sunt ut celeritates, erit $AB:2ab = \sqrt{c}:\sqrt{g.ab}$, ideoque $2ab\sqrt{c} = AB\sqrt{g.ab}$ et $4ab^2c = AB^2g.ab$, unde fit $ab = \frac{g.AB^2}{4c}$ Q. E. D.

2. **Coroll. 1.** Hinc itaque definiri poterit vis acceleratrix $g$, qua corpus protrahatur per spatium $ab$ eodem tempore, quo aliud corpus, motu uniformi latum, cum celeritate debita altitudini $c$, percurrit spatium datum $AB$: erit nempe $g = \frac{4c.ab}{AB^2}$, seu erit $AB^2$ ad $4c.ab$ ut vis gravitatis acceleratrix 1 ad vim acceleratricem quaesitam $g$.

3. **Coroll 2.** Si igitur spatium $AB$ fuerit infinite parvum, seu differentiale primi gradus, ob $ab = \frac{g.AB^2}{4c}$, erit spatium $ab$ infinities minus, seu differentiale secundi gradus; siquidem altitudo celeritati debita $c$ fuerit finita, atque $g$ ad 1 habuerit rationem finitam.

4. **Lemma 2.** (Fig. 127) Si corpus in $A$ habeat celeritatem altitudini $c$ debitam, qua dato tempore aequabiliter motum, percurreret spatium $AB$; simul vero secundum directionem $AB$ sollicitetur a vi acceleratrice $g$, eodem tempore ab $A$ ultra $B$ in $b$ progredietur, ut sit $Bb = \frac{g.AB^2}{4c}$.

**Demonstratio.** Eodem tempore, quo corpus uniformiter motum celeritate debita altitudini $c$ conficit spatium $AB$, aliud corpus ex quiete a vi acceleratrice $g$ perduceretur per spatium $= \frac{g.AB^2}{4c}$. Quodsi ergo ab eadem vi acceleratrice sollicitetur illud corpus in directione $AB$, quod in $A$ jam habet celeritatem debitam altitudini $c$, praeter spatium $AB$ eodem tempore percurret spatium $Bb = \frac{g.AB^2}{4c}$. Motu igitur tam jam insito, celeritate nempe debita altitudini $c$, quam vi acceleratrice $g$, corpus progredietur per spatium

$$Ab = AB + \frac{g.AB^2}{4c}$$

eodem tempore, quo solo motu insito latum absolveret spatium $AB$. Q. E. D.

5. **Coroll. 1.** Celeritas igitur, quam corpus in $b$ acquiret, erit aggregatum celeritatis insitae $\sqrt{c}$ et celeritatis, quam ex quiete per spatium $Bb$ a vi acceleratrice $g$ sollicitatum adipisceretur, quae est $= \sqrt{g.Bb}$. Erit ergo corporis ad $b$ appellentis celeritas $= \sqrt{c} + \sqrt{g.Bb}$.

6. **Coroll. 2.** Quoniam est $Bb = \frac{g.AB^2}{4c}$, erit celeritas, quam corpus in $b$ acquiret,

$$= \sqrt{c} + \frac{g.AB}{2\sqrt{c}} = \frac{2c + g.AB}{2\sqrt{c}}:$$

eo scilicet tempore, quo solo motu insito spatium $AB$ conficeret, a vi $g$ sollicitatum adipiscetur celeritatem $= \sqrt{c} + \frac{g.AB}{2\sqrt{c}}$; et tempus, quo, cum hanc celeritatem acquiret, tum in $b$ progredietur, erit $= \frac{AB}{\sqrt{c}}$.

7. **Coroll. 3.** (Fig. 128) Si corpus, quod in $A$ celeritatem altitudini $c$ debitam habere ponitur, secundum directionem contrariam a vi acceleratrice $g$ urgeretur, tum eo tempore, quo motu insito in $B$ perveniret, tantum ad $b$ usque pertinget, ita ut sit $Bb = \frac{g.AB^2}{4c}$, et in hoc puncto $b$ habebit celeritatem $= \sqrt{c} - \frac{g.AB}{2\sqrt{c}}$.

8. **Coroll. 4.** (Fig. 127). Cum igitur initio in $A$ fuisset celeritas corporis debita altitudini $c$, in $b$ celeritas corporis debita erit altitudini

$$= c + g.AB + \frac{gg.AB^2}{4c} = c + g.AB + g.Bb = c + g.Ab$$

casu priori, posteriori vero, quo vis $g$ motui est contraria, celeritas in $b$ residua debebitur altitudini $c - g.Ab$.

9. **Coroll. 5.** Si igitur corpus, antequam ad $A$ celeritate debita altitudini $c$ appulerit, tempore $t$ confecerit spatium $= s$, nunc tempusculo infinite parvo $dt$ absolvet elementum spatii $Ab = ds$, et acquiret celeritatem debitam altitudini $c + dc$; erit autem ob $AB = dt\sqrt{c}$,

$$Bb = \frac{gdt^2}{4} \text{ et } ds = dt\sqrt{c} + \frac{gdt^2}{4} \text{ atque } dc = g.Ab = gdt\sqrt{c} + \frac{ggdt^2}{4} = gds.$$

10. **Lemma 3.** (Fig. 129.) Si corpus in $A$ habeat celeritatem debitam altitudini $c$, qua dato tempore uniformiter motum, percurrere possit spatium $AB$; nunc autem continuo in directione $Aa$ ad $AB$ normali sollicitetur a vi acceleratrice $g$, corpus in arcu parabolico $Ab$ progredietur, atque eodem tempore perveniet in punctum $b$ existente recta $Bb$ normali ad $AB$, et $Bb = \frac{g.AB^2}{4c}$.

**Demonstratio.** Tollatur cogitatione omnis motus corpori insitus, atque manifestum est corpus in $A$ quiescens et vi acceleratrice $g$ sollicitatum eodem illo tempore, quo uniformiter motum, cum celeritate debita altitudini $c$, spatium $AB$ absolveret, perventurum esse in $a$, ita ut sit $Aa = \frac{g.AB^2}{4c}$. Jam accedente motu insito, seu celeritate $\sqrt{c}$ secundum directionem $ab$, perducetur eodem tempore in $b$, ut sit $ab = AB$. Corpus ergo tam motu insito quam vi acceleratrice $g$ sollicitatum eodem tempore perveniet in $b$, ut sit $Bb = Aa$ et normalis ad $AB$; et quia est

$$Aa = \frac{g.AB^2}{4c} = \frac{g.ab^2}{4c},$$

haec relatio puncti $b$ ad $a$ indicat corpus in arcu parabolico $Ab$ motum iri. Q. E. D.

11. **Coroll. 1.** Si ponatur hujus parabolae $Ab$ abscissa $Aa = x$, applicata $ab = y$, erit $x = \frac{gyy}{4c}$ et $yy = \frac{4c}{g}x$. Erit ergo $A$ vertex parabolae, $AB$ ejus tangens in vertice, et $Aa$ axis. Insuper autem parameter hujus parabolae erit $= \frac{4c}{g}$, et radius osculi in vertice $A = \frac{2c}{g}$.

12. **Coroll. 2.** Celeritas, quam corpus in puncto $b$ habebit, debita erit altitudini

$$c + g\, Aa = c + \frac{gg\, AB^2}{4c}.$$

Quemadmodum facilius colligetur ex iis, quae de motu projectorum in hypothesi gravitatis uniformis sunt demonstrata.

13. **Coroll. 3.** Si igitur spatium $AB$ sit infinite parvum, seu tempusculum, quo corpus ex $A$ in $b$ pervenire ponitur, infinite parvum $= dt$, erit $AB = dt\sqrt{c}$, et si corpus, antequam ad $A$ pervenerit, tempore $t$ absolverit spatium $s$, nunc tempusculo $dt$ progredietur per arcum circuli $Ab$, cujus radius erit $= \frac{2c}{g}$ et sinus $= AB = dt\sqrt{c}$; fiet ergo $Ab = ds = dt\sqrt{c}$ et

$$dc = \frac{gg\, AB^2}{4c} = \frac{gg\, dt^2}{4}, \quad \text{seu} \quad dc = \frac{gg\, ds^2}{4c}.$$

14. **Lemma 4.** (Fig. 130.) Si corpus in $A$ habeat celeritatem debitam altitudini $c$, qua dato tempore uniformiter latum percurrat spatium $AB$; nunc autem in directione quacunque obliqua $Aa$ sollicitetur a vi acceleratrice $g$, perveniet hoc corpus eodem tempore in locum $b$; ita ut ducta $Bb$ ipsi $Aa$ parallela, sit $Bb = \frac{g.AB^2}{4c}$, intereaque movebitur in arcu parabolico $Ab$, cujus tangens est recta $AB$, et $Aa$ diameter obliquangula, ordinatas tangenti $AB$ parallelas bisecans.

**Demonstratio.** Si vis sollicitans $g$ abesset, corpus tempore proposito utique perveniret in $B$; sin autem auferatur motus corpori insitus omnis, atque corpus in $A$ quiescens a vi acceleratrice $g$ secundum directionem $Aa$ sollicitaretur, perveniret in $a$, ut esset $Aa = \frac{g.AB^2}{4c}$. Hinc per motus compositionem patet, si compleatur parallelogrammum $ABba$, corpus utroque motu simul latum perventurum esse in punctum $b$, ex quo si ad $B$ ducatur recta $Bb$, ea futura sit parallela directioni potentiae sollicitantis $Aa$ atque $= Aa$. Cum vero sit $Aa = \frac{g.AB^2}{4c} = \frac{g.ab^2}{4c}$, manifestum est curvam $Ab$, in qua corpus movebitur ab $A$ ad $b$, fore parabolam, cujus tangens sit $AB$, et $Aa$ diameter obliquangula. Q. E. D.

15. **Coroll. 1.** Si hujus parabolae $Ab$ ponatur abscissa $Aa = x$ et applicata $ab = y$, erit

$$x = \frac{gyy}{4c} \quad \text{et} \quad yy = \frac{4cx}{g};$$

hinc parameter erit $= \frac{4c}{g}$. Sit autem anguli $BAa$ sinus $= n$, et cosinus $= m$; erit completo rectangulo $Aman$, recta $Am = an = m.Aa$ et $An = am = n.Aa$; hincque ex natura parabolae erit curvae in $A$ radius osculi $= \frac{2c}{ng}$.

16. **Coroll. 2.** Quo autem pateat quantam celeritatem corpus, cum in $b$ pervenerit, sit habiturum, ad $Aa$ productam ex $b$ ducatur normalis $bd$, atque ex motu projectorum palam est, celeritatem in $b$ debitam fore altitudini $c + g.Ad$. At est $ab:ad = Aa:Am = 1:m$, unde $ad = m.ab$ et $Ad = Aa + m.ab$. Ex quo corporis in $b$ celeritas debita erit altitudini

$$c + g.Aa + mg.ab = c + \frac{g^2 AB^2}{4c} + mg.AB = \frac{4cc + 4mgc.AB + gg.AB^2}{4c}.$$

17. **Coroll. 3.** Sit tempus, quo $Ab$ percurritur, infinite parvum $= dt$, fiet curva $Ab$ arcus circuli, cujus radius $= \frac{2c}{ng}$, eritque ob $Aa$ differentiale secundi gradus, $ds = Ab = ab = dt\sqrt{c}$ et posita altitudine celeritati corporis in $b$ debita $= c + dc$, fiet $dc = mgdt\sqrt{c} + \frac{ggdt^2}{4}$, et ob $dt^2 = 0$, erit $dc = mgdt\sqrt{c}$.

18. **Coroll. 4.** Si ergo vis sollicitans $g$ resolvatur in tangentialem $Am = mg$ et normalem $An = ng$, utraque vis seorsim effectum suum producet. Vis tangentialis nimirum $mg$ celeritatem corporis afficiet, eritque $dc = mgdt\sqrt{c} = mgds$, ob $ds = dt\sqrt{c}$; altera vero vis normalis in viae $Ab$ inflexione consumetur, reddetque $Ab$ arcum circuli, cujus radius $= \frac{2c}{ng}$.

19. **Scholion.** Praemissis his lemmatis alias quidem notissimis, sed tamen hic ad usum praesentem magis accommodatis, tractationem, quam suscepi, ipsam aggrediar. Institui autem hic investigare motum corporum super superficiebus utcunque mobilibus, pari modo, quo motus corporum super superficie quiescente determinari solet. Occurrunt itaque hic duo corpora, quorum motum assignari oportebit, primo scilicet superficies mobilis, ac deinde corpus ipsum, quod super ea movetur. Hoc corpus quasi punctum hic considerabo, seu quasi tota ejus moles in unicum punctum sit collecta, ita ut alium motum praeter progressivum recipere nequeat. Nisi enim haec hypothesis praemissa fuerit, nullo modo corporum, magnitudine finita praeditorum, motus definiri poterit; et vicissim, si motus corporum in unico puncto collectorum fuerit definitus, non amplius difficile erit theoriam ad corpora finita extendere. Cum igitur hic motus puncti in superficie quacunque debeat examinari, primum ipsius superficiei figura, tum via a puncto super ea descripta, ac denique ipsius superficiei motus erit perpendendus. Si haec in latissima significatione pertractare vellem, opus foret summopere diffusum, neque tamen aeque arduum; quare conveniet quaestionem intra arctiores limites restringere, ita tamen, ut inde modus perspici queat quaestionem in latissimo sensu acceptam solvendi. Superficiem igitur, super qua punctum ingreditur, statuam planam, ita ut via a puncto confecta sit vel recta vel curva in plano sita, neque ideo duplici curvedine praedita. Et

quoniam punctum mobile perpetuo superficiei inhaerere pono, tanquam in tubo movebitur. Ex quo tota quaestio huc reducetur, ut determinetur motus puncti in tubo sive recto sive curvo, utcunque moto. Ac primo quidem hunc tubum, in quo corpus instar puncti consideratum moveatur, immobilem assumam, quo facilius hinc solutio ad tubum mobilem derivari queat.

20. **Problema 1.** (Fig. 131.) Invenire motum corporis $P$ super superficie immobili $AB$, si corpus $P$ a nullis viribus sollicitetur.

**Solutio.** Ponatur corpus in $P$ habere celeritatem altitudini $v$ debitam, qua celeritate nisi superficiei $AB$ inhaerere cogeretur, moveri pergeret in directione tangentis $P\pi$, atque tempusculo $dt$ absolveret spatium $P\pi = dt\sqrt{v}$. Impenetrabilitas autem superficiei impedit, quominus corpus $P$ semitam $Pp$ deserat, atque perinde in corpus aget, quasi id continuo a vi, cujus directio ad $Pp$ sit normalis, sollicitaretur. Sit haec vis acceleratrix $=q$, qua corpus secundum $P\pi$ progressurum continuo normaliter ad $Pp$ sollicitetur, haecque vis tanta esse debebit, ut tempusculo $dt$ non spatium $P\pi$ sed arculum $Pp$, qui ipse sit particula viae praescriptae $AB$, absolvat. At per (13) vis acceleratrix $q$, cujus directio ad $Pp$ vel $P\pi$ est normalis, corpus cogetur in arcu circuli progredi, cujus radius est $=\frac{2v}{q}$, qui arcus, ut cum elemento curvae $Pp$ congruat, necesse est ut $\frac{2v}{q}$ aequalis sit radio osculi curvae $AB$ in $P$. Sit igitur radius osculi curvae in puncto $P = r$, eritque $\frac{2v}{q} = r$ et $q = \frac{2v}{r}$. Tum vero si celeritas in $p$ debita ponatur altitudini $v + dv$, erit $dv = \frac{qq\,dt^2}{4}$, ideoque ob $dt^2$ differentiale secundi gradus erit $dv = 0$; atque corpus motu aequabili super superficie $AB$ incedet. Q. E. I.

21. **Coroll. 1.** Quoniam igitur corpus super superficie $AB$ motu aequabili incedit, si ponamus corporis initio in $A$ celeritatem fuisse debitam altitudini $c$, hanc eandem celeritatem continuo conservabit, eritque in $P$ altitudo celeritati debita $v = c$.

22. **Coroll. 2.** Si ponatur arcus $AP = s$, et ejus elementum $Pp = ds$, quod tempusculo $dt$ celeritate $\sqrt{c}$ percurritur, erit $ds = dt\sqrt{c}$, hincque $dt = \frac{ds}{\sqrt{c}}$, ex quo fit tempus $t = \frac{s}{\sqrt{c}} = \frac{AP}{\sqrt{c}}$. Quare spatia percursa erunt temporibus proportionalia, omnino ut motus aequabilis postulat.

23. **Coroll. 3.** Quoniam vero ipsa curva ad corpus in superficie $Pp$ continendum normaliter in corpus agit vi acceleratrice $q = \frac{2v}{r} = \frac{2c}{r}$, tanta vi corpus vicissim curvam in $P$ secundum directionem normalem $PQ$ premet, haecque pressio aequalis erit vi motrici in corpore $P$ ex vi acceleratrice $q$ orta. Quare si massa corporis $P$ ponatur $= A$, erit pressio, quam superficies a corpore in directione $PQ$ sustinet, $= Aq = \frac{2Ac}{r}$, ubi $A$ simul denotat pondus, quod corpus $P$ esset habiturum, si esset grave.

24. **Coroll. 4.** Quamvis ergo corpus $P$ ponatur gravitatis expers, tamen dum in superficie $AB$ incedit, pressionem exerit normalem $PQ$, quae erit ad pondus corporis $P$, quod esset habiturum, si gravitate gauderet, uti se habet altitudo celeritati debita $c$ ad semissem radii osculi curvae in $P$.

25. **Problema 2.** (Fig. 132.) Invenire motum corporis $P$ super superficie immobili $AB$, si corpus $P$ interea a viribus quibuscunque sollicitetur.

**Solutio.** Habeat corpus $P$ cum in $P$ venerit, celeritatem debitam altitudini $v$, qua ergo si sibi esset relictum, secundum tangentem $P\pi$ progrederetur, atque tempusculo $dt$ conficeret spatium

$P\pi = dt\sqrt{v}$. Cum autem corpus in $P$ a vi quacunque sollicitetur, revocetur haec vis ad binas, alteram normalem $PN$, alteram tangentialem $PT$. Sit vis acceleratrix normalis $= N$, et vis acceleratrix tangentialis $= T$; atque haec posterior tantum celeritatem corporis afficiet, idque ultra $\pi$ in $T$ perducet, existente $T\pi = \frac{T.P\pi^2}{4v}$: ipsam autem celeritatem ita augebit, ut si post tempusculum $dt$ celeritas corporis debita sit altitudini $v + dv$, futurum sit $dv = Tdt\sqrt{v}$. Vis autem normalis $N$ corpus eo magis a via praescripta $Pp$ abducet, si quidem fuerit affirmativa, uti figura repraesentat. Quamobrem ut corpus in semita $Pp$ retineatur, necesse est ut a multo majori vi continuo normaliter versus $Pp$ urgeatur. Ponamus ergo corpus a superficie in directione normali $PQ$ urgeri vi acceleratrice $PQ = q$; ideoque cum vis normalis $N$ sit contraria, corpus actu ad $Pp$ normaliter reducetur vi acceleratrice $q - N$. Hac autem vi ex $T$ in $p$ perducetur, ut sit $Tp = \frac{(q-N)P\pi^2}{4v}$. Sit curvae radius osculi in $P = r$, erit $r = \frac{PT^2}{2Tp} = \frac{P\pi^2}{2Tp}$, eo quod $PT$ a $P\pi$ tantum differentiali secundi gradus discrepat. Fit ergo $r = \frac{2v}{q-N}$, et ob $qr - Nr = 2v$ habebitur vis acceleratrix corpus ad superficiem apprimens $q = N + \frac{2v}{r}$. Q. E. I.

26. **Coroll. 1.** Si ponatur spatium $AP = s$: erit ejus elementum $Pp = ds$, quod cum tempusculo $dt$ celeritate $\sqrt{v}$ percurratur, erit $ds = dt\sqrt{v}$, ideoque $dv = Tds$ et $v = \int Tds$. In singulis ergo punctis definiri poterit celeritas corporis $P$ per formulam integralem.

27. **Coroll. 2.** Si corporis $P$ massa ponatur $= A$, quae simul exprimat pondus, quod corpus $P$ esset habiturum si esset grave, erit vis motrix, qua corpus ad superficiem apprimetur $= (N + \frac{2v}{r})A$ Primo scilicet apprimitur vi normali $NA$, ac praeterea vi centrifuga $\frac{2Av}{r}$.

28. **Scholion.** Ex motu corporis super superficie immobili statim colligetur motus corporis super superficie uniformiter in directum mota, erit namque motus relativus corporis respectu superficiei idem plane, qui est absolutus super superficie quiescente. Si enim in casu modo tractato tam superficiei $AB$ quam corpori $P$ imprimatur motus idem secundum directionem quamcunque, ipsa superficies uniformiter in directum progredietur, corpus autem $P$ perinde super ea moveri perget, ac si superficies mansisset immobilis. Hic enim pressioni corporis $P$ in superficiem nullum tribuo effectum, quo motus ejus uniformis in directum turbari posset, id quod revera eveniet, si vel massa corporis $P$ statuatur infinite parva, vel superficiei inertia infinite magna. Hanc ob rem quaestionem, qua motus corporis super superficie uniformiter in directum progrediente definiatur, praetermitto, cum ejus solutio in praecedentibus problematis jam contineatur. Superficiei itaque tribuam statim motum indirectum quidem, at utcunque inaequabilem; super qua, cujusmodi futurus sit motus corporis sive a nullis viribus, sive a viribus quibuscunque sollicitati, in duobus sequentibus problematis investigabo.

29. **Problema 3.** (Fig. 133.) Progrediatur superficies $ABC$ motu quocunque difformi super recta $EF$ tanquam basi, determinare motum corporis $P$ a nullis potentiis sollicitati super hac superficie incedentis.

**Solutio.** Cum superficies venerit in situm $AB$, ubi ejus celeritas debita sit altitudini $u$, versetur corpus in $P$, habeatque celeritatem relativam respectu superficiei debitam altitudini $v$. Hoc

igitur instanti corpori $P$ actu duplex inerit motus, alter secundum directionem tangentis $PR$ cum celeritate $\sqrt{v}$, et alter secundum directionem $PS$, ipsi $EF$ parallelam, cum celeritate superficiei $\sqrt{u}$. Si igitur capiatur $PR = dt\sqrt{v}$ et $PS = dt\sqrt{u}$, tempusculo $dt$ corpus $P$ sibi relictum perveniret in punctum $\pi$ completo parallelogrammo $PR\pi S$. Eodem autem tempusculo superficies celeritate sua $\sqrt{u}$ conficeret pariter spatium $PS$, nisi interea acceleraretur. Capiat vero altitudo, celeritati superficiei in $AB$ versantis debita $u$, tempusculo $dt$, incrementum $du$, atque ob hanc accelerationem tempusculo $dt$ ultra $S$ in $s$ progredietur, existente

$$Ss = \frac{PS.du}{4u} = \frac{dt\,du}{4\sqrt{u}} \quad \text{ob} \quad PS = dt\sqrt{u},$$

et hanc ob rem superficies elapso tempusculo $dt$ in situ $ab$ versabitur, qui si transiret per punctum $\pi$, corpus $P$ etiam in superficie ibidem reperiretur. Cum autem $\pi$ extra viam $ab$ reperiatur, ex $\pi$ in $ab$ normalis ducatur $\pi p$, ad quam definiendam ad $s$ ducatur tangens $sr$ aequalis ipsi $PR = dt\sqrt{v}$; atque ex $r$ ad curvam ducatur normalis $rq$; erit posito curvae in $P$ vel $s$ radio osculi $= r$, hoc perpendiculum $rq = \frac{sr^2}{2r}$. Sit anguli $PR\pi$, quem tangens curvae cum recta $EF$ constituit, sinus $= m$, et cosinus $= n$, posito sinu toto $= 1$, erit

$$\pi r = Ss = \frac{dt\,du}{4\sqrt{u}} \quad \text{et} \quad qr - p\pi = \pi r.m,$$

ideoque
$$p\pi = qr - \frac{mdt\,du}{4\sqrt{u}} = \frac{vdt^2}{2r} - \frac{mdt\,du}{4\sqrt{u}} \quad \text{et} \quad pq = n.\pi r = \frac{ndt\,du}{4\sqrt{u}}.$$

Erit itaque $p$ punctum, in quo corpus $P$ elapso tempusculo $dt$ reperietur. Quodsi reperiretur in puncto $q$, propter $sq = sr = PR$, corpus $P$ interea elementum $sq$ motu uniformi descripsisse esset censendum; nunc autem tempusculo $dt$ ex $P$ vel $s$ in $p$ pertingere nequit sine acceleratione. Ponatur ergo corporis in $p$ pervenientis celeritas, qua in superficie progreditur, debita altitudini $v + dv$, erit

$$dv = \frac{4v.pq}{PR} = \frac{4v.ndt\,du}{4PR.\sqrt{u}} = \frac{n\,du\sqrt{v}}{\sqrt{u}}; \quad \text{ideoque} \quad \frac{dv}{\sqrt{v}} = \frac{n\,du}{\sqrt{u}}.$$

Tanta autem vi corpus ad superficiem apprimetur, qua eodem tempusculo $dt$ spatiolum $\pi p$ conficitur; unde haec vis erit $= \frac{4v.p\pi}{PR^2} = \frac{4p\pi}{dt^2} = \frac{2v}{r} - \frac{m\,du}{dt\sqrt{u}}$. Quocirca si corporis $P$ ponatur massa $= A$, erit pressio, quam superficies a corpore $P$ in directione $p\pi$ sustinet $= A\left(\frac{2v}{r} - \frac{m\,du}{dt\sqrt{u}}\right)$. Q. E. I.

30. **Coroll. 1.** Si ergo superficies $AB$ secundum directionem rectae $EF$ uniformiter progrediatur, ita ut sit $du = 0$, tum corpus $P$ super ea motu uniformi incederet, foretque pressio, quam superficies a corpore sustinet, $= \frac{2Av}{r}$, prorsus ac si superficies quiesceret.

31. **Coroll. 2.** Cum sit $\frac{dv}{\sqrt{v}} = \frac{n\,du}{\sqrt{u}}$, erit corporis in superficie a $P$ ad $Q$ progredientis incrementum celeritatis $\frac{dv}{\sqrt{v}}$ ad superficiei interea a $B$ ad $b$ procedentis incrementum celeritatis $\frac{du}{\sqrt{u}}$, uti se habet cosinus anguli $PR\pi$ seu anguli $APS$ ad sinum totum.

32. **Coroll. 3.** Pressio autem corporis in superficiem, quae si superficies vel quiesceret vel uniformiter in directum promoveretur, foret $= \frac{2Av}{r}$, nunc diminuetur parte $\frac{mA\,du}{dt\sqrt{u}}$. Quia vero est $dt\sqrt{u} = PS$ et $Ss = \frac{dt\,du}{4\sqrt{u}}$, diminuetur pressio $\frac{2Av}{r}$ parte $mA\cdot\frac{4u.Ss}{PS^2}$.

33. **Coroll. 4.** Quoniam motus superficiei $AB$ ita acceleratur, ut tempusculo $dt$ praeter spatium $PS$, quod motu uniformi cum celeritate $\sqrt{u}$ percurreret, conficit spatiolum $Ss$, haec acceleratio proficiscitur a vi acceleratrice $= \frac{4u.Ss}{PS^2}$. Si vis acceleratrix superficiei ponatur $= S$, erit $S = \frac{4u.Ss}{PS^2}$; ideoque pressio corporis in superficiem erit $= \frac{2Av}{r} - mAS$.

34. **Coroll. 5.** Ad accelerationem $dv$ in corpore $P$ tempusculo $dt$ producendum requiritur vis acceleratrix $P$, ut sit $dv = P.PR = Pdt\sqrt{v}$, ideoque $\frac{dv}{\sqrt{v}} = Pdt$. At si vis acceleratrix superficiei sit $S$, erit $\frac{du}{\sqrt{u}} = Sdt$. Quare cum sit $\frac{dv}{\sqrt{v}} = \frac{ndu}{\sqrt{u}}$, erit $P = nS$. Corpus $P$ ergo perinde super superficie incedet, ac si sollicitaretur a vi tangentiali $= nS$.

35. **Coroll. 6.** Quia porro pressio corporis in superficiem est $= \frac{2Av}{r} - mAS$, perinde in superficie incedit, ac si praeter vim tangentialem $mS$ sollicitaretur a vi normali $nS$ in directione $PN$. Simili modo ergo corpus super superficie mota movebitur, quo super quiescente moveretur, si sollicitaretur vi acceleratrice $S$ in directione $PV$, parallela directioni $FE$.

36. **Coroll. 7.** Si igitur superficies $AB$ secundum directionem $EF$ sollicitetur vi acceleratrice $S$, corpus $P$ a nulla vi sollicitatum super ea perinde movebitur, ac si superficies quiesceret, et corpus $P$ sollicitaretur vi acceleratrice $S$ in directione contraria $PV$.

37. **Scholion.** Hinc problema propositum facilius hoc modo solvi potuisset. Si superficies $AB$ uniformiter progrederetur in directum, tum motus corporis $P$ super ea idem prorsus erit ac si quiesceret; hincque motus corporis relativus idem foret, ac si corpus a nulla vi sollicitaretur. Deinde pariter manifestum est, quia superficies secundum directionem $EF$ a vi $S$ acceleratur, si corpus $P$ eadem vi acceleratrice sollicitaretur secundum eandem directionem, tum adhuc eundem futurum esse motum corporis, ac si superficies quiesceret. Quare cum sola superficies urgeatur a vi acceleratrice $S$ in directione $EF$, corpus $P$ super ea perinde movebitur, ac si sollicitaretur in directione contraria $PV$ ab aequali vi acceleratrice $S$, ipsa autem superficies quiesceret. Reducitur ergo hic casus ad problema 2. ex quo cum resultet ex vi hac $S$ vis tangentialis $T = nS$ et normalis $N = -mS$, ob anguli $VPT = PR\pi$ sinum $= m$ et cosinum $= n$, prodibit acceleratio corporis $dv = nSdt\sqrt{v} = nSds$, posito elemento spatii $PQ = ds$; et pressio in superficiem erit $= A\left(\frac{2v}{r} - mS\right)$, plane ut solutio inventa habet. Per hanc autem considerationem problema sequens facilius et succinctius resolvetur.

38. **Problema 4.** (Fig. 134.) Si superficies $ABC$ secundum directionem rectae $EF$ progrediatur sollicitata vi acceleratrice $S$, invenire motum corporis $P$ super ea incedentis et sollicitati a viribus quibuscunque.

**Solutio.** Si superficies promoveretur uniformiter in directum, seu si a nulla vi sollicitaretur, tum corpus $P$ super ea perinde incessurum esset, ac si superficies quiesceret: Acceleratio autem superficiei tantum immutabit motum corporis, similiterque motus corporis erit comparatus, ac si corpus praeter vires actu ipsum sollicitantes urgeretur a vi acceleratrice $S$ in directione contraria $PV$. Corpus igitur super hac superficie promota perinde movebitur, ac si superficies quiesceret, et corpus praeter vires id actu sollicitantes incitaretur vi $S$ in directione $PV$. Quare si anguli $VPT$ dicatur

sinus $= m$ et cosinus $= n$, ab hac vi orietur vis normalis $PN = mS$ et tangentialis $PT = nS$. Vires autem, quibus corpus $P$ actu sollicitatur, aequivaleant vi normali $Pn = N$ et vi tangentiali $Pt = T$. Omnino ergo corpus $P$ super superficie quiescente sollicitari censendum est a vi tangentiali $= T + nS$ et a vi normali $= N - mS$. Quodsi igitur corporis in $P$ celeritas ponatur debita altitudini $v$, qua tempusculo $dt$ conficiat spatiolum $ds$, sitque corporis $P$ massa $= A$ et radius osculi in $P$ ponatur $= r$; fiet $dv = (T + nS)\,ds$, et superficies a corpore premetur secundum directionem normalis $Pn$ vi $= A(\frac{2v}{r} + N - mS)$. Q. E. I.

39. **Scholion.** In his quaestionibus hactenus posuimus superficiem a pressione corporis omnino non affici, neque ejus motum perturbari, sed eo motu perfecte progredi, quem ipsi potentiae sollicitantes immediate imprimant. Qui casus locum habet, si massa corporis $P$ sit quasi infinite parva respectu massae superficiei. Quodsi vero massa corporis finitam habeat rationem ad massam superficiei, tum utique pressio corporis in superficie effectum exeret, ejus motum vel accelerando vel retardando, hincque nova variatio in ipso corporis motu resultabit. Ad hunc ergo effectum determinandum, sequens problema praemitti oportebit.

40. **Problema 5.** (Fig. 135.) Sit superficies $ABC$ mobilis super basi $BC$, atque extra lineam $AQB$ existat corpus $P$, quaeritur vis motrix superficiem et corpus in directione $PQ$ ad $AB$ normali sollicitans, quae superficiem et corpus dato tempore congreget in puncto $p$.

**Solutio.** Sit massa corporis $P$ ejusve inertia $= A$, et massa superficiei $ABC = M$, tempus autem, quo inter se coire debeant, sit $= dt$. Ponatur vis motrix ad hoc requisita $= P$, quae eadem vis instar elastri $PQ$ sese contrahentis et perpetuo ad superficiem normalis tempusculo $dt$ corpus $P$ transferat in $p$, et superficiem in situm $apb$. Erit ergo vis acceleratrix corpus $P$ in directione $Pp$ sollicitans $= \frac{P}{A}$, et vis superficiem in directione $Qp$ sollicitans $= \frac{P}{M}$. Tempusculo ergo $dt$ corpus $P$ transferetur per spatiolum $Pp = \frac{P}{A} \cdot \frac{dt^2}{4}$ (§ 9). Quia autem superficies alium motum nisi in directione $BC$ recipere nequit, pars tantum vis $\frac{P}{M}$ ad eam movendam impendetur, cujus directio ipsi $BC$ est parallela. Sit ergo anguli, quem tangens curvae in $Q$ cum recta $BC$ constituit, sinus $= m$, cosinus $= n$; erit ducta $Qq$ parallela ipsi $BC$ anguli $PQq$ sinus $= n$ et cosinus $= m$. Hinc ex vi $\frac{P}{M}$ in directione $QP$ urgente resultat vis secundum directionem $Qq = \frac{mP}{M}$, qua ergo superficies tempusculo $dt$ promovebitur per spatiolum $Qq = Bb = \frac{mP}{M} \cdot \frac{dt^2}{4}$. Cum igitur $PQ$ sit normalis ad $pq$, erit

$$Qp = \frac{mmP}{M} \cdot \frac{dt^2}{4}, \quad \text{ideoque} \quad PQ = \frac{Pdt^2}{4}\left(\frac{1}{A} + \frac{mm}{M}\right);$$

quod spatium $PQ$ quia est datum, reperitur $P = \frac{4AM.PQ}{dt^2(M + Amm)}$. Q. E. I.

41. **Coroll. 1.** Haec igitur congregatio superficiei mobilis et corporis $P$ tempore $dt$ perficitur, superficies secundum directionem $BC$ sollicitari concipiatur a vi acceleratrice

$$= \frac{mP}{M} = \frac{4mA.PQ}{(M + mmA)\,dt^2}.$$

42. **Coroll. 2.** Corpus autem $P$, quod ante conjunctionem referebatur ad punctum superficiei $Q$ per normalem $PQ$, ad quod punctum etiam a vi $P$ esset reductum, si superficies immobilis extitisset, nunc non in $q$ sed in $p$ cum superficie coit, ita ut propter hanc conjunctionem spatiolum $qp$ confecisse sit censendum; quod spatiolum est $pq = \frac{mnA.PQ}{M + mmA}$.

43. **Coroll. 3.** Si ergo ad locum corporis $P$ ad superficiem relatum respiciamus, durante congregatione hoc corpus censendum est percurrisse spatium $pq$, ideoque corpus $P$ censendum erit sollicitari secundum directionem tangentis vi acceleratrice $= \frac{4pq}{dt^2} = \frac{4mnA.PQ}{(M+mmA)\,dt^2}$. Secundum directionem normalem autem $PQ$ corpus $P$ sollicitatur vi acceleratrice $= \frac{P}{A} = \frac{4M.PQ}{dt^2(M+mmA)}$.

44. **Problema 6.** (Fig. 136.) Sit superficies $ABC$ liberrime mobilis super basi $EF$, cujus massa sit $= M$, quae autem ipsa a nullis viribus sollicitetur: Super ea vero moveatur corpus $P$, cujus massa sit $= A$, a viribus quibuscunque sollicitatum, unde non solum in ipso corpore $P$, sed etiam in superficie motus generetur: determinare ad quodvis tempus motum cum corporis $P$ tum etiam superficiei $AB$.

**Solutio.** Pervenerit post tempus quodcunque $t$ superficies in situm $AB$, ubi habeat motum secundum $BC$ progrediendi cum celeritate debita altitudini $u$. Corpus vero hoc tempore versetur in $P$, ubi sit ejus celeritas relativa secundum directionem tangentis $PQ$ debita altitudini $v$. Praeterea autem habet motum cum superficie communem secundum directionem $Pp$ celeritate $= \sqrt{u}$, quibus duobus motibus conjunctim verus corporis motus constituitur. Sollicitetur autem corpus in $P$ a duabus viribus acceleratricibus, altera tangentiali $= T$, altera normali $= N$. His positis investigemus, cujusmodi motum corpus $P$ tempusculo $dt$ sequi debeat, si esset liberum et a superficie sejunctum. Primum igitur ob motum relativum in directione $PQ$ et vim tangentialem perveniet tempusculo $dt$ in $Q$, ut sit $PQ = dt\sqrt{v} + \frac{T.dt^2}{4}$. Hinc vero ob motum secundum $Pp$, perducetur in $q$, ut sit $Qq$ parallela ipsi $Pp$, et $= dt\sqrt{u}$. Denique ob vim normalem ex $q$ in $r$ traducetur, existente $qr = \frac{Ndt^2}{4}$ et normali ad $PQ$; existetque adeo corpus $P$ post tempusculum $dt$ in puncto $r$, si a superficie esset solutum. Quoniam vero superficies a nullis viribus sollicitatur, motu insito perveniet in situm $apb$, ut sit $Bb = Pp = dt\sqrt{u}$, eritque recta $pq$ tangens curvae in hoc situ. Versabitur ergo corpus in $r$ extra curvam $apb$, in qua tamen revera ponitur inclusum. Cum igitur tubus $apb$ in se corpus contineat firmitate sua per vim normalem, quam a corpore sustinet, per similem vim normalem corpus ex $r$ tempusculo $dt$ in curvam reduci debet. Sit anguli $PQq$, quem tangens curvae in $P$ cum basi $EF$ constituit, sinus $= m$, cosinus $= n$, et curvae in $P$ radius osculi $= r$, erit $q\pi = \frac{pq^2}{2r} = \frac{PQ^2}{2r}$, ideoque distantia corporis a curva $r\pi = \frac{Ndt^2}{4} + \frac{PQ^2}{2r} = \frac{Ndt^2}{4} + \frac{v\,dt^2}{2r}$. Quamobrem per praecedentem propositionem restitutione corporis in curvam primum superficies $AB$ secundum directionem $BC$ sollicitabitur vi acceleratrice, quae erit $= \frac{4mA}{(M+mmA)} \cdot \frac{r\pi}{dt^2} = \frac{mA}{M+mmA}\left(N + \frac{2v}{r}\right)$. Deinde ipsum corpus secundum curvae tangentem $PQ$ praeter vim tangentialem $T$ sollicitabitur vi acceleratrice $= \frac{mnA}{M+mmA}\left(N + \frac{2v}{r}\right)$. Denique vero corpus in $P$ superficiem premet normaliter vi, quae est productum ex ejus massa $A$ in vim acceleratricem, quae requiritur ad corpus ex $r$ in curvam reducendum,

quae est $=\frac{M}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r})$; unde erit pressio, quam superficies in $P$ a corpore sustinet, $=\frac{AM}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r})$. Hanc ob rem motus corporis relativus super superficie perinde erit comparatus, quasi superficies quiesceret, atque corpus in $P$ acceleraretur a vi acceleratrice $=T+\frac{mnA}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r})$ hinc si spatiolum, quod corpus tempusculo $dt$ super superficie describit, ponatur $=ds$, erit

$$dv = Tds + \frac{mnAds}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r});$$

et pressio, quam corpus in curvam exerit, erit $=\frac{AM}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r})$. Sicque determinatus est motus corporis in superficie; quod autem ad motum ipsius superficiei attinet, is accelerabitur vi acceleratrice $=\frac{mA}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r})$; quare si superficies tempusculo $dt$ per spatiolum $Bb = d\sigma$ progredi ponatur, erit $du = \frac{mAd\sigma}{M+mmA}(N+\frac{2v}{r})$, et quia spatia $ds$ et $d\sigma$ eodem tempusculo $dt$ confici ponuntur, erit $\frac{ds}{\sqrt{v}} = \frac{d\sigma}{\sqrt{u}} = dt$. Ex data ergo curva $APB$ et viribus $N$ et $T$, corpus sollicitantibus, per quatuor istas aequationes inventas quatuor incognitae $v$, $u$, $s$ et $\sigma$ ad datum quodvis tempus $t$ poterunt assignari. Q. E. I.

# V.

# De motu corporum in tubo rectilineo mobili circa axem fixum, per ipsum tubum transeuntem. *)

1. Corpora, quae hic in tubis moveri pono, infinite parva assumo, ita ut alium motum praeter progressivum simplicem accipere nequeant: tubi ergo hujusmodi corpuscula continentes erunt quoque infinite angusti, perque eos corpuscula sine ulla frictione moveri statuo. Erunt igitur hi tubi revera lineae, in quibus corpuscula illa ita motu suo feruntur, ut ab illis recedere nequeant. Haec est consideratio geometrica, quae autem non impedit, quominus corpuscula illa finitae magnitudinis statui queant, dummodo in tubis et sine frictione et sine motu rotatorio moveantur. Quominus autem casus actu existens ab hypothesi differet, eo propius eventus cum calculo conspirabit.

2. (Fig. 137.) Sit $OF$ tubus rectus mobilis circa punctum fixum $O$, circa quod in eodem plano libere gyrari queat. Quod si ergo hic tubus moveatur, ejus motus cognoscetur, si data fuerit celeritas cujusvis ejus puncti $F$ rotatoria circa $O$. Sit enim celeritas, qua punctum $F$ circa $O$ arculum $Ff$ percurrit, debita altitudini $u$, ex ea cognoscetur celeritas cujusvis alius tubi puncti $P$. Cum enim tubus $OF$ puncto temporis in situm $Of$ perveniat, punctum $P$ in $p$ perveniet, unde ejus celeritas erit ad celeritatem puncti $F$ ut $Pp$ ad $Ff$, hoc est ut $OP$ ad $OF$. Quare cum celeritas puncti $F$ sit $=\sqrt{u}$, erit celeritas puncti $P=\frac{OP}{OF}\sqrt{u}$, ideoque altitudo huic celeritati debita $=\frac{OP^2}{OF^2}u$.

3. Deinde etiam si tubus, dum per angulum infinite parvum $FOf$ rotatur, sollicitetur a viribus quibuscunque, acceleratio seu retardatio motus rotatorii definiri poterit. Colligantur enim singularum virium sollicitantium momenta respectu axis $O$ sumta, quarum summa sit $=Pf$, quae tendat ad motum tubi accelerandum: retardatio enim per signum negativum indicabitur. Tum quaeratur momentum inertiae tubi respectu ejusdem axis $O$, quod oritur, si singulae tubi particulae per quadrata distantiarum suarum ab axe multiplicentur, atque omnia hae producta in unam summam colligantur;

*) Haec commentatio, manu cel. Auctoris inscripta: Caput I, majoris cujusdam operis pars fuisse videtur.

sit autem hoc momentum inertiae $= Mkk$, quo invento erit acceleratio puncti $F = \frac{Pf}{Mkk} \cdot OF$, atque acceleratio puncti $P = \frac{Pf}{Mkk} \cdot OP$. Hinc ergo fiet $du = \frac{Pf}{Mkk} \cdot OF \,.\, Ff$.

4. Ob hanc accelerationem tubus superiori temporis elemento ultra angulum $FOf$ insuper describet angulum $fO\varphi$, ideoque in situm $O\varphi$ perveniet. Angulus autem $fO\varphi$ seu spatiolum $f\varphi$ tantum erit, quantum ab acceleratione $\frac{Pf}{Mkk} \cdot OF$ generari potest, interea dum spatiolum $Ff$ celeritate altitudini $u$ debita conficitur. Dum autem generatim spatiolum $ds$ percurritur celeritate altitudini $c$ debita, eodem tempusculo corpus quiescens ab acceleratione $g$ protrahetur per spatiolum $= g \cdot \frac{ds^2}{4c}$. Hinc ergo erit $f\varphi = \frac{Pf}{Mkk} \,.\, OF \,.\, \frac{Ff^2}{4u}$, et angulus $fO\varphi = \frac{f\varphi}{OF} = \frac{Pf}{Mkk} \cdot \frac{Ff^2}{4u}$. Vicissim igitur si spatiolum $f\varphi$ datum fuerit, per quod tubus per accelerationem promoveatur, ex eo innotescet ipsa acceleratio $\frac{Pf}{Mkk} \cdot OF = \frac{4u \,.\, f\varphi}{Ff^2}$, ideoque momentum virium accelerantium $Pf = \frac{4Mkku \,.\, f\varphi}{OF \,.\, Ff^2}$.

5. Quiescat nunc tubus $OF$, in eo autem versetur corpus $P$ motum in directione $PF$ celeritate quacunque debita altitudini $v$, atque manifestum est hoc corpus ista celeritate per tubum uniformiter esse progressurum, neque tubum ad motum esse sollicitaturum. Neque etiam tubus ullam vim sentiet, si corpus secundum directionem $PF$ a vi quacunqne sive acceleretur, sive retardetur. Sollicitetur corpus a vi $P$ secundum directionem $PF$, atque dum spatium $PQ = dx$ percurrit, ejus motus accelerabitur, fietque $dv = \frac{Pdx}{A}$ denotante $A$ massam corporis $P$. Hinc ultra $Q$ in $q$ progredietur, ut sit

$$Qq = \frac{P}{A} \cdot \frac{dx^2}{4v} = \frac{Pdx^2}{4Av},$$

prouti modo ostendimus.

6. Moveatur nunc tubus motu rotatorio circa $O$, atque corpusculum $P$, nisi sit in $O$, quiescere non potest. Duplici autem modo motus corporis in tubo inclusi spectari potest, primo scilicet, quatenus in ipso tubo progreditur, tum vero motum cum tubo habebit communem. Quare si cognoscatur motus corporis in tubo, una cum tubi motu rotatorio, simul verus corporis motus innotescet. Habeat (Fig. 138) corpus $A$ in tubo $OF$ celeritatem altitudini $p$ debitam, qua secundum tubi longitudinem ab $O$ recedat, simul vero ipse tubus rotetur ita, ut puncti $F$ celeritas per $Ff$ sit debita altitudini $u$. Verus ergo corporis $A$ motus erit compositus ex motu, quem habet in tubo cum celeritate $\sqrt{p}$, et ex motu tubi rotatorio in $A$, cujus celeritas erit $= \frac{OA\sqrt{u}}{OF}$, et directio secundum $A\alpha$ normalem ad $OA$. Hinc corpus $A$ primo instanti revera movebitur in directione $Ap$, ita ut sit

$$AP : Pp = \sqrt{p} : \frac{OA\sqrt{u}}{OF}$$

ejusque celeritas vera seu absoluta erit $= \frac{Ap\sqrt{p}}{AP}$, unde altitudo huic celeritati debita fit

$$= \frac{Ap^2}{AP^2} \cdot p = p + \frac{Pp^2}{AP^2} \cdot p = p + \frac{OA^2 \,.\, u}{OF^2}.$$

7. Ponamus celeritatem corporis $A$, qua secundum tubi longitudinem progrediatur, esse nullam; ita ut tantum habeat motum cum tubo communem secundum directionem $A\alpha$, celeritate

*

$=\frac{OA\sqrt{u}}{OF}$. Hac igitur celeritate, dum tubus puncto temporis in situm $Of$ procedit, conficiet spatiolum $A\alpha$; punctum tubi $A$ vero, in quo corpus haeserat, perveniet in $a$, descripto arculo circulari $Aa$, cujus tangens erit recta $A\alpha$. Cum igitur nunc corpus non amplius sit in $a$ sed in $\alpha$, in tubo interea spatiolum $a\alpha$ confecisse censendum est. At est

$$a\alpha = O\alpha - OA = \sqrt{(OA^2 + A\alpha^2)} - OA = \frac{A\alpha^2}{2OA}$$

ob $A\alpha$ prae $OA$ infinite parvo. Dum igitur spatium $Ff$ celeritate altitudini $u$ debita absolvitur, corpus in tubo progreditur per spatiolum

$$a\alpha = \frac{A\alpha^2}{2OA} = \frac{Ff \cdot A\alpha}{2OF} = \frac{OA \cdot Ff^2}{2OF^2},$$

ob $OA : A\alpha = OF : Ff$. Ad hoc autem spatium conficiendum requiritur vis movens $g$, ita ut sit

$$\frac{OA \cdot Ff^2}{2OF^2} = \frac{g \cdot Ff^2}{4Au}, \text{ unde fit } \frac{g}{A} = \frac{2OA \cdot u}{OF^2}.$$

Corpus ergo $A$ in tubo perinde movebitur, ac si sollicitaretur a vi movente $g = \frac{2A \cdot OA \cdot u}{OF^2}$ secundum tubi directionem $AP$.

8. Ponamus autem corpus in $A$ jam in tubo moveri celeritate debita altitudini $p$, qua puncto temporis, si tubus quiesceret, conficeret spatiolum $AP = dx$, posita distantia $OA = x$. Moveatur autem tubus interea motu rotatorio, ita ut ejus punctum $F$ conficiat arculum $Ff = ds$, celeritate debita altitudini $u$, eritque primo $\frac{dx}{\sqrt{p}} = \frac{ds}{\sqrt{u}}$. Tum vero corpus $A$ praeter motum in tubo habebit motum in directione $A\alpha$ normali ad $OA$, cum celeritate $= \frac{x\sqrt{u}}{OF} = \frac{x\sqrt{u}}{f}$ posita $OF = f$. Duplici hoc motu corpus, si sibi esset relictum, describeret diagonalem $Ap$ parallelogrammi $A\alpha pP$ rectanguli celeritate debita altitudini $p + \frac{xxu}{ff}$, perveniretque in $p$, existente

$$AP = dx \text{ et } Pp = A\alpha = \frac{xds}{f} = \frac{xdx\sqrt{u}}{f\sqrt{p}}.$$

Tubus autem interea perveniet in situm $Of$, existente $Ff = ds$.

9. Nisi ergo corpus tubo esset inclusum elapso tempusculi elemento, corpus teneret situm $p$, et tubus situm $Of$; ideoque extra tubum versaretur. Cum igitur tubus perpetuo corpus in se retineat, vim quandam reverá exeret, qua corpus in se conservet, haecque vis nil aliud erit, nisi pressio, qua corpus et tubus ad se invicem apprimuntur, cujus pressionis directio erit normalis ad tubi directionem. Sit ista pressio $= P$, qua corpus in $A$ secundum directionem $A\alpha$ normalem ad tubum, ipse vero tubus secundum directionem contrariam urgeatur. Haec itaque pressio $P$ efficiet, ut corpus non in $p$, sed in $\pi$ perveniat, existente spatiolo

$$p\pi = \frac{P}{A} \cdot \frac{Ff^2}{4u} = \frac{Pds^2}{4Au}.$$

Eadem autem pressio $P$ porro, tubum ex situ $Of$ repellet in situm $O\varphi$, ad quem inveniendum sit momentum inertiae tubi respectu puncti $O = Mkk$, et cum momentum vis sollicitantis sit $= Px$, erit acceleratio puncti $f = \frac{Px}{Mkk}f$; unde fit spatiolum

$$f\varphi = \frac{Pfx}{Mkk} \cdot \frac{ds^2}{4u}.$$

10. Producatur recta $Pp$ per $\pi$ in $q$, quae cum ad $Of$ sit normalis, erit $q\pi : f\varphi = OP : OF$, seu

$$q\pi = \frac{(x + dx)f\varphi}{f} = \frac{Pxxds^2}{4Mkku}.$$

Jam vero pressio $P$ tanta esse debet, ut corpus ex $p$ et tubus ex situ $Of$ ad se invicem in situm $O\pi\varphi$ adducantur; quamobrem esse debebit

$$pq = \frac{Pds^2}{4Au} + \frac{Pxxds^2}{4Mkku} = \frac{(Axx + Mkk)Pds^2}{4AMkku}.$$

Verum ob triangula $OA\alpha$, $\alpha pq$ similia erit $OA : A\alpha = f : ds = dx : pq$, ideoque

$$pq = \frac{dxds}{f} = \frac{ds^2 \sqrt{p}}{f\sqrt{u}}.$$

Hincque fit $P = \frac{4AMkk\sqrt{pu}}{f(Axx + Mkk)}$, quae est pressio, qua corpus in $A$ ad tubum apprimitur, cui sustinendae firmitas tubi sufficiens esse debet. Hac ergo vi primum motus tubi rotatorius retardatur, fietque

$$\frac{du}{ds} = -\frac{Pfx}{Mkk} = -\frac{4Ax\sqrt{pu}}{Axx + Mkk}.$$

11. Si tubus motu rotatorio careret, corpus in punctum $P$ perveniret, nunc autem pervenit in punctum $\pi$ magis remotum ab $O$ intervallo

$$O\pi - OP = \frac{P\pi^2}{2OP} = \frac{A\alpha^2}{2OA} = \frac{xds^2}{2ff}.$$

Ejus ergo celeritas $\sqrt{p}$, qua in tubo progreditur, increvisse censenda est, perinde ac si interea corpus secundum tubi directionem sollicitatum fuisset vi quadam $g$, ita ut sit $\frac{xds^2}{2ff} = \frac{g}{A} \cdot \frac{ds^2}{4u}$, unde fit acceleratio $\frac{g}{A} = \frac{2xu}{ff}$. Ex qua dum corpus spatiolum $AP = dx$ in tubo percurrit, fiet $dp = \frac{2uxdx}{ff}$; deinde vero est $du = -\frac{4Axds\sqrt{pu}}{Axx + Mkk}$, ex quibus aequationibus cum $\frac{dx}{\sqrt{p}} = \frac{ds}{\sqrt{u}}$ conjunctis totus motus tam tubi, quam corporis in tubo definiri debet.

12. Hinc vero etiam acceleratio corporis $A$ vera colligi potest: cum enim corpus $A$ actu progrediatur motu insito per diagonalem

$$Ap = \sqrt{\left(dx^2 + \frac{xxds^2}{ff}\right)},$$

celeritate debita altitudini $= p + \frac{xxu}{ff}$, quae altitudo ponatur $= v$, erit $\frac{Ap}{\sqrt{v}} = \frac{ds}{\sqrt{u}}$. Quia autem interea corpus $A$ sollicitatur vi $P$ in directione $A\alpha$, accelerabitur a vi

$$\frac{P \cdot A\alpha}{Ap} = \frac{Pxds}{f \cdot Ap}, \text{ erit ergo } \frac{dv}{Ap} = \frac{Pxds}{Af \cdot Ap},$$

seu

$$dv = \frac{Pxds}{Af} = \frac{4Mkkxds\sqrt{pu}}{ff(Axx + Mkk)} = \frac{4Mkkuxdx}{ff(Axx + Mkk)},$$

quae eadem aequatio ex praecedentibus invenitur; cum enim sit

$$du = -\frac{4Axds\sqrt{pu}}{Axx + Mkk} = -\frac{4Auxdx}{Axx + Mkk} \text{ et } dp = \frac{2uxdx}{ff} \text{ ob } v = p + \frac{xxu}{ff}, \text{ erit}$$

$$dv = dp + \frac{xxdu}{ff} + \frac{2uxdx}{ff} = \frac{4uxdx}{ff} - \frac{4Aux^3dx}{ff(Axx + Mkk)} = \frac{4Mkkuxdx}{ff(Axx + Mkk)}, \text{ ut ante.}$$

13. Ex his aequationibus pro $du$ et $dv$ inventis duplex valor pro $\frac{4uxdx}{Axx+Mkk}$ reperitur, nempe $\frac{ffdv}{Mkk}$ et $-\frac{du}{A}$; unde fit $\frac{ffdv}{Mkk}+\frac{du}{A}=0$, atque integrando $Av+\frac{Mkku}{ff}=\text{Const.}$ At est $Av$ vis viva corporis $A$, et $\frac{Mkku}{ff}$ vis viva tubi gyrantis, unde intelligitur, summam virium vivarum tubi et corporis perpetuo conservari eandem. Cum vero sit $v=p+\frac{xxu}{ff}$, erit quoque

$$Ap+\frac{(Axx+Mkk)u}{ff}=\text{Const.}$$

14. Praeterea ex aequatione $du=-\frac{4Auxdx}{Axx+Mkk}$ deducitur haec integrabilis

$$\frac{du}{u}+\frac{4Axdx}{Axx+Mkk}=0,$$

quae praebet $u(Axx+Mkk)^2=\text{Const.}=GG$, unde fit $u=\frac{GG}{(Axx+Mkk)^2}$; qui valor in praecedente substitutus dat

$$Ap+\frac{GG}{ff(Axx+Mkk)}=H \quad \text{et} \quad p=\frac{H}{A}-\frac{GG}{Aff(Axx+Mkk)}.$$

Inventis $p$ et $u$, cum sit $\frac{dx}{\sqrt{p}}=\frac{ds}{\sqrt{u}}$, fiet

$$ds=\frac{Gdx}{Axx+Mkk}:\sqrt{\left(\frac{H}{A}-\frac{GG}{Aff(Axx+Mkk)}\right)}, \quad \text{seu}$$

$$ds=\frac{Gfdx\sqrt{A}}{\sqrt{(Axx+Mkk)(Hff(Axx+Mkk)-GG)}},$$

ex qua aequatione pro quovis corporis in tubi situ ipsa tubi positio determinatur.

15. (Fig. 139.) Quo motus corporis in tubo hoc circa $O$ mobili clarius perspiciatur, ponamus initio tubum fuisse in situ $OF$, motumque rotatorium habuisse tantum, ut in distantia $OF=f$ punctum $F$ celeritatem habuerit debitam altitudini $c$. Corpus autem initio versatum sit in $A$, existente $OA=a$, habueritque celeritatem in tubo secundum $AF$ debitam altitudini $=b$; sitque, ut ante assumsimus, massa corporis $=A$, et momentum inertiae tubi $=Mkk$. Post aliquod tempus pervenerit tubus in situm $OS$, confecto arcu $FS=s$, in quo situ puncti $S$ celeritas rotatoria per elementum $Ss=ds$ debita sit altitudini $u$, corpus autem nunc versetur in $P$, existente $OP=x$, cujus celeritas, qua in tubo progreditur, debita sit altitudini $p$.

16. His positis, cum inventa sit $u=\frac{GG}{(Axx+Mkk)^2}$, facto $x=OA=a$, fieri debet $u=c$, unde determinatur constans $GG=c(Aaa+Mkk)^2$, fietque $u=\frac{c(Aaa+Mkk)^2}{(Axx+Mkk)^2}$. Deinde erit

$$p=\frac{H}{A}-\frac{c(Aaa+Mkk)^2}{Aff(Axx+Mkk)},$$

facto autem $x=a$, quia fit $p=b$, erit

$$b=\frac{H}{A}-\frac{c(Aaa+Mkk)}{Aff},$$

unde definitur constans $\frac{H}{A}=b+\frac{c(Aaa+Mkk)}{Aff}$, ita ut sit

$$p=b+\frac{c(Aaa+Mkk)(xx-aa)}{ff(Axx+Mkk)}.$$

Hi valores ipsarum $u$ et $p$, in aequatione $ds = \frac{dx\sqrt{u}}{\sqrt{p}}$ substituti, dabunt aequationem

$$ds = \frac{(Aaa + Mkk)\,dx\sqrt{c}}{Axx + Mkk} : \sqrt{\left(b + \frac{c\,(Aaa + Mkk)\,(xx - aa)}{ff(Axx + Mkk)}\right)},$$

qua natura curvae $AP$, quam corpus revera describit, determinatur.

**17.** Ponamus corpus initio in $A$ nullam habuisse celeritatem in tubo progressivam, seu esse $b = 0$, erit $ds = \frac{fdx\sqrt{(Aaa + Mkk)}}{\sqrt{(xx - aa)\,(Axx + Mkk)}}$. Hinc centro $O$ ducto arculo $Pl$, erit

$$Pl = \frac{xds}{f} = \frac{xdx\sqrt{(Aaa + Mkk)}}{\sqrt{(xx - aa)\,(Axx + Mkk)}}$$

et $pl = dx$, unde fit elementum curvae

$$Pp = dx\sqrt{\left(1 + \frac{xx(Aaa + Mkk)}{(xx - aa)\,(Axx + Mkk)}\right)} = dx\sqrt{\frac{Ax^4 + Mkk(2xx - aa)}{(xx - aa)\,(Axx + Mkk)}}, \text{ ergo}$$

$$Pp : Pl = \sqrt{(Ax^4 + (2xx - aa)\,Mkk)} : x\sqrt{(Aaa + Mkk)}.$$

Ipso ergo initio in $A$, erat $Pp = Pl$, ideoque tangens curvae $AP$ in $A$ erat normalis ad tubum $OF$. In $P$ autem est $\cos APO = \frac{pl}{Pp} = \sqrt{\frac{(xx - aa)\,(Axx + Mkk)}{Ax^4 + (2xx - aa)Mkk}}$, unde fit

$$\cos 2APO = \frac{Ax^4 - 2Aaaxx - Mkkaa}{Ax^4 + (2xx - aa)Mkk} = 1 - \frac{2Mkkxx - 2Aaaxx}{Ax^4 + (2xx - aa)Mkk}.$$

**18.** Ponamus tubum omni inertia destitutum, ita ut sit $Mkk = 0$, eritque

$$u = \frac{a^4c}{x^4}, \text{ seu } \sqrt{u} = \frac{aa}{xx}\sqrt{c},$$

unde celeritas tubi in $F$ erit ad celeritatem tubi in $S$ ut $QP^2$ ad $OA^2$. Deinde autem fiet

$$p = b + \frac{aac(xx - aa)}{ffxx}, \text{ unde erit } ds = \frac{dx\sqrt{u}}{\sqrt{p}} = \frac{aafdx\sqrt{c}}{x\sqrt{(bffxx + aacxx - a^4c)}},$$

quae aequatio integrata dat

$$\frac{s}{f} = \text{arc. cos}\,\frac{aa\sqrt{c}}{x\sqrt{(aac + bff)}} - \text{arc. cos}\,\frac{a\sqrt{c}}{\sqrt{(aac + bff)}} = \text{ang. } FOS.$$

At est $\text{arc. cos}\,\frac{a\sqrt{c}}{\sqrt{(aac + bff)}} = \text{arc. tang}\,\frac{f\sqrt{b}}{a\sqrt{c}} = 90° - FAP$, unde

$$\text{arc. cos}\,\frac{aa\sqrt{c}}{x\sqrt{(aac + bff)}} = 90° - FAP + FOS \text{ et}$$

$$\frac{aa\sqrt{c}}{x\sqrt{(aac + bff)}} = \cos(90° - FAP + FOS) = \sin(FAP - FOS) = \frac{a}{x}\sin FAP,$$

$$\text{ob } \frac{a\sqrt{c}}{\sqrt{(aac + bff)}} = \cos(90° - FAP) = \sin FAP.$$

Hinc erit $x : a = OP : OA = \sin FAP : \sin(FAP - FOS)$, quo constat viam a corpore descriptam $AP$ esse lineam rectam; tum enim erit

$$FAP - FOS = APO \text{ et } OP : OA = \sin FAP : \sin APO.$$

Ex ipsa autem status natura perspicuum est, corpus perinde motum iri, ac si tubus penitus abesset, quia inertia carens motum corporis alterare nequit.

19. Evanescat jam massa corporis $A$ prae inertia tubi, atque manifestum est a corpore motum tubi perturbari non posse, ex quo tubus motu uniformi rotabitur, fiet autem utique ex aequatione $u = c$. Tum vero pro motu corporis in tubo erit $p = b + \frac{c(xx - aa)}{ff}$, unde fit

$$ds = \frac{dx\sqrt{u}}{\sqrt{p}} = \frac{fdx\sqrt{c}}{\sqrt{(bff - aac + cxx)}},$$

quae aequatio integrata dat

$$\frac{s}{f} = \text{ang.} FOS = \int \frac{dx\sqrt{c}}{\sqrt{(bff - aac + cxx)}} = l \frac{x\sqrt{c} + \sqrt{(bff - aac + cxx)}}{a\sqrt{c} + f\sqrt{b}}.$$

Quare sumto $e$ numero cujus logarithmus $= 1$, erit

$$e^{FOS} = \frac{x\sqrt{c} + \sqrt{(bff - aac + cxx)}}{a\sqrt{c} + f\sqrt{b}}, \text{ hincque } x = \frac{a\sqrt{c} + f\sqrt{b}}{2\sqrt{c}} e^{\frac{s}{f}} + \frac{a\sqrt{c} - f\sqrt{b}}{2\sqrt{c}} e^{\frac{-s}{f}}.$$

Ad quodvis ergo tempus, primum facile situs tubi $OS$, quippe cujus motus est uniformis, definitur, tum vero ex angulo $\frac{s}{f}$ locus $P$ in tubo, quem corpus occupat, ex hac aequatione invenitur.

20. (Fig. 140.) Hactenus motum corporis in tubo recto circa alterum terminum $O$ in eodem plano mobili determinavimus, si neque tubus neque corpus ab ulla vi externa sollicitentur; nunc igitur effectum virium tam corpus in tubo quam ipsum tubum sollicitantium investigemus. Pervenerit autem tubus in situm $OF$, ubi puncti $F$ celeritas rotatoria debita sit altitudini $u$, qua puncto temporis $dt$ describere valet arculum $= ds$. Corpus autem versetur in $A$, existente $OA = x$, ubi ejus celeritas, qua in tubo progreditur, debita sit altitudini $p$, qua eodem tempusculo $dt$ spatiolum $= dx$ absolvere queat. Urgeatur autem primo tubus a momento virium $= Sf$, secundum plagam $Ff$; quo fiet ut tempusculo $dt$ spatium absolvat

$$Ff = ds + \frac{Sff}{Mkk} \cdot \frac{ds^2}{4u},$$

si quidem a corpore incluso esset liberatus, ideoque perventurus esset in situm $Of$.

21. Corpus autem $A$ sollicitetur a duabus viribus, altera $= T$ secundum directionem tubi $AP$, altera $= V$ secundum directionem $A\alpha$ ad tubum normalem. Quodsi ergo corpus extra tubum esset liberum, primum motu secundum $AP$, cujus celeritas est $= \sqrt{p}$, a vi $T$ sollicitatum conficeret spatiolum $AP = dx + \frac{T}{A} \cdot \frac{ds^2}{4u}$; deinde autem motu in directione $A\alpha$, cujus celeritas est $= \frac{x\sqrt{u}}{f}$, a vi $V$ sollicitatum, conficeret spatiolum $A\alpha = \frac{xds}{f} + \frac{V}{A} \cdot \frac{ds^2}{4u}$. Completo ergo parallelogrammo rectangulo $Al$, corpus, si liberum esset, perventurum esset in punctum $l$; tubus vero, si corpore careret, eodem momento situm teneret $Of$; ideoque corpus extra tubum foret situm, ab eoque distaret intervallo $lp$. Erit autem ad hanc distantiam inveniendam,

$$OF : Ff = OP : Pp, \quad \text{unde} \quad Pp = \frac{Ff \cdot OP}{OF}, \quad \text{et}$$

$$pl = \frac{Ff \cdot OP}{OF} - \frac{OA \cdot ds}{OF} - \frac{V}{A} \cdot \frac{ds^2}{4u} = \frac{AP \cdot ds}{f} - \frac{V}{A} \cdot \frac{Ff^2}{4u} = \frac{dxds}{f} - \frac{V}{A} \cdot \frac{ds^2}{4u} + \frac{Sfx}{Mkk} \cdot \frac{ds^2}{4u}.$$

22. Si hoc intervallum $pl$ esset $= 0$, corpus sponte in tubo maneret, neque igitur ulla existeret pressio corporis in tubum; nunc ergo cum corpus extra tubum egressurum esset, pressio aderit, qua corpus in tubo retinebitur. Sit ista pressio $= P$, quae corpus in directione ad tubum normali

$A\alpha$, ipsum vero tubum in directione contraria sollicitet. Hujus vis $P$ momentum ad tubum versus corpus $l$ reducendum erit $= Px$, hinc tubus removebitur per spatiolum $f\varphi = \frac{Pfx}{Mkk}\cdot\frac{ds^2}{4u}$, ex quo prodit spatiolum $p\pi = \frac{Pxx}{Mkk}\cdot\frac{ds^2}{4u}$. Deinde eadem pressio $P$ corpus, quod est in $l$, perducere debet in $\pi$, eritque $l\pi = \frac{P}{A}\cdot\frac{ds^2}{4u}$. Ex his resultat

$$\frac{P(Axx + Mkk)ds^2}{4AMkku} = lp = \frac{dxds}{f} - \frac{V}{A}\cdot\frac{ds^2}{4u} = \frac{ds^2\sqrt{p}}{f\sqrt{u}} - \frac{V}{A}\cdot\frac{ds^2}{4u} + \frac{Sfx}{Mkk}\cdot\frac{ds^2}{4u},$$

eritque ergo pressio quaesita

$$P = \frac{AMkk}{Axx + Mkk}\left(\frac{4\sqrt{pu}}{f} - \frac{V}{A} + \frac{Sfx}{Mkk}\right).$$

23. Tubus ergo nunc sollicitabitur a virium momento $Sf - Px$, ex quo oritur acceleratio motus rotatorii

$$\frac{du}{ds} = \frac{Sff}{Mkk} - \frac{Pfx}{Mkk} = \frac{Sff}{Mkk} - \frac{Afx}{Axx + Mkk}\left(\frac{4\sqrt{pu}}{f} - \frac{V}{A} + \frac{Sfx}{Mkk}\right), \quad \text{seu}$$

$$du = \frac{Sffds}{Axx + Mkk} - \frac{4Auxdx}{Axx + Mkk} + \frac{Vfxds}{Axx + Mkk}.$$

Corpus autem, quod in tubo descripturum fuisset motu insito spatiolum $dx$, nunc ex $A$ in punctum tubi $\pi$ pervenit, descripsit ergo spatium

$$= AP + (O\pi - OP) = AP + \frac{P\pi^2}{2OP} = AP + \frac{A\alpha^2}{2OA} = dx + \frac{T}{A}\cdot\frac{ds^2}{4u} + \frac{xds^2}{2ff},$$

hinc accelerationem accepit $= \frac{T}{A} + \frac{2xu}{ff} = \frac{dp}{dx}$, ex quo erit $dp = \frac{Tdx}{A} + \frac{2uxdx}{ff}$. Quod si celeritas corporis vera ponatur debita altitudini $v$, ob $v = p + \frac{xxu}{ff}$, erit

$$dv = dp + \frac{xxdu}{ff} + \frac{2uxdx}{ff} = \frac{Tdx}{A} + \frac{Sxxds}{Axx + Mkk} + \frac{Vx^3ds}{f(Axx + Mkk)} + \frac{4Mkkuxdx}{ff(Axx + Mkk)}.$$

24. Ex priori aequatione oritur

$$du + \frac{4Auxdx}{Axx + Mkk} = \frac{Sffds}{Axx + Mkk} + \frac{Vfxds}{Axx + Mkk},$$

cujus prius membrum fit integrabile si multiplicetur per $(Axx + Mkk)^2$; erit enim ejus integrale $(Axx + Mkk)^2 u$, quod ponatur $= Q$. Hinc erit

$$dQ = Sffds\,(Axx + Mkk) + Vfxds\,(Axx + Mkk);$$

dividatur haec aequatio per $2\sqrt{Q}$ erit

$$\frac{dQ}{2\sqrt{Q}} = \frac{Sffds}{2\sqrt{u}} + \frac{Vfxds}{2\sqrt{u}}, \quad \text{unde} \quad (Axx + Mkk)\sqrt{u} = \int\frac{Sffds}{2\sqrt{u}} + \int\frac{Vfxds}{2\sqrt{u}}.$$

Quare si vires sollicitantes $S$ et $V$ evanescant, erit $(Axx + Mkk)\sqrt{u}$ quantitas constans.

25. Ex prima et ultima aequatione si eliminentur termini, in quibus nulla vis sollicitans occurrit, prodibit $Adv + \frac{Mkkdu}{ff} = Tdx + Sds + \frac{Vxds}{f}$. Hinc ergo integrando obtinebitur

$$Av + \frac{Mkku}{ff} = \int Tdx + \int\frac{Vxds}{f} + \int Sds = Ap + \frac{(Axx + Mkk)u}{ff}.$$

Si ergo vires sollicitantes $T$, $V$, et $S$ evanescant, erit

$$Ap + \frac{(Axx + Mkk)u}{ff} = Av + \frac{Mkku}{ff}$$

quantitas constans; exprimit autem $Av$ vim vivam corporis $A$ et $\frac{Mkku}{ff}$ vim vivam tubi rotantis. Unde vis viva totalis nullum accipit incrementum vel decrementum, nisi a viribus sollicitantibus, absque quibus vis viva perpetuo eadem conservaretur.

26. Praeter vim vivam autem, si nullae vires sollicitantes adsint, quoque conservatur valor hujus expressionis $(Axx + Mkk)\sqrt{u}$ perpetuo idem; qui valor quomodo verbis commode exprimi queat, videamus. Est autem $\sqrt{u}$ celeritas rotatoria puncti tubi $F$, unde fit corporis $A$ celeritas rotatoria $= \frac{x\sqrt{u}}{f}$, ejusque adeo motus rotatorius $= \frac{Ax\sqrt{u}}{f}$, qui si denuo in distantiam a centro rotationis $O$, quae est $= x$, multiplicetur, productum $\frac{Axx\sqrt{u}}{f}$ convenit appellari momentum rotatorium corporis $A$. Simili modo si tubi quaecunque molecula, ab $O$ intervallo $z$ distans, ponatur $= d\omega$, erit ejus momentum rotatorium $= \frac{zzd\omega\sqrt{u}}{f}$, unde totius tubi momentum rotatorium erit

$$= \frac{\sqrt{u}}{f}\int zzd\omega = \frac{Mkk\sqrt{u}}{f},$$

quia $Mkk$ exponit summam omnium $zzd\omega$. Erit ergo $\frac{(Axx + Mkk)\sqrt{u}}{f}$ momentum rotatorium totale tubi et corporis conjunctim, quod propterea perinde ac vis viva conservatur; nisi quatenus a viribus sollicitantibus vel augetur vel diminuitur.

27. (Fig. 141.) Ponamus tubum cum corpore a gravitate naturali ad motum animari, tubumque jam pervenisse ex situ horizontali $OF$ in situm $OS$, ubi celeritas puncti $S$ rotatoria sit $= \sqrt{u}$, qua puncto temporis percurrat spatiolum $Ss = ds$. Sit pondus tubi $= M$, ejusque centri gravitatis ab $Q$ distantia $= g$, erit momentum gravitatis tubi $= Mg . \cos FOS = Mg \cos \frac{s}{f}$; denotat enim $\frac{s}{f}$ angulum $FOS$ ob arcum $FS = s$ et radium $OF = f$. Momentum ergo supra positum $Sf$ erit $= Mg \cos \frac{s}{f}$. Sit praeterea nunc corpus in $P$ existente $OP = x$, ubi ejus celeritas in tubo debita sit altitudini $p$, ut sit $\frac{ds}{\sqrt{u}} = \frac{dx}{\sqrt{p}}$. Ob gravitatem ergo corpus $A$ in $P$ sollicitabitur in directione verticali $PG$ vi $= A$, unde oritur vis $T = A \sin \frac{s}{f}$ et $V = A \cos \frac{s}{f}$.

28. His virium determinationibus in calculum introductis erit primo

$$(Axx + Mkk)\sqrt{u} = \int \frac{Mgfds + Afxds}{2\sqrt{u}} \cos \frac{s}{f} = \frac{f}{2}\int (Mg + Ax) \frac{dx}{\sqrt{p}} \cos \frac{s}{f}; \quad \text{et}$$

$$Ap + \frac{(Axx + Mkk)u}{ff} = A\int dx \sin \frac{s}{f} + A\int \frac{xds}{f} \cos \frac{s}{f} + Mg\int \frac{ds}{f} \cos \frac{s}{f} = Ax \sin \frac{s}{f} + Mg \sin \frac{s}{f} + \text{Const.},$$

quae ex statu initiali debet definiri. Ponamus tubum initio in $OF$ quievisse, et corpus in $A$ pariter quievisse, ita ut fuerit $OA = a$, ergo posito $s = 0$, fieri debet $x = a$, $p = 0$ et $u = 0$, unde constantis additione non est opus. Erit ergo pro hoc casu

$$Ap + \frac{(Axx + Mkk)u}{ff} = (Ax + Mg) \sin \frac{s}{f},$$

quae conjuncta cum aequationibus

$$(Axx + Mkk)\sqrt{u} = \frac{1}{2} f\int (Ax + Mg) \frac{dx}{\sqrt{p}} \cos \frac{s}{f} \quad \text{et} \quad \frac{dx}{\sqrt{p}} = \frac{ds}{\sqrt{u}},$$

determinabit motum quaesitum.

29. Resumantur aequationes differentiales quae sunt

$$\text{I.}\quad Adp + \frac{2Auxdx}{ff} + \frac{(Axx+Mkk)du}{ff} = Adx\sin\frac{s}{f} + \frac{ds}{f}(Ax+Mg)\cos\frac{s}{f},$$

Si igitur corpus non esset in tubo inclusum post tempusculum $dt$, tubus teneret situm $a\nu b$ et corpus foret in $r$; quamobrem vis erit concipienda in tubum normaliter agens, quae tempusculo $dt$ tubum et corpus ad se mutuo adducat. Ponatur haec vis tantisper $=P$, quae corpus in directione $rm$ urgendo tempusculo $dt$ promoveat in $\omega$, (Fig. 149) tubum vero in directione $mr$ sollicitando perducat in situm $\alpha\pi\beta$, ita ut corpus in punctum tubi $\omega$ reducatur. Cum igitur vis acceleratrix corporis $A$ in $r$ sit $=\frac{P}{A}$, erit spatiolum $r\omega=\frac{Pdt^2}{4A}$. Ad motum autem tubi hinc oriundum definiendum multiplicentur singulae tubi partes per quadrata distantiarum ab axe $O$, circa quem mobiles existunt, sit horum productorum omnium summa $=Mkk$, vis autem $P$, quae etiam in puncto $\nu$ applicata concipi potest, momentum respectu axis $O$ erit $=Px$, unde oritur vis acceleratrix tubi in puncto $\nu=\frac{Pxz}{Mkk}$, a qua punctum $\nu$ traducetur in $\pi$, ut sit $\nu\pi=\frac{Pxzdt^2}{4Mkk}$; ex $\nu$ in tangentem

$\vartheta\pi\varphi$ demittatur perpendiculum $\nu\varrho$, erit $\pi\varrho = \frac{Pxydt^2}{4Mkk}$ et $\nu\varrho = \frac{Pxxdt^2}{4Mkk}$. Ipsi $\nu\varrho$ autem aequalis erit $m\omega$, unde cum sit $m\omega + r\omega = rm$, fiet

$$\frac{Pxxdt^2}{4Mkk} + \frac{Pdt^2}{4A} = mr, \quad \text{ideoque} \quad P = \frac{4AMkk}{(Axx+Mkk)dt^2}\cdot mr = \frac{AMkk}{Axx+Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right);$$

quae vis praebet pressionem, quam corpus in tubum secundum directionem normalis $MP$ exerit. Ab hac igitur restitutione tubus magis acceleratur, dum ultra $a\nu b$ in situm $\alpha\pi\beta$ perducitur; atque haec acceleratio tanta est, quanta proficisceretur a vi acceleratrice in distantia $f$ a polo $O$ urgente

$$= \frac{Pfx}{Mkk} = \frac{Afx}{Axx+Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right).$$

Quare si tubi punctum intervallo $f$ a polo $O$ distans tempusculo $dt$ circa $O$ conficiat arculum $= d\sigma$, erit

$$du = Sd\sigma + \frac{Afxd\sigma}{Axx+Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right).$$

Deinde quia corpus post tempusculum $dt$ in puncto tubi $\omega$ reperitur, spatium adhuc majus quam $\nu m$ interea in tubo conficiat necesse est, spatium scilicet $\pi\varrho\omega$, quod illud superat particula

$$\pi\varrho = \frac{Pxydt^2}{4Mkk},$$

quae producitur a vi acceleratrice

$$= \frac{Pxy}{Mkk} = \frac{Axy}{Axx+Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right).$$

Jam ante autem accelerationem est passum, eo quod spatium $\nu m$ majus erat quam $ML$ particula

$$\frac{Sydt^2}{4f} + \frac{uxdt^2}{2ff}, \text{ quae nascitur a vi acceleratrice } \frac{Sy}{f} + \frac{2ux}{ff}.$$

Consequenter si corpus tempusculo $dt$ in tubo percurrat spatiolum $ds$, erit

$$dv = Tds + \frac{Syds}{f} + \frac{2uxds}{ff} + \frac{Axyds}{Axx+Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right),$$

unde ob $ds = \frac{zdz}{x}$ evenit

$$dv = \frac{Tzdz}{x} + \frac{Syzdz}{fx} + \frac{2uzdz}{ff} + \frac{Ayzdz}{Axx+Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right),$$

et quia spatiola $ds$ et $d\sigma$ eodem tempusculo $dt$ percurruntur, erit $\frac{ds}{\sqrt{v}} = \frac{d\sigma}{\sqrt{u}}$. Quare cum ex duabus aequationibus inventis definiantur $v$ et $u$, motus tam tubi quam corporis in eo inclusi cognoscetur. Q. E. I.

10. **Coroll. 1.** Vis viva tubi in hoc situ est $= \frac{Mkk}{ff}u$; altitudo autem celeritati corporis in $M$ verae debita reperitur $= v - \frac{2y\sqrt{vu}}{f} + \frac{zzu}{ff}$, unde vis viva corporis in tubo insiti erit

$$= A\left(v - \frac{2y\sqrt{vu}}{f} + \frac{zzu}{ff}\right);$$

hinc vis viva totalis tubi et corporis est $= \frac{Mkku}{ff} + Av - \frac{2Ay\sqrt{vu}}{f} + \frac{Azzu}{ff}$

11. **Coroll. 2.** Ponatur altitudo debita celeritati corporis verae $= w$, erit

$$w = v - \frac{2y\sqrt{vu}}{f} + \frac{zzu}{ff};$$

seu ob $zz = xx + yy$ erit

$$w - \frac{xxu}{ff} = v - \frac{2y\sqrt{vu}}{f} + \frac{yyu}{ff} = \left(\sqrt{v} - \frac{y\sqrt{u}}{f}\right)^2,$$

unde fit $\sqrt{v} = \frac{y\sqrt{u}}{f} + \sqrt{\left(w - \frac{xxu}{ff}\right)}$.

12. **Coroll. 3.** Cum sit $w = v - \frac{2y\sqrt{vu}}{f} + \frac{zzu}{ff}$, erit

$$dw = dv - \frac{2dy\sqrt{vu}}{f} - \frac{ydv\sqrt{u}}{f\sqrt{v}} - \frac{ydu\sqrt{v}}{f\sqrt{u}} + \frac{2zudz}{ff} + \frac{zzdu}{ff}.$$

At est $r = \frac{zdz}{dy}$; unde erit $dy = \frac{zdz}{r}$, ex quo habetur

$$dw = dv - \frac{2zdz\sqrt{vu}}{fr} - \frac{ydv\sqrt{u}}{f\sqrt{v}} - \frac{ydu\sqrt{v}}{f\sqrt{u}} + \frac{2uzdz}{ff} + \frac{zzdu}{ff}.$$

13. **Coroll. 4.** Quia est $ds = \frac{zdz}{x}$ et $d\sigma = \frac{ds\sqrt{u}}{\sqrt{v}}$, erit $d\sigma = \frac{zdz\sqrt{u}}{x\sqrt{v}}$. Ponatur brevitatis gratia

$$Q = \frac{Aff}{Axx + Mkk}\left(N + \frac{2v}{r} - \frac{Sx}{f} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f}\right); \text{ erit}$$

$$dv = \frac{Tzdz}{x} + \frac{Syzdz}{fx} + \frac{2uzdz}{ff} + \frac{Qyzdz}{ff};$$

$$\text{et} \quad du = \frac{Szdz\sqrt{u}}{x\sqrt{v}} + \frac{Qzdz\sqrt{u}}{f\sqrt{v}}.$$

Pressio vero, quam tubus sustinet in directione normali $MP$, erit $= \frac{Mkk}{ff}Q$.

14. **Coroll. 5.** Si isti valores in expressione differentialis $dw$ substituantur, obtinebitur sequens expressio

$$dw = \frac{Tzdz}{x} + \frac{Syzdz}{fx} + \frac{2uzdz}{ff} + \frac{Qyzdz}{ff} - \frac{2zdz\sqrt{vu}}{fr} - \frac{Tyzdz\sqrt{u}}{fx\sqrt{v}} - \frac{Syyzdz\sqrt{u}}{ffx\sqrt{v}} - \frac{2uyzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} - \frac{Qyyzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}}$$
$$- \frac{Syzdz}{fx} - \frac{Qyzdz}{ff} + \frac{2uzdz}{ff} + \frac{Sz^3dz\sqrt{u}}{ffx\sqrt{v}} + \frac{Qz^3dz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}}.$$

Qua reducta obtinebitur

$$dw = \frac{Tzdz}{x}\left(1 - \frac{y\sqrt{u}}{f\sqrt{v}}\right) + \frac{4uzdz}{ff} - \frac{2uyzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} + \frac{Sxzdz\sqrt{u}}{ff\sqrt{v}} - \frac{2zdz\sqrt{vu}}{fr} + \frac{Qxxzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}}.$$

15. **Coroll. 6.** Quia est vis viva totalis $= \frac{Mkku}{ff} + Aw$, erit incrementum vis vivae

$$Adw + \frac{Mkkdu}{ff} = \frac{ATzdz}{x}\left(1 - \frac{y\sqrt{u}}{f\sqrt{v}}\right) + \frac{4Auzdz}{ff} - \frac{2Auyzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} - \frac{2Azdz\sqrt{vu}}{fr} + \frac{ASxzdz\sqrt{u}}{ff\sqrt{v}} + \frac{AQxxzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}}$$
$$+ \frac{MSkkzdz\sqrt{u}}{ffx\sqrt{v}} + \frac{MQkkzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}}.$$

Est vero $\frac{AQxxzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} + \frac{MQkkzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} = (Axx + Mkk)Q\frac{zdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} = \frac{ANzdz\sqrt{u}}{f\sqrt{v}} + \frac{2Azdz\sqrt{vu}}{fr} - \frac{ASx'zdz\sqrt{u}}{ff\sqrt{v}}$

$$+ \frac{2Auyzdz\sqrt{u}}{f^3\sqrt{v}} - \frac{4Auzdz}{ff}.$$

Quamobrem erit incrementum vis vivae

$$Adw + \frac{Mkkdu}{ff} = \frac{ATzdz}{x} - \frac{ATyzdz\sqrt{u}}{fx\sqrt{v}} + \frac{ANzdz\sqrt{u}}{f\sqrt{v}} + \frac{MSkkzdz\sqrt{u}}{ffx\sqrt{v}}.$$

16. **Coroll. 7.** Si ex aequationibus elementa $dv$ et $du$ exprimentibus eliminetur $Q$, erit

$$dv = \frac{Tzdz}{x} + \frac{2uzdz}{ff} + \frac{ydu\sqrt{v}}{f\sqrt{u}}.$$

17. **Coroll. 8.** Sit $\frac{\sqrt{u}}{\sqrt{v}} = t$ erit

$$dt = \frac{du}{2\sqrt{uv}} - \frac{dv\sqrt{u}}{2v\sqrt{v}} = \frac{Szdz}{2xv} + \frac{Qzdz}{2fv} - \frac{Tzdz\sqrt{u}}{2xv\sqrt{v}} - \frac{Syzdz\sqrt{u}}{2fxv\sqrt{v}} - \frac{uzdz\sqrt{u}}{ffv\sqrt{v}} - \frac{Qyzdz\sqrt{u}}{2ffv\sqrt{v}}.$$

18. **Exemplum.** Evanescant omnes vires sollicitantes $T$, $N$ et $S$, erit

$$Adw + \frac{Mkkdu}{ff} = 0; \quad \text{et} \quad Aw + \frac{Mkku}{ff} = C = Ac,$$

unde fit

$$w = v - \frac{2y\sqrt{vu}}{f} + \frac{zzu}{ff} = c - \frac{Mkku}{Aff},$$

ergo $\quad \sqrt{v} = \frac{y\sqrt{u}}{f} + \sqrt{\left(c - \frac{xxu}{ff} - \frac{Mkku}{Aff}\right)} \quad$ et $\quad \frac{1}{\sqrt{u}} = \dfrac{\frac{y\sqrt{u}}{f} - \sqrt{\left(c - \frac{xxu}{ff} - \frac{Mkku}{Aff}\right)}}{\frac{zzu}{ff} - c + \frac{Mkku}{Aff}}.$

Ex his fit

$$\frac{du\sqrt{v}}{\sqrt{u}} = \frac{ydu}{f} + \frac{du}{\sqrt{u}}\sqrt{\left(c - \frac{xxu}{ff} - \frac{Mkku}{Aff}\right)} = \frac{Qzdz}{f},$$

at est

$$Q = \frac{2v}{r} + \frac{2uy}{ff} - \frac{4\sqrt{vu}}{f} = \frac{2(yy-xx)u}{ffr} + \frac{2c}{r} - \frac{2Mkku}{Affr} + \frac{4y}{fr}\sqrt{\left(cu - \frac{xxuu}{ff} - \frac{Mkkuu}{Aff}\right)} - \frac{2uy}{ff}$$

$$- \frac{4}{f}\sqrt{\left(cu - \frac{xxuu}{ff} - \frac{Mkkuu}{Aff}\right)}.$$

Cum igitur sit $OM = O\mu = z$; $OT = y$; $\mu T = x$; sit $OS = Os = f$; $Cs = q$, erit $Ss = dq$; at $S\sigma = d\sigma$ et $m\mu = ds$; erit $\mu n = \frac{yds}{z}$, et $s\sigma = d\sigma - dq$; unde

$$f : z = d\sigma - dq : \frac{yds}{z} \quad \text{et} \quad \frac{fyds}{zz} = d\sigma - dq,$$

ergo $\quad dq = d\sigma - \frac{fyds}{zz} = \frac{zdz\sqrt{u}}{x\sqrt{v}} - \frac{fydz}{xz}, \quad$ ob $\quad \frac{d\sigma}{ds} = \frac{\sqrt{u}}{\sqrt{v}},$

ergo $\frac{v}{u} = \frac{ds^2}{d\sigma^2}$; hinc $v = \frac{uds^2}{d\sigma^2}$ et $C = u\left(\frac{Ads^2}{d\sigma^2} - \frac{2Ayds}{fd\sigma} + \frac{Azz}{ff} + \frac{Mkk}{ff}\right)$ at $ds = \frac{zdz}{x}$;

sit $a\sigma = p$, erit $z : y = ds : \frac{z}{f}dp$, ergo $yds = \frac{yzdz}{x} = \frac{zzdp}{f}$, et $\frac{y}{x} = \frac{zdp}{fdz}$: hinc $d\sigma = dq + dp$.

At ex superiori aequatione est

$$\frac{ydu}{f} + \frac{du}{\sqrt{u}}\sqrt{\left(c - \frac{zzu}{ff} + \frac{yyu}{ff} - \frac{Mkku}{Aff}\right)} =$$

$$\frac{2(2yy - zz)udy}{f^3} + \frac{2cdy}{f} - \frac{2uyzdz}{f^3} - \frac{2Mkkudy}{Af^3} + \frac{4(ydy - zdz)}{ff}\sqrt{\left(cu - \frac{zzu}{ff} + \frac{yyu}{ff} - \frac{Mkkuu}{Aff}\right)}.$$

Porro erit $\frac{Mkk\sqrt{u}}{f} + \frac{Azz\sqrt{u}}{f} - Ay\sqrt{v} = Af\sqrt{b}$.

19. **Coroll. 9.** Si quantitas motus rotatorii ubique per distantiam a polo multiplicetur, et summa omnium productorum vocetur momentum motus rotatorii: erit casu generaliter pertractato momentum motus rotatorii

$$= \frac{Mkk\sqrt{u}}{f} + \frac{Azz\sqrt{u}}{f} - Ay\sqrt{v}.$$

20. **Coroll. 10.** Differentiale autem hujus momenti motus rotatorii erit

$$d\left(\frac{Mkk\sqrt{u}}{f} + \frac{Azz\sqrt{u}}{f} - Ay\sqrt{v}\right) = \frac{MSkkzdz}{2fx\sqrt{v}} - \frac{ATyzdz}{2x\sqrt{v}} + \frac{ANzdz}{2\sqrt{v}}.$$

21. **Coroll. 11.** Sit $\frac{Mkku}{ff} + Av - \frac{2Ay\sqrt{vu}}{f} + \frac{Azzu}{ff} = V$ et $\frac{Mkk\sqrt{u}}{f} + \frac{Azz\sqrt{u}}{f} - Ay\sqrt{v} = R$, erit

$$dV = \frac{ATzdz}{x} - \frac{ATyzdz\sqrt{u}}{fx\sqrt{v}} + \frac{ANzdz\sqrt{u}}{f\sqrt{v}} + \frac{MSkkzdz\sqrt{u}}{ffx\sqrt{v}} \quad \text{et} \quad dR = \frac{ANzdz}{2\sqrt{v}} - \frac{ATyzdz}{2x\sqrt{v}} + \frac{MSkkzdz}{2fx\sqrt{v}}.$$

Ex illis autem aequationibus definiuntur $u$ et $v$.

22. **Coroll. 12.** (Fig. 150.) Sin autem sit $CS = q$, $Ss = dq$, $OM = z$, quia ob curvam $AM$ cognitam dantur $y$ et $x$ per $z$; erit

$$dq = \frac{zdz\sqrt{u}}{x\sqrt{v}} - \frac{fydz}{xz},$$

in qua si substituantur loco $v$ et $u$ valores inventi, reperietur aequatio pro curva $DM$, quam corpus describit.

23. **Coroll. 13.** Erit autem $\frac{V}{RR} = \frac{Mkku + Affv - 2Afy\sqrt{vu} + Azzu}{(Mkk + Azz)^2u - 2Afy(Mkk + Azz)\sqrt{vu} + A^2ffyyv}$,

sit $E = Mkk + Azz$, $s = \frac{\sqrt{u}}{\sqrt{v}}$ et $\frac{V}{RR} = F$, erit

$$FE^2 ss - 2AFEfys + AFffyy = Ess - 2Afys + Aff,$$

ergo
$$ss = \frac{2AFEfys - 2Afys - AFffyy + Aff}{FE^2 - E}$$

et
$$s = \frac{\sqrt{u}}{\sqrt{v}} = \frac{AFEfy - Afy \pm \sqrt{(A^2 FEffyy + A^2 ffyy + AFE^2 ff - AEff)}}{FE^2 - E}.$$

24. **Coroll. 14.** Restitutis ergo valoribus loco $E$ et $F$ reperietur

$$\frac{\sqrt{u}}{\sqrt{v}} = \frac{Afy + Rf\sqrt{\dfrac{A(Mkk + Axx)}{V(Mkk + Azz) - RR}}}{Mkk + Azz}.$$

Posito vero $\frac{\sqrt{u}}{\sqrt{v}} = s$ erit $(Mkk + Azz)s\sqrt{v} - Afy\sqrt{v} = R$

$$\text{et} \quad \sqrt{v} = \frac{R}{(Mkk + Azz)s - Afy} = \frac{1}{f}\sqrt{\frac{V(Mkk + Azz) - RR}{A(Mkk + Axx)}},$$

ergo
$$\sqrt{u} = \frac{R + Ay\sqrt{\dfrac{V(Mkk + Azz) - RR}{A(Mkk + Axx)}}}{Mkk + Azz}.$$

# VIII.

## Recensio litterarum a Cl. D. Bernoullio Basilea die 26 Oct. 1735 ad me datarum, una cum annotationibus meis.

---

Omnes sane Geometrae, sicut nos, ex ea re luctum percepere, quod gravissimi epistolarum commercii, quas per triginta annos Eulerum et Danielem Bernoullium sibi mutuas misisse constat, non nisi pars altera a nobis edi potuit, frustra enixis, ut ipsius Euleri epistolas ad celeberrimum urbis Basileae Mathematicum missas detegeremus. Persuasum vero nobis est, lectores eo laetius commentatiunculam Eulerianam accepturos esse, de re saepius utrinque examinata, i. e. de laminarum elasticarum oscillationibus tractantem, cujus elaborandae epistola Bernoulliana, die 26 Oct. A. 1735 scripta, Eulero occasionem praebuerat. Meditationes, quas commentatio exhibet, etiam responsi Euleriani materiem fuisse, conjicimus. Sed commentatio, quam damus, ut lectores videbunt, non est epistola, sed inscriptionem offert ipsius Euleri manu appositam, qualem citavimus. Epistola Bernoulliana in collectionis nostrae (*Correspondance*) Vol. II pp. 427 ad 430 typis expressa legitur, cujus vero eas partes, quas Recensio Euleriana spectat, hoc loco iterum typis describere idoneum duximus:

— — «Ich schreite nun zu den Mathematicis. Ew. Observationen *de vibrationibus laminae elasticae* «kommen mit meinen überein. Das Notabelste, so dabei auszurechnen, ist dieses: (Fig. 151) *Data* «*longitudine laminae elasticae* AD *vel* AB, *dato ejus pondere*, *dataque distantia* DB *appenso ponderi debita*, «*cujus ope elasticitas habetur*, *invenire numerum absolutum vibrationum pro dato tempore*. Ich erwarte «Ew. mathematischen Brief mit grossem Verlangen. Occasione des Hn. König's problematum, habe «ich die leges motuum a percussione, quando directio impulsus non per centrum gravitatis transit, «generalissime solviret. Mein Vater ist über diesen Punkt nicht meiner Meinung, und hat eine «andere Solution: ich glaube aber, dass er die Sach nur obiter betrachtet, denn ich bin in meiner «Solution gewiss. Ew. sagen mir von den oscillationibus einer Wiege; ich habe solche auch aus«gerechnet, nämlich deren Durationen, quando sunt infinite parvae. Meine Solution ist diese: «(Fig. 151) Sit $ACB$ pavimentum horizontale, cui se applicat arcus $DCE$, utcunque gravis et one«ratus; sit centrum gravitatis totius systematis in $R$, ducatur verticalis $CRF$; sit $F$ centrum oscil-

«lationis pro puncto suspensionis $C$; sit radius osculi in $C = R$, $CR = b$, $CF = \beta$: erit longitudo «penduli isochroni cum vibrationibus arcus $DCE = \frac{\beta b}{R-b}$.

«Neulich hat mich ein fremder Gelehrter gebeten zu untersuchen, wie viel Wasser ungefähr «in einer Secunde den Rhein hinunterlaufe; da ich gefunden, dass eins ins andere gerechnet, man «15000 cubische Schuh rechnen könne.

«Es ist wieder ein tomus von den Pariser Mémoires herausgekommen, aber von mathematicis, «physicis und mechanicis wenig darin; wenn Sie belieben, kann ich Ihnen eine kleine Recension «davon schicken. Der Hr. Bouguer und der Hr. Maupertius haben einige Sachen darin von courbes «de poursuite, welche nämlich ein Schiff beschreibt, wenn es allezeit grad los läuft auf ein ander «Schiff, so in einer geraden Linie geht velocitatibus utrobique constantibus. Man könnte über diese «Materie viel problemata erdenken. — — —

*Editores.*

---

Jam pridem D. Bernoullius mihi proposuit problema de oscillationibus laminae elasticae, altero termino muro infixae determinandis; cujus problematis solutionem quoque nuper in dissertatione de minimis oscillationibus cujusque generis corporum fuse sum persecutus (*). Perscripsi etiam jam ante aliquot menses solutionem meam Cl. D. Bernoullio, qui in his litteris mihi significat meam solutionem cum sua egregie convenire. Proponit mihi autem de eadem materia hanc novam quaestionem, ut ipse oscillationum numerus, quas data lamina dato tempore sit editura, definiatur. Pendet vero, uti ego etiam in citata dissertatione ostendi, celeritas oscillationum tum a longitudine laminae, tum a quantitate elasticitatis. Quamobrem ad hanc quaestionem resolvendam requiritur, ut certo quodam experimento quantitas elasticitatis determinetur. Ipse igitur D. Bernoulli mecum communicat eandem, qua ipse utitur, elasticitates metiendi rationem, quo eo facilius de consensu nostrarum solutionum constet. Eandem laminam (Fig. 151) $Ba$ muro in $B$ infixam, cujus oscillationum numerus desideratur, ope ponderis $Q$ ex situ naturali $Ba$ in statum $BA$ deduci jubet, et tum observari distantiam $Aa$. Datis enim pondere $Q$ et distantia $Aa$ una cum longitudine laminae $BA$, quantitas elasticitatis inde determinatur. Assumsi ego vero in dissertatione mea litteram $A$ ad absolutam elasticitatis quantitatem exprimendam, et laminae incurvatae vim elasticam in singulis punctis posui aequalem ipsi $\frac{A}{r}$, denotante $r$ radium osculi in quovis loco. Posita vero longitudine laminae $= a$, inveni in cit. loco laminae hujus oscillationes minimas isochronas fore cum oscillationibus penduli simplicis, cujus longitudo sit $= \frac{2a^4}{25A}$. Quocirca quo ista longitudo absolute determinetur, oportet quantitatem $A$ ex supra posito experimento per $Aa$ et pondus $Q$ determinare.

Quia lamina nostra $Ba$ a pondere $Q$ in statum aequilibrii est deducta, curva $BMA$ erit elastica, cujus naturam per eadem data investigari oportet. Ducta applicata $PM = y$, sit abscissa $Pa = x$ et curva $AM = s$, itemque radius osculi in $M = r$, qui est $= -\frac{ds\,dy}{ddx}$ vel $\frac{ds\,dx}{ddy}$, posito $ds$ constante. Erit ergo vis elastica in $M$ meo exprimendi modo, quo in ipso problemate sum usus, $= \frac{A}{r} = \frac{Addy}{dx\,ds}$, quae per generale meum theorema aequalis esse debet $Qx$, unde prodit ista aequatio $\frac{Ady}{ds} = \frac{Qx^2}{2} + C$.

(*) Commentarii Acad. Petrop. T. VII. p. 99.

Incidente $M$ in $B$, quia lamina ibi est muro infixa, erit ibi $dx = ds$. Ponatur ergo $Ba = h$, erit $C = \frac{-Qh^2}{2}$, ipsa vero curva $AMB$ sit $= a$ longitudini laminae oscillantis. Habetur ergo ista aequatio $\frac{2A\,dy}{ds} = Qx^2 - Qh^2$. Sit distantia $Aa$, quae est data $= b$, debebit ista aequatio ita integrari, ut facto $x$ vel $s = 0$, fiat $y = b$. Deinde posito $y = 0$, seu $x = h$, fieri debet $s = a$, unde quantitas $A$ determinabitur, quae formula inventa substituta dabit veram penduli simplicis isochroni longitudinem. Prodibunt autem sequentes aequationes

$$dy = \frac{-dx\,(h^2 - x^2)}{\sqrt{\left(\frac{4A^2}{Q^2} - (h^2 - x^2)^2\right)}} \quad \text{et} \quad ds = \frac{\frac{2A}{Q}\,dx}{\sqrt{\left(\frac{4A^2}{Q^2} - (h^2 - x^2)^2\right)}}.$$

Posito $\frac{h^2 Q}{2A} = C$, si hae aequationes differentiales integrentur praescripto modo et post integrationem ponatur $x = h$, habebuntur per series sequentes aequationes

$$\frac{b}{h} = \frac{2}{1.3}C + \frac{4.6}{3.5.7}C^3 + \frac{6.8.10}{5.7.9.11}C^5 + \text{etc.}$$

$$\text{et} \quad \frac{a}{h} = 1 + \frac{4}{3.5}C^2 + \frac{6.8}{5.7.9}C^4 + \text{etc.}$$

Cum vero $h$ ex observatione aeque pro quantitate cognita haberi possit ac $a$ et $b$, ponamus eam datam, eritque proxime

$$C = \frac{h^2 Q}{2A} = \frac{3b}{2h} - \frac{81b^3}{70h^3} = \frac{105bh^2 - 81b^3}{70h^3}$$

ideoque $A = \frac{35h^5 Q}{105bh^2 - 81b^3}$. Sumsi autem in expressione penduli simplicis isochroni $\frac{2a^4}{25A}$ quantitatem $a$ tam pro pondere laminae oscillantis, quam pro longitudine laminae. Quo igitur pondus $Q$ cum pondere laminae comparari queat, pono pondus laminae $= P$, eritque longitudo penduli simplicis isochroni $= \frac{2a^3 P}{25A}$. Quamobrem quaesita longitudo penduli simplicis isochroni erit

$$= \frac{6a^3 bP(35h^2 - 27b^2)}{875h^5 Q}$$

quamproxime. Cum autem longitudo penduli simplicis singulis minutis secundis oscillantis sit $3166\,{}^1/_4$ scrupulorum pedis Rhenani, si longitudo laminae $a$ in hujusmodi scrupulis exhibeatur, dabit

$$\frac{667h^2\sqrt{hQ}}{a\sqrt{abP(35h^2 - 27b^2)}}$$

numerum oscillationum, quas ista lamina uno minuto secundo absolvet. Si ergo unico experimento investigetur, quousque laminam datum pondus $Q$ de situ verticali deducere valeat, ope hujus formulae cognoscetur statim numerus oscillationum, quas ista lamina oscillans uno minuto secundo absolvet. Haec quidem expressio, quam dedi, tantum est verae proxima; nihilo tamen minus ista solutio veram oscillationum determinationem continet, cum hinc simul intelligatur, a quibusnam quadraturis vera oscillationum duratio pendeat. Problema ergo isthoc Bernoullianum huc redit, ut experimento quopiam valor litterae $A$, qua elasticitatem absolutam designavi, definiatur, id, quod

ipsi per curvaturam laminae a dato pondere genitam explorare placuit. Mihi quidem loco hujusmodi experimenti commodius videtur valorem litterae $A$ per ipsum oscillationum numerum, qui observatione facile innotescere potest, determinare.

In litteris praeterea iisdem, in quibus Cl. Bernoullio solutionem meam problematis de vibrationibus laminae elasticae perscripsi, mentionem simul feci de oscillationibus corporum super plano vacillantium, cujusmodi est motus cunarum, cujus problematis solutionem quoque dedi in ante citata dissertatione mea. Ipse ergo Bernoullius in his litteris quoque suam hujus problematis solutionem exponit, et longitudinem penduli simplicis isochroni determinat ex radio osculi corporis in puncto contactus, quem ponit $= R$, distantia centri gravitatis totius corporis a puncto contactus, quam ponit $= b$, et praeterea ex distantia centri oscillationis corporis, si ex puncto contactus suspensum oscillationes perageret a puncto contactus, quam ponit $= \beta$, ex hisque invenit longitudinem penduli simplicis isochroni $= \frac{b\beta}{R-b}$. Haec expressio egregie congruit cum mea formula, quam § 27 dissertationis meae pro longitudine penduli simplicis isochroni dedi, ubi iisdem quantitatibus ad hanc determinationem sum usus.

Praeter haec mihi quoque Bernoullius nunciat, se rogatu cujusdam viri docti investigasse quantum aquae singulis minutis secundis a Rheno Basileae devehatur, seque invenisse hanc aquae copiam circiter 15000 pedes cubicos adaequare.

Novum etiam scribit prodiisse tomum commentariorum Academiae Parisinae, in quo autem perparum circa mathesin et physicam contineatur. Duarum tantum solutionum a Cll. Bouguero et Maupertuisio datarum mentionem facit ejusdem problematis, in quo via requiritur navis aequabiliter motae et cursum suum perpetuo versus aliam navim, in recta aequabiliter progredientem, dirigentis. Problema quidem hoc est mere geometricum, et facillime ad aequationem differentialem pro curva quaesita pervenitur, quae etiam nisi in casu, quo celeritates utriusque navis ponuntur aequales, semper integrationem admittit. Equidem memini me in idem hoc problema jam ante complures annos, cum Basileae adhuc degissem, incidere, hoc tantum discrimine, quod loco navium duos viatores consideraverim, et illo tempore solvere.



# IX.

## De oscillationibus annulorum elasticorum.

§ 1. (Fig. 154.) Si habeatur annulus $ADBEA$ elasticus, eique alicubi impetus imprimatur, mutabit is formam circularem, sed rursus, ob elasticitatem, se restituet, verum nimis, et ita oscillationes peraget. Hac dissertatione constitui oscillationes hasce persequi, et tempora earum ex legibus mechanicis determinare; quo facto, fundamenta quasi erunt jacta ad oscillationes campanarum pulsarum aliorumque corporum definiendas.

§ 2. Annulo hoc alicubi pulso, curvatura ibi minuetur, in alio loco augebitur, et ita figuram induet quamproxime ovalem. Sit (Fig. 155.) annulus $ADBE$, quem nunc tantum peripheria circuli indigito; is si in $A$ pulsetur, punctum $A$ abibit in $a$, et $B$ in $b$; puncta vero $D$ et $E$ in $d$ et $e$, eritque annuli figura tum $adbea$, quam habebo pro elliptica. Talis autem debet esse haec ellipsis, ut ejus peripheria circuli peripheriae aequetur; id quod fiet, si ejus axis transversus tantum superet diametrum circuli, quantum haec diameter superat axem conjugatum, in excursionibus nimirum quamminimis, ut $Aa$, $Bb$ pro infinite parvis haberi queant.

§ 3. Annulus hoc in situ constitutus, sicut chorda pulsa, se conabitur restituere, et quemadmodum ibi quaevis particula vi tendit in statum naturalem, quae est ut distantia ab eodem; simili modo in nostro casu res se habebit, ut, quo una particula longius distat a circulo, eo fortius ea tendat ad eundem. Sed prosequor haec accuratius, ut pateat, quanta vi singulae particulae sollicitentur.

§ 4. (Fig. 156.) Sit $AabB$ portio infinite parva annuli; consideretur ea bipartita linea $Ee$. Dum annulus pulsatur, acquirat haec portio majorem curvaturam, ut $AaebB$, sitque arcus $aeb$ aequalis in sup. fig. arcui $aeb$; tum ergo arcus $AB$ major erit sup. $AB$; quapropter particulae $AaeE$ et $BbeE$, quae erunt contiguae, nunc abibunt in $AaeE$ et $Bbe\varepsilon$, dehiscentes angulo $Ee\varepsilon$, qui hoc modo invenietur: Sit radius circuli $Ca = a$, in inferiore figura $ac = b$, sitque $Aa = c$ et $ab = ds$, erit in superiore figura $AEB = \frac{(a+c)ds}{a}$, in inferiore $AE\varepsilon B = \frac{(b+c)ds}{b}$, unde $E\varepsilon = \frac{(a-b)cds}{ab}$, ergo ang. $Ee\varepsilon = \frac{(a-b)ds}{ab}$.

§ 5. Ut conetur se restituere majoremque curvaturam induere, porro particulas $AaeE$ et $Bb\epsilon\varepsilon$ conjunctas esse filamentis elasticis, quae quo magis dilatentur, eo majorem habeant vim se contrahendi. Angulus ergo $Ee\varepsilon$ plenus est hujusmodi filamentis transversaliter dispositis, quae conantur latera $Ee$ et $\varepsilon e$ conjungere, et a vi horum filorum dependet cohaesio partium materiae, ex qua annulus est fabricatus. Sit haec cohaesio partium seu filamentorum vis tanta, ut (Fig. 157) series $FG=f$ et extensa ad $FJ=g$ possit pondus $P$ sustentare.

§ 6. (Fig. 157.) Sit ergo angulus $Ee\varepsilon$, in quo $Ee=c$ et $E\varepsilon=\frac{(a-b)cds}{ab}=dt$. Accipiatur $eM=x$ et $Mm=dx$, erit spatiolum $MmnN$ plenum filamentorum. Quaeritur ergo quanta vi $Mm$ ad $Nn$ trahatur. Hoc modo infero: Series filorum longitudinis $f$ sustentat pondus $P$; ergo longitudinis $dx$ sustentat pondus $\frac{Pdx}{f}$. Dein filamenta haec ad $g$ extensa sustentant pondus $\frac{Pdx}{f}$; ergo ad $Mn$ $(\frac{xdt}{c})$ extensa, pondus $\frac{Pxdxdt}{cfg}$. Ergo pondus in $E$ et $\varepsilon$ applicandum eadem vi coërcens latera $Ee$ et $\varepsilon e$, erit $\frac{Pxxdxdt}{ccfg}$. Consequenter pondus in $E$ et $\varepsilon$ applicandum, aequali vi coërcens latera $Ee$ et $\varepsilon e$ ac omnia filamenta simul, est

$$=\text{pond.}\ \frac{Pcdt}{3fg}=\frac{Pcc(a-b)ds}{3abfg}.$$

§ 7. Sit (Fig. 158) $M$ punctum ellipseos, in quam abit circulus in quo maxima curvatura, erit $CM$ semiaxis transversus, dicatur is $a+\omega$; erit semiaxis conjugatus $=a-\omega$, ergo radius osculi in $M=\frac{aa-2a\omega+\omega\omega}{a+\omega}$. Descendat $M$ in $m$, ut sit $Mm=dz$; erit tum $Cm=a+\omega-dz$, et radius osculi in $m=\frac{(a-\omega+dz)^2}{a+\omega-dz}$. Quod ergo ante erat $E\varepsilon=\frac{(a-b)cds}{ab}$, nunc habetur, si loco $b$ substituatur $\frac{(a-\omega)^2}{a+\omega}$, pro $M$; sed pro $m$, si fiat $b=\frac{(a-\omega+dz)^2}{a+\omega-dz}$. Quaeratur ergo differentia inter $E\varepsilon$ ad $M$ et $E\varepsilon$ ad $m$ pertinens, et ea invenitur $=\frac{(a+3\omega)cdzds}{(a-\omega)^3}$. Inveniatur jam vis, $M$ directe ad $C$ trahens et aequipollens vi, qua elementa coarctantur; sit illa $=Q$; oportet ut sit $Qdz=$ illi vi ductae in $\frac{(a+3\omega)cdzds}{(a-\omega)^3}$. Est autem illa vis $=\frac{Pcc(a-b)ds}{3abfg}$, et $b=\frac{(a-\omega)^2}{a+\omega}$, ergo

$$a-b=\frac{3a\omega-\omega\omega}{a+\omega}.$$

Cum autem $\omega$ sit infinite parvum respectu $a$, erit $b=a$ et $a-b=3\omega$, ut ergo sit

$$Qdz=\frac{Pcc\omega ds}{aafg}\cdot\frac{cdzds}{aa},\quad\text{consequenter}\quad Q=\frac{Pc^3\omega ds^2}{a^4fg}.$$

§ 8. Haec autem vis se exerit in elementum annuli $AabB$ (vid. fig. § 4), quod est $cds$, et istud elementum oscillationes efficiet, dum reliqua elementa, a similibus potentiis, quae semper sunt ut distantia a statu aequilibrii sollicitata, oscillationes eodem tempore peragunt. Requiritur vero pondus elementi $cds$. Cum autem mera superficies nullum pondus habere queat, et crassities nondum in computum sit ducta, pono crassitiem tam annuli, quam (§ 5) fasciculi filorum $FJHG$ esse $=1$, id quod calculum hucusque institutum non mutabit. Sit ergo materia annuli talis, ut moles $e^3$ ponderet $A$, erit pondus elementi $cds=\frac{Acds}{e^3}$.

§ 9. Incipiat ergo hoc elementum oscillationem (Fig. 159) a puncto $C$, sitque status aequilibrii in $A$, pervenerit illud in $M$, sitque ibi velocitas tanta, quanta ex altitudine $v$ acquiri potest. Sit $MA = \omega$, et $Mm = -d\omega$. Altitudo ea, velocitatem in $m$ producere valens $v + dv$ fiat ut $\frac{Aeds}{e^3} : -d\omega = \frac{Pc^3\omega ds^2}{a^4 fg} : dv$, erit ergo

$$dv = \frac{-Pc^2e^3\omega\, d\omega\, ds}{Aa^4 fg}.$$

Quamobrem longitudo penduli isochroni erit $= \frac{Aa^4 fg}{Pc^2e^3 ds}$. Unde sequitur, ob $ds$ in denominatore, has oscillationes fore infinitae durationis. Quod etiam revera ita se haberet, si tenacitas talis esset, ut pondus $P$ posset dictum § 5 fasciculum filamentorum ad distantiam $g$ finitam extendere. Sit ergo haec distantia $g$ infinite parva et $= ds$; erit longitudo penduli isochroni $= \frac{Aa^4 f}{Pcce^3}$. Ne autem fasciculus filorum eandem habeat crassitiem cum annulo, pono illius crassitiem esse $= h$, posseque dein sustentare pondus $B$; erit $P = \frac{B}{h}$; unde longitudo penduli isochroni $= \frac{Aa^4 fh}{Bcce^3}$.

§ 10. Cum in hac penduli expressione, quia est homogenea, amplius non contineatur unitas exprimens crassitiem annuli, unde conficitur, oscillationes non a crassitie dependere, sed omnes annulos ejusdem materiae et ejusdem diametri $a$, et in quibus $e$ idem est, quantumvis ii sint crassi, easdem edere oscillationes. Quanquam autem id in tubis longioribus et angustis minus apparet, attribui id oportet ei, quod tum sonos edant, seu oscillationes conficiant non quatenus sunt ex annulis compositi, sed ut omnia fere corpora pulsa sonos edunt, ita et ii sonos edent, non a dictis circumstantiis dependentes, sed quatenus fere sint cylindri, in quibus ad soni productionem longitudo aliquid facit; sonus autem horum plane diversus est a sono eo, quo expositum est modo producto.

§ 11. Tempora ergo oscillationum sunt ut $\sqrt{\frac{Aa^4 fg}{Bcce^3}}$, seu ut $\frac{aa}{c}\sqrt{\frac{Afg}{Be^3}}$, et soni ut $\frac{c}{aa}\sqrt{\frac{Be^3}{Afg}}$. In annulis ergo ejusdem materiae, ubi $A$, $B$, $f$, $e$ et $g$ eaedem manent, soni sunt ut $\frac{c}{aa}$, nempe in ratione simplici distantiae peripheriae exterioris ab interiore, et reciproca duplicata radii peripheriae interioris. Unde in annulis similibus, in quibus $c$ est ut $a$, soni sunt reciproce ut diametri annulorum, seu in ratione subtriplicata ponderum. Hinc excipio casum, quo $a$ valde est parvum, vel plane evanescit, et proin annulus abit in discum, qui sonum infinite acutum edere deberet; sed tum sonum non edit, quatenus est annulus, sed ut corpus quodlibet aliud. Sonus vero hic, ut facile patet, valde discrepat a sono, ab annulo exposito modo oscillante edito.

*Scriptura ad marginem cum fig.* 160. Ergo quo campana tota eundem sonum edat, debet esse $Mm$ ut $PM^2$.



## X.

# Von der Kraft der Rammen, Pfähle einzuschlagen.

(Conv. acad. exhib. d. 18 Maii 1772.)

---

1. Zuerst ist zu betrachten der Hammer selbst, dessen Gewicht gesetzt wird $= P$, und die Höhe, aus welcher er herabfällt bis zu dem Stosse, sei $= a$; also, dass seine Geschwindigkeit in einer Secunde betragen wird $2\sqrt{ga}$, wo $g$ die Höhe bedeutet, aus der ein Körper in einer Secunde fällt. Der Kürze halber aber sei diese Geschwindigkeit $= c$, so dass $c = 2\sqrt{ga}$.

2. Um sich den Stoss und die Wirkung desselben auf den Pfahl deutlich vorzustellen, so soll der Hammer nicht unmittelbar auf den Pfahl stossen, sondern es soll sich dazwischen ein Elastrum, gleichsam als ein Kissen auf dem Pfahl befinden, also, dass der Stoss nicht anders, als durch dieses Kissen auf den Pfahl wirkt.

3. Im ersten Anfang sei die Dicke dieses Elastri $= \alpha$, in welchem Zustande dasselbe keinen Widerstand leistet; sobald aber dasselbe auch nur ein wenig zusammengedrückt wird, so soll sich eine elastische Kraft äussern, um dasselbe wieder in seinen natürlichen Zustand zu versetzen.

4. Dieses Kissen dienet dazu, um uns die Wirkung des Hammers auf den Pfahl, wodurch derselbe die Theilchen des Holzes zusammendrückt, auf eine bestimmtere Art zu versinnlichen.

5. Man kann sich auch statt dieses Kissens, eines mit Luft angefüllten Gefässes bedienen, auf dessen Deckel der Hammer stösst und denselben näher gegen den Boden treibet; wodurch die Luft in einen kleineren Raum zusammengedrückt wird, und also eine desto grössere Kraft ausübet. Demnach wird $\alpha$ die Höhe dieses Gefässes andeuten, wo sich die Luft noch in ihrem natürlichen Zustande befindet. Hierdurch erhalten wir nun eine Regel, nach welcher diese widerstehende Kraft bequem ausgedrückt werden kann.

6. Denn ist entweder das Kissen näher zusammengepresst, oder der Deckel des Gefässes näher gegen den Boden gedrückt worden, so dass die Dicke desselben $= y$, und also kleiner als $\alpha$ geworden, so wird sich die Dichtigkeit der nun zusammengepressten Luft verhalten wie $\alpha : y$, und also die Dichtigkeit sein $= \frac{\alpha}{y}$, und um eben soviel grösser wird auch die elastische Kraft der Luft

sein, wovon aber der Druck der natürlichen Luft abgezogen werden muss; weswegen der gegenwärtige Druck proportional sein wird dieser Formel: $\frac{\alpha-y}{y}$. Man setze demnach diese widerstehende Kraft $=A\cdot\frac{\alpha-y}{y}$.

7. Aus dieser Formel erhellet, dass, wenn $y=\alpha$, und also das Kissen in seinem natürlichen Zustande sich befindet, diese Kraft $=0$ werde; dieselbe aber um so viel grösser anwachse, je kleiner $y$ wird; so dass wenn $y=0$ werden sollte, die Kraft sogar unendlich sein würde; wodurch also die ungeheure Kraft des Stosses auf eine verständliche Art wird erklärt werden können.

8. Was den Pfahl selbst betrifft, so ist nicht nur die Masse desselben, welche $=M$, zu erwägen, sondern insbesondere der grosse Widerstand, welchen derselbe antrifft, indem er in die Erde geschlagen wird. Wir wollen denselben durch den Buchstaben $Q$ andeuten, wodurch diejenige Kraft ausgedrückt wird, welche dem Pfahl widersteht, sobald er weiter in die Erde getrieben wird. Daher so lang die stossende Kraft des Hammers kleiner ist als dieser Widerstand, so lang bleibt der Pfahl unbeweglich.

9. Dieses vorausgesetzt, lasset uns betrachten, wie sich Alles nach einer Zeit von $t$ Secunden verhalten werde. Alsdann sei nun der Hammer von $A$ bis $X$ (Fig. 161) gekommen, also dass $AX=x$, und die Dicke des Gefässes sei nun $XY=y$, und folglich die Kraft desselben $=A\cdot\frac{\alpha-y}{y}$, wodurch dasselbe theils dem Hammer widersteht, theils den Pfahl hinabzudrücken sich bemühet.

10. Da im Anfang das obere Ende des Pfahles in $B$ war, also, dass $AB=\alpha$, nun aber dasselbe sich in $Y$ befindet, so ist der Raum, durch den der Pfahl schon fortgetrieben worden, $BY=x+y-\alpha$; wobei aber zu merken, dass anfänglich, so lange die Kraft des Hammers den Widerstand des Pfahles $Q$ nicht zu überwinden vermögend ist, der Pfahl noch nicht weicht. So lange also wird $BY=0$ bleiben und mithin $y=\alpha-x$.

11. Nun lasst uns, nach den Grundsätzen der Bewegung, erstlich die Bewegung des Hammers bestimmen. Da nun derselbe, in der Zeit $t$, durch den Raum $AX=x$ fortgerückt ist, so ist seine Geschwindigkeit $=\frac{dx}{dt}$, und also die Beschleunigung $=\frac{ddx}{dt^2}$. Nun aber ist die forttreibende Kraft des Hammers seine Schwere $=P$, die widerstehende Kraft aber $=A\cdot\frac{\alpha-y}{y}$, folglich die Kraft selbst $=P-A\cdot\frac{\alpha-y}{y}$. Da nun die Masse des Hammers auch $=P$, so bekommt man

$$\frac{ddx}{dt^2}=2g\left(1-\frac{A}{P}\cdot\frac{\alpha-y}{y}\right),$$

aus welcher die Bewegung des Hammers zu bestimmen ist.

12. Hieraus lässt sich nun die Bewegung des Hammers von Anfang an, bis der Pfahl anfängt zu weichen, bestimmen; denn da alsdann $y=\alpha-x$ ist, so erhalten wir

$$\frac{ddx}{dt^2}=2g\left(1-\frac{A}{P}\cdot\frac{x}{\alpha-x}\right).$$

Man multiplicire mit $2dx$ und integrire

$$\frac{dx^2}{dt^2} = 2g\left(2x + \frac{2Ax}{P} + \frac{2aA}{P}\, l\,(a - x) + \text{Const.}\right).$$

Hier bedeutet $\frac{dx^2}{dt^2}$ das Quadrat der Geschwindigkeit, welche im Anfange, da $x = 0$ gesetzt worden, $= c = 2\sqrt{ga}$. Folglich bekommen wir, um $C$ zu bestimmen,

$$c^2 = 4ga = 2g\,(-\frac{2aA}{P}\, la + \text{Const.})$$

$$\text{und} \quad C = 2a - \frac{2aA}{P}\, la.$$

Daher unsere Gleichung sein wird

$$\frac{dx^2}{dt^2} = 4g\,(\frac{A+P}{P}\cdot x - \frac{aA}{P}\, l\,.\,\frac{a}{a-x} + a).$$

Hieraus wird nun die Bewegung des Hammers bestimmt, so lange, bis die Kraft des Kissens dem Widerstande des Pfahles gleich wird; denn da $x$ zunimmt, so nimmt $y$ um so viel ab, und daher die Kraft $A\cdot\frac{a-y}{y}$ immer zu. Wir wollen demnach setzen, dass, wenn $x = \beta$, und also $y = a - \beta$, alsdann die Kraft des Kissens $= A\cdot\frac{\beta}{a-\beta}$ dem Widerstande des Pfahles gleich werde; also dass $Q = \frac{A\beta}{a-\beta}$, mithin $A = \frac{Q\,(a-\beta)}{\beta}$. Für den Zeitpunkt also, da der Pfahl anfängt zu rücken, werden wir haben

$$\frac{dx^2}{dt^2} = 4g\,(\frac{A+P}{P}\cdot\beta - \frac{aA}{P}\, l\cdot\frac{a}{a-\beta} + a),$$

welches also nicht Statt finden kann, wenn nicht

$$\frac{A+P}{P}\cdot\beta + a > \frac{aA}{P}\, l\cdot\frac{a}{a-\beta} \quad \text{ist.}$$

Denn wenn diese Formel $= 0$ wird, ehe $x = \beta$, so hat der Stoss sein Ende erreicht; folglich wird der Pfahl nur alsdann eingeschlagen, wenn

$$a > \frac{aA}{P}\, l\cdot\frac{a}{a-\beta} - \frac{A+P}{P}\cdot\beta \quad \text{ist.}$$

13. Da von nun an nicht mehr $y = a - x$ ist, so werden wir für die fernere Bewegung des Hammers diese Gleichung zu betrachten haben:

$$\frac{ddx}{dt^2} = 2g\,(1 - \frac{A}{P}\cdot\frac{a-y}{y}),$$

und da der Pfahl schon durch den Raum $x + y - a$ hineingetrieben worden, die hineintreibende Kraft aber $= A\cdot\frac{a-y}{y}$, der Widerstand $= Q$ und die Masse des Pfahls $= M$ ist, so erhält man für die Bewegung des Pfahls folgende Gleichung:

$$\frac{dx^2 + dy^2}{dt^2} = 2g\,(\frac{A}{M}\cdot\frac{a-y}{y} - \frac{Q}{M}).$$

14. Man subtrahire nun die erste Gleichung von dieser, so hat man

$$\frac{ddy}{dt^2} = 2g\left(\frac{\alpha - y}{y}\left(\frac{A}{M} + \frac{A}{P}\right) - \frac{Q}{M} - 1\right),$$

welche mit $2dy$ multiplicirt und integrirt gibt

$$\frac{dy^2}{dt^2} = 4g\left[(\alpha l y - y)\left(\frac{A}{M} + \frac{A}{P}\right) - \frac{Qy}{M} - y + C\right].$$

Hier muss $C$ aus dem Zeitpunkte bestimmt werden, wo der Pfahl sich zu bewegen anfängt, oder wo $y = \alpha - \beta$, und damals war die Geschwindigkeit des Pfahles noch $\frac{dx + dy}{dt} = 0$. Damals aber war

$$\frac{dx}{dt} = 2\sqrt{g}\left(\frac{A+P}{P}\beta - \frac{\alpha A}{P} l \cdot \frac{\alpha}{\alpha - \beta} + a\right), \quad \text{folglich war}$$

$$\frac{dy}{dt} = -2\sqrt{g}\left(\frac{A+P}{P}\beta - \frac{\alpha A}{P} l \cdot \frac{\alpha}{\alpha - \beta} + a\right).$$

Daher bekommen wir diese Gleichung

$$\left(\frac{A+P}{P}\beta - \frac{\alpha A}{P} l \cdot \frac{\alpha}{\alpha - \beta} + a\right) = \left[\left(\alpha l (\alpha - \beta) - \alpha + \beta\right)\left(\frac{A}{M} + \frac{A}{P}\right) - \frac{Q(\alpha - \beta)}{M} - \alpha + \beta + \text{Const.}\right].$$

Folglich ist

$$C = \frac{A+P}{P}\beta - \frac{\alpha A}{P} l \cdot \frac{\alpha}{\alpha - \beta} + \frac{Q(\alpha - \beta)}{M} - \left(\alpha l (\alpha - \beta) - \alpha + \beta\right)\left(\frac{A}{M} + \frac{A}{P}\right) + a + \alpha - \beta$$

und daher wird man haben

$$\frac{dy^2}{dt^2} = 4g\left[\left(\frac{A}{M} + \frac{A}{P}\right)\left(\alpha l \frac{y}{\alpha - \beta} - y + \alpha - \beta\right) - \frac{Q}{M}(y - \alpha + \beta) - y + \alpha - \beta + \frac{A+P}{P}\beta - \frac{\alpha A}{P} l \frac{\alpha}{\alpha - \beta} + a\right].$$

15. Da man nun diese Gleichung zwischen $y$ und $t$ gefunden, so ist noch übrig auch $x$ zu bestimmen. Zu diesem Ende multiplicire man die erste Gleichung mit $P$, und die andere mit $M$, so gibt die Summe derselben

$$\frac{(P + M)\, ddx + M ddy}{dt^2} = 2g(P - Q),$$

welche mit $dt$ multiplicirt und integrirt gibt

$$\frac{(P + M)\, dx + M dy}{dt} = 2gt(P - Q) + \text{Const.}$$

Da man nun $\frac{dy}{dt}$ gefunden, so wird hieraus auch $\frac{dx}{dt}$ bestimmt, woraus man denn die Geschwindigkeit des Pfahls, nämlich $\frac{dx + dy}{dt}$ herleiten kann, und die Rechnung so weit fortsetzen, bis diese Geschwindigkeit verschwindet.

Um diese Untersuchung weiter auszuführen, müssen zwei Fälle betrachtet werden; der erste, wenn der Stoss nicht stark genug ist, um den Pfahl weiter hinabzutreiben, welches geschieht, wenn der Hammer seine Bewegung verliert, ehe $x = \beta$ wird, das ist, ehe die Kraft des Elastri dem Widerstand des Pfahls gleich wird. Nachdem dieser Fall wohl erörtert worden, so wird es nicht

mehr schwer fallen, mit dem andern Falle zu Stande zu kommen, wo der Pfahl wirklich tiefer hineingetrieben wird.

16. Vor allen Dingen aber ist nöthig, den für die Kraft des Elastri angegebenen Ausdruck: $A\frac{\alpha-y}{y}$ besser zu erläutern; indem die Buchstaben $A$ und $\alpha$ nicht blos unserer Willkühr überlassen sind. Denn, behalten wir die Zusammendrückung der Luft, um die Stelle des Stosses auf den Fall zu vertreten, so kommt es hauptsächlich auf die Weite des Gefässes, darin die Luft enthalten ist, an; denn, setzt man diese Weite $= b^2$, so muss $A$ das Gewicht einer Wassersäule ausdrücken, deren Basis $= b^2$, die Höhe aber $= 33$ Fuss, als welche mit dem Druck der Atmosphäre im Gleichgewicht steht. Folglich wird $A =$ dem Gewicht einer Masse Wassers, deren Volumen $= 33 b^2$ cubische Fuss; und solchergestalt können auch die andern Gewichte und Massen, als $P$, $Q$ und $M$ in cubischen Fussen Wassers ausgedrückt werden, wobei man 70 Pfund auf einen cubischen Fuss zu rechnen pflegt.

17. Es ist aber leicht zu begreifen, dass die obgedachte Weite $b^2$ sowohl aus der untern Breite des Hammers, als der obern Dicke des Pfahles bestimmt werden muss, weil der Hammer gewiss eine andere Wirkung hervorbringen würde, je nachdem seine Basis breiter oder schmäler wäre, und nachdem der Kopf des Pfahles eine grössere oder geringere Dicke hat.

18. Inzwischen muss man nicht glauben, dass man sich so genau an die oben gegebene Formel zu binden habe; indem es wohl sein könnte, dass man die Quetschung der Theilchen des Holzes mit einer dichteren oder dünneren Luft vergleichen sollte, da dann der Buchstab $A$ wohl eine andere Grösse bekommen könnte für eben dieselbe Breite $b^2$. Ferner könnte auch die Formel $\frac{\alpha-y}{y}$ gar wohl eine andere Gestalt haben; weil man so genau nicht bestimmen kann, nach welchem Gesetze der Zusammendrückung der Hammer auf die obersten Zäserchen des Holzes wirkt; und wenn man auch bei der Vergleichung mit der Luft bleiben will, so weiss man, dass, wenn $y$ sehr viele Mal kleiner als $\alpha$ geworden, alsdann die elastische Kraft weit grösser werde, als nach dem Ausdruck $\frac{\alpha}{y}$. Also könnte diese Formel gar wohl eine ganz andere Gestalt haben, wenn dabei nur dieses beobachtet wird, dass, wenn $y = \alpha$, die Kraft gänzlich verschwinde; hingegen aber, wenn $y = 0$, unendlich gross werde.

19. Daher können wir, anstatt der Formel $A \cdot \frac{\alpha-y}{y}$, gar füglich andere gebrauchen, als da sind $A\left(\frac{\alpha^2-y^2}{y^2}\right)$, oder überhaupt $A\left(\frac{\alpha^n-y^n}{y^n}\right)$, welche ebenfalls $= 0$ wird, wenn $y = \alpha$, und unendlich gross, wenn $y = 0$; deren ganzer Unterschied also nur darin besteht, dass für die mittleren Werthe von $y$, zwischen $\alpha$ und $0$, die elastische Kraft grösser oder kleiner herauskomme. Insonderheit aber werden wir genöthigt sein eine solche Formel zu erwählen, dass die Rechnung ohne alzugrosse Weitläufigkeit zu Stande gebracht werden kann, welches uns um soviel weniger zu verdenken sein wird, da uns die wahren Gesetze, nach welchen die Quetschung geschieht, unbekannt sind, und weil es hiebei nicht sowohl auf absolute Bestimmungen, als blos auf Vergleichung verschiedener Fälle ankommt. Lasset uns nun den ersten Fall wiederum vornehmen, für welchen wir diese Gleichung gefunden:

$$\frac{ddx}{dt^2} = 2g\left(1 - \frac{A}{P} \cdot \frac{a-y}{y}\right),$$

deren Integral oben gefunden worden

$$\frac{dx^2}{dt^2} = 4g\left(\frac{A+P}{P}x - \frac{aA}{P}\, l\frac{a}{a-x} + a\right).$$

Wollte man nun aus dieser Formel den Ort, das ist, den Werth für $x$ bestimmen, wo die Geschwindigkeit des Hammers $= 0$ wird, und also der ganze Stoss sich endigt, so würde man allerdings die grössten Schwierigkeiten finden, um dieses zu leisten; denn man würde auf diese Gleichung kommen:

$$0 = \frac{A+P}{P}x - \frac{aA}{P}\, l\frac{a}{a-x} + a,$$

aus welcher sich der Werth von $x$ durch keine algebraischen Operationen bestimmen lässt, welches doch ein sehr wesentliches Stück in der ganzen Unsersuchung ausmacht. Da nun diese Unbequemlichkeit von der angenommenen Formel $A.\frac{a-y}{y}$ herrührt, so sind wir genöthigt, statt derselben, eine andere, und vorzüglich diese: $A\left(\frac{a^2}{y^2} - 1\right)$ zu gebrauchen, als wobei sich alles ordentlich integriren lassen wird. Da wir nun diese Gleichung haben

$$\frac{ddx}{2gdt^2} = 1 - \frac{A}{P}\left(\frac{a^2}{y^2} - 1\right)$$

und $x + y = a$ ist, so multiplicire man mit $dx$, oder mit $-dy$, so wird die Integration geben

$$\frac{dx^2}{4gdt^2} = -y - \frac{A}{P}\left(\frac{a^2}{y} + y\right) + C.$$

Da nun $\frac{dx^2}{dt^2}$ gleich werden muss dem $c^2$, oder $4ga$, wenn $x=0$, und also $y=a$, so bekömmt man

$$a = -a - \frac{2Aa}{P} + \text{Const.}, \quad \text{folglich} \quad C = a + a + \frac{2aA}{P};$$

daher unsere Gleichung sein wird

$$\frac{dx^2}{4gdt^2} = a + a - y - \frac{A}{P}\left(\frac{a^2}{y} + y - 2a\right) = a + a - y - \frac{A(a-y)^2}{Py},$$

oder, weil $a - y = x$, so erhält man

$$\frac{dy^2}{4gdt^2} = a + x - \frac{A}{P} \cdot \frac{x^2}{a-x},$$

aus welcher sich nun leicht bestimmen lässt, wo die Geschwindigkeit $\frac{dx}{dt}$ verschwindet.

20. Diese Rechnung kann aber noch sehr erleichtert werden, wenn man in Betrachtung zieht, dass die ganze Quetschung nur ein ganz geringes Räumchen beträgt, welches hier durch den Buchstaben $a$ ausgedrückt wird, und noch überdies $x$ und $y$ kleiner sein müssen, als $a$, so wird man $x$ in Rücksicht auf $a$, welches die Höhe des Falles des Hammers bedeutet, als etwas unendlich Kleines ansehn können. Daher unsere Gleichung sein wird

$$a - \frac{A}{P} \cdot \frac{x^2}{a-x} = 0, \quad \text{woraus wir finden} \quad x^2 = -\frac{aP}{A}x + \frac{aaP}{A}.$$

Man setze $\frac{P}{A} = 2\lambda$, so ist

$$x^2 = -2\lambda a x + 2\lambda \alpha a \quad \text{und daher} \quad x = -\lambda a + \sqrt{(\lambda^2 a^2 + 2\lambda \alpha a)},$$

wo $\lambda^2 a^2$ sehr gross sein wird gegen $2\lambda\alpha a$; daher man durch die Näherung bekommt

$$x = -\lambda a + \lambda a + \alpha = \alpha.$$

Weil aber doch immer $x < \alpha$ sein muss, so muss die obige Näherung genauer genommen werden:

$$x = \alpha - \frac{\alpha}{2\lambda a}, \text{ oder } x = \alpha - \frac{A}{P} \cdot \frac{\alpha^2}{a}, \text{ und daher } y = \frac{A}{P} \cdot \frac{\alpha^2}{a}.$$

21. Also vom ersten Anfang des Stosses fällt der Hammer nicht weiter, als durch diese kleine Höhe $x$, welche an sich selbst keineswegs beträchtlich ist, wo derselbe gänzlich zur Ruhe kommt, und also der Stoss völlig aufhört. Da nun in diesem Zustande die Grösse $y = \frac{A}{P} \cdot \frac{\alpha^2}{a}$, so wird die elastische Kraft unseres Kissens sein

$$= A\left(\frac{\alpha^2}{y^2} - 1\right) = A\left(\frac{P^2 a^2}{A^2 \alpha^2} - 1\right),$$

admittere fas erit. Dummodo enim vires invenerimus, quae pro dato spectatoris loco motibu coelestibus producendis fuerint pares, eas tanquam revera existentes considerare possumus, etiam forte ob motum spectatoris longe aliae vires in mundo existerent, quandoquidem hic nobis tantu est propositum motus apparentes explicare.

6. **Scholion 2.** Ad hanc ergo virium investigationem instituendam nosse oportet motus co porum coelestium, qui quo accuratius fuerint perspecti, eo certius illarum virium indolem cognosce licebit. Quare si quilibet motus peculiarem virium legem postularet, ita ut inde pro reliquis nih concludere liceret, hinc etiam ipsa motuum cognitio nihil lucri adipisceretur; sin autem eveniat, vires pro omnibus motibus inventae ad communem quandam regulam referantur, hinc sine dub plurimum lucis consequemur; cum inde etiam eorum motuum, quorum ratio per observationes no satis fuerit explorata, explicatio peti queat. Hocque ergo casu ex Astronomia mechanica maxim incrementa in Astronomiam practicam transferrentur. Atque istud institutum summus quondam v Isaacus Newtonus felicissimo successu absolverit, dum ex collatione phaenomenorum cum principi mechanicis elegantissimam aeque ac simplicissimam legem detexit, quae omnes vires coelestes complec teretur. Haec itaque virium lex fundamentum universae Astronomiae mechanicae constituet, und omnium motuum coelestium ratio est repetenda, quod felicissimum inventum, cum phaenomenis po tissimum innitatur, instar hypothesis hic proponam et ad usum accomodabo.

7. **Hypothesis 1.** *Corpora coelestia perinde inter se commoventur, ac si singula se mutu attraherent, viribus reciproce quadratorum distantiis proportionalibus.*

8. **Explicatio.** De tellure res est manifesta, cum omnia corpora circa terram existentia deo sum urgeantur vi, quae gravitas appellatur, et sine dubio ad multo majores distantias extenditu quam experimenta capere licet. Luna enim ab eadem vi sollicitari deprehenditur, quae autem mul minor est quam prope terrae superficiem, hocque fere in ratione reciproca duplicata distanti. Scilicet cum luna circiter sexagies magis sit remota a centro terrae quam corpora in ejus superfic sita, vis, qua luna terram versus urgetur, sexagies minor est aestimanda quam vis gravitatis superficie, quemadmodum ex motu lunae concludere licet. Gravitas quidem in superficie terrae e effectus mixtus ex vero corporum nisu deorsum directo et vi centrifuga e motu terrae diurno or, unde potissimum evenit, ut gravitas neque ubique praecise ad centrum terrae dirigatur, neque eju dem sit magnitudinis. Seposita autem vi centrifuga, quippe cujus corpora longius a terra remo sunt expertia, nisus ad ejus centrum directus satis exacte distantiarum ab eo quadratis recipr proportionalis deprehenditur. Concesso igitur hoc, quod omnia corpora, quantumvis a terra fuer t remota, ad ejus centrum quasi trahantur hujusmodi vi, similes vires Newtonus singulis corporibus mundanis tribuit, ita ut eorum quodque reliqua corpora ad se attrahat viribus in ratione duplica distantiarum decrescentibus. Atque in hac lege contineri sunt censendae omnes vires, quibus co porum coelestium motus reguntur.

9. **Coroll. 1.** Cum istae vires attractrices corporum mundanorum in ratione duplicata dista tiarum decrescant, in maximis distantiis tam parvae evadunt, ut pro evanescentibus haberi queat.

10. **Coroll. 2.** Hinc cum stellae fixae ad tam enormes distantias a nobis et toto system solari sint remotae, vires, quibus sol et planetae ad stellas fixas attrahuntur, pro nihilo sunt habend.

11. **Coroll. 3.** Planetarum igitur et cometarum motus a nullis aliis viribus perturbari sunt ensendi, nisi quibus vel ad solem vel ad reliquos planetas gravitatione mutua sollicitantur.

12. **Scholion 1.** Haec virium mundanarum lex per phaenomena stabilita etsi in magnis inrvallis veritati apprime consentanea deprehenditur, tamen in minoribus distantiis, praecipue ubi orpus attractum intra superficiem corporis attrahentis est situm, a veritate vehementer recedit. vanescente enim distantia corporis attracti a centro corporis attrahentis, secundum hanc legem vis ttrahens infinita prodiret, id quod sine dubio rerum naturae adversaretur. Quin potius statuere ebemus, si in terrae visceribus experimenta capere liceret, quo propius ad ejus centrum pertingeemus, eo minorem esse futuram vim gravitatis, cum in ipso centro plane in nihilum abire necesse t ob defectum rationis, cur potius in hanc quam aliam plagam dirigeretur. Ex quo etiam Newonus statuit, a terrae superficie intus ad ejus centrum penetrando, vim gravitatis iterum decrescere tque ipsis a centro distantiis esse proportionalem, quem saltum ex principiis gravitationis universalis gregie explicavit, ita ut lex illa ad corpora extra se posita nullum detrimentum patiatur. Cum ;itur in Astronomia corpora tantum longis intervallis a se invicem dissita considerentur, sine ulla aesitatione phaenomena sequentes agnoscere debemus vires, quibus ea se mutuo attrahunt, rationem eciprocam duplicatam distantiarum sequi, atque esse directas ad cujusque corporis attrahentis cenrum, siquidem figuram habeant sphaericam, vel potius centrum inertiae, si ab hac figura abludant, uod quidem exiguum discrimen in tantis distantiis pro nihilo est habendum. Quamvis enim in uperficie terrae gravitas non ubique ad ejus centrum dirigatur, tamen in grandibus ab ea distantiis, tiamsi gravitatis directio aliquantillum centrum praetergrediatur, haec tantilla aberratio in motuum leterminatione nullius plane est momenti.

13. **Scholion 2.** Quando autem statuimus singula corpora coelestia perinde ac terram ejusnodi proprietate esse praedita, qua corpora extra se posita attrahant vi quadrato distantiae reciproce roportionali, haec virium ratio de eadem vel aequalibus massis corporis attracti est interpretanda. 'osita scilicet massa corporis attracti $= M$, ejusque distantia a centro corporis attrahentis $= x$; si is qua eo impellitur fuerit $V$, eadem massa $M$ in alia distantia $= y$ a centro ejusdem corporis ttrahentis remota eo impelletur vi $U$, ut sit

$$V:U = \frac{1}{xx} : \frac{1}{yy} \quad \text{seu} \quad U = \frac{xx}{yy} V.$$

Unde si pro una quadam distantia innotescat vis attractrix, pro alia quacunque distantia facile defiietur, siquidem ambo corpora tam attrahens quam attractum maneant eadem. Sin autem massa orporis attracti fuerit major vel minor, vis attractrix praeterea in eadem ratione erit augenda vel ninuenda, ut mox declarabimus. Tum vero etiam vis attrahens diversorum corporum coelestium lurimum discrepat, ita ut etiam in pari distantia diversas vires exerant. Scilicet cum vis attrahens errae in superficie, seu distantia ab ejus centro, radio ejus aequali, sit ipsa gravitas, pro aliis corporibus coelestibus distantia, ad quam vis eorum attractrix gravitati est aequalis, modo major modo ninor esse potest, quam radius terrae; unde dicimus alia corpora coelestia majori, alia minori acultate attrahendi pollere, etiamsi pro unoquoque vis attrahens sequatur rationem reciprocam duplicatam distantiarum.

14. **Hypothesis 2.** *Vires, quibus diversa corpora ab eodem corpore coelesti in eadem d stantia attrahuntur, sunt ut eorum massae, ac si distantiae fuerint diversae, rationem sequant compositam ex ratione massarum et reciproce duplicata distantiarum.*

15. **Coroll. 1.** Vis ergo attractrix corporum coelestium perinde ac gravitas terrestris secundu quantitatem materiae in corpora agit, ita ut nisus cujusque corporis sit ejus massae proportional siquidem distantia fuerit eadem.

16. **Coroll. 2.** Hae igitur vires coelestes corpora quasi penetrant, in eaque, quatenus inert sunt praedita, agunt, ita ut quo major fuerit massa cujuspiam corporis, ideo fortius a quolib corpore coelesti attrahatur.

17. **Coroll. 3.** Hinc vis, qua corpus quodvis ad aliquod corpus coeleste attrahitur, e aggregatum omnium virium elementarium, quibus singula corporis elementa pro ratione massae s inertiae sollicitantur.

18. **Scholion.** De corporibus circa terram sitis per experimenta est evictum eorum grav tatem seu pondus ipsorum massae esse proportionale, cum singulae particulae seorsim graviten ratione massae. Quare cum vis attractrix corporum coelestium pari ratione sit comparata atque v gravitatis telluris, nullum etiam est dubium, quin eorum vires parem sequantur legem atque corpo attracta pro ratione materiae seu massae afficiunt. Unde si singulae corporis particulae a corpo coelesti aeque distent, quod evenire censendum est, si magnitudo corporis attracti prae ejus distant a centro corporis attrahentis tam sit exigua ut pro nihilo reputari queat, singulae vires elementar erunt aequales sub directionibus inter se parallelis: hincque vis tota earum summae aequalis, ejusq directio per centrum inertiae corporis attracti transire est censenda. Sin autem corporis attrac magnitudo ad distantiam a centro corporis attrahentis notabilem teneat rationem, ut vires eleme tares, quibus singula corporis elementa attrahuntur, neque pro aequalibus, ob inaequales elementoru distantias, neque directiones pro parallelis inter se haberi queant, vis tota inde demum per calculu est colligenda; hincque evenire potest, ut vis tota neque massae corporis attracti sit proportional neque per ejus centrum inertiae transeat. Ex quo proprie loquendo ambae allatae hypotheses tantu ad corpuscula quasi infinite parva, quae ad corpora coelestia attrahantur, sunt restringendae, ita vires tantum elementares praefatas leges sequantur. Unde deinceps vires totae, quibus corpora m jora attrahuntur, per regulas staticas demum colligi debeant.

19. **Hypothesis 3.** *Corpora coelestia in aequalibus distantiis eo majores exerunt vires attra trices, quo majores fuerint ipsorum massae, atque in inaequalibus distantiis vires attractrices corpor coelestium sunt in ratione composita massarum et reciproca duplicata distantiarum.*

20. **Coroll. 1.** Hinc si massa corporis coelestis fuerit $= A$, in distantia $x$ ab ejus cent erit vis attractrix ut $\frac{A}{xx}$, quae propterea est directe ut massa corporis attrahentis $A$, et reciproce quadratum distantiae ab ejus centro.

21. **Coroll. 2.** Haec autem lex tantum valet, si corporis attracti massa fuerit eadem; ali quin enim cum illa ratione composita insuper ratio massae corporis attracti conjungi debet, secu dum hypothesin praecedentem.

22. **Coroll. 3.** Ita si massa corporis coelestis sit $=A$, corporis autem attracti massa $=M$, hujusque ab illius centro distantia $=x$, erit vis, qua hoc ad illud attrahitur ut $\frac{AM}{xx}$. Quia autem in motus determinatione vis haec semper per massam corporis attracti $M$ dividi debet, in calculum tantum ingreditur formula $\frac{A}{xx}$, massa $M$ inde iterum egrediente.

23. **Scholion 1.** Ista hypothesis non aeque certo ex phaenomenis colligitur ac praecedentes, etsi enim inde veram virium quantitatem concludere licet, tamen nulla constat ratio massas corporum coelestium dignoscendi. Eorum quidem magnitudinem Astronomi sollicite definire conantur, verum hinc de massa, quoniam pro volumine vehementer discrepare potest, nihil statuere licet. Haec massae autem ratione omnino carere possemus, si pro quovis corpore coelesti eam distantiam determinaremus, in qua vis ejus attractrix aequalis esset futura vi gravitatis in superficie terrae. Ita si pro quopiam corpore coelesti haec distantia fuerit $=f$, pro alia quacunque distantia $x$ ejus vis attractrix erit $=\frac{ff}{xx}$ unitate gravitatem exprimente: Sicque sufficit pro quolibet corpore coelesti distantiam hanc $f$ ipsi convenientem nosse, parumque interest quomodo haec distantia ad massam corporis attrahentis se sit habitura. Newtonus autem statuit quadratum istius distantiae semper esse massae corporis attrahentis proportionale; ita ut loco $ff$ massa $A$ substitui queat, — quae propositio, si de ejus veritate convicti essemus, non solum pro pulcherrima esset habenda, sed etiam plurimum lucis ad naturae mysteria scrutanda esset allatura. Phaenomena autem huic propositioni jam insignem probabilitatis gradum conciliant, quoniam quo corpora coelestia fuerint majora vel minora, etiam quadratum distantiae $f$ illis respondentis majus minusve deprehenditur: ratione autem ea propositio multo magis confirmari potest. Primum enim cum gravitatio in corporibus coelestibus sit reciproca, ex principio aequalitatis inter actionem et reactionem duo corpora se mutuo attrahentia paribus viribus in se invicem niti debent. Hinc si eorum massae sint $A$ et $B$, et distantiae, ad quas eorum vires attractrices gravitati aequantur, sint $a$ et $b$, distantia inter centra corporum existente $=x$, erit per praecedentem hypothesin vis, qua corpus $B$ ad $A$ urgetur $=\frac{aaB}{xx}$, vis autem, qua corpus $A$ vicissim ad $B$ urgetur $=\frac{bbA}{xx}$, quae duae vires si censeantur aequales, fit $aa:bb=A:B$, prorsus ut vult Newtonus. Quodsi haec propositio admittatur, inde etiam haec eximia proprietas consequitur, quod plurium corporum se mutuo hac lege attrahentium commune centrum inertiae perpetuo vel quiescat, vel uniformiter in directum proferatur; — quae cum tanquam constans naturae lex assumenda videatur, inde vicissim veritas nostrae hypotheseos evincitur.

24. **Scholion 2.** Quoniam igitur vis attractrix massae corporis attrahentis est proportionalis, ea ita inde oriri est judicanda, ut singula corporis elementa seorsim vires attractrices exerant, ex quarum collectione demum vis tota attrahens nascatur. Lex ergo praescripta tantum ad vires elementares, quibus singula corporis elementa ad se attrahuntur, proprie pertineri est censenda, neque stricte ad corpora finita extendi patitur, nisi haec corpora tantopere a se invicem fuerint remota, ut eorum magnitudo prae distantia quasi evanescat. Eatenus ergo tantum haec lex attrahendi in corporibus mundanis deprehenditur, quatenus ea tam vastis intervallis a se invicem sunt sejuncta, quae si sibi multo essent propiora, nullum est dubium quin vires eorum attractrices ab hac lege sint

aberraturae, nisi forte eorum figura perfecte fuerit sphaerica. Quare si hoc modo praecedentem hypothesin restringamus, uti ratio suadet, universum Astronomiae mechanicae fundamentum sequenti hypothesi continebitur.

25. **Hypothesis 4.** *Omnia materiae elementa, ex quibus corpora mundana sunt conflata, vi pollent attrahendi, quae cujusque massae directe, inverso autem quadrato distantiae est proportionalis, cum qua ratione insuper massa corpusculi attracti est conjungenda.*

26. **Coroll. 1.** Positis ergo massis duorum elementorum materiae $\mu$ et $\nu$, eorumque distantia $= z$, erit vis, qua alterum ab altero attrahitur ut $\frac{\mu\nu}{zz}$, atque ex viribus elementaribus, quibus singula duorum corporum finitorum se mutuo attrahunt, vires ambo corpora tota sollicitantes, debent colligi.

27. **Coroll. 2.** Cum haec vis elementaris sit ut $\frac{\mu\nu}{zz}$, factor quidam constans $C$ adjungi debet, ut formula $\frac{C\mu\nu}{zz}$ ipsam vim exprimat; atque haec quantitas $C$ perpetuo erit eadem ubicunque locorum ista duo elementa materiae fuerint posita.

28. **Coroll. 3.** Corpora ergo coelestia eatenus tantum se mutuo attrahunt, quatenus constant materia, cujus omnia elementa tali vi se attrahendi sunt praedita. Ex quo patet si corpora non fuerint admodum a se invicem remota, simulque figuram habeant irregularem, fieri posse, ut vis tota e viribus elementaribus resultans multum a simplicitate formulae exhibitae discrepet.

29. **Scholion 1.** Cum hujusmodi vis attrahendi omnibus corporibus coelestibus conveniat, ideoque omnibus elementis corporum, ubicunque reperiantur, tribui debeat, ea tanquam proprietas universalis materiae spectari potest, cujus existentiam realem ex phaenomenis cum ratione conjunctis evictam agnoscere debemus. Certum itaque est omnia materiae elementa tali vi attrahendi, qualem descripsimus, esse praedita, neque de hoc ullo modo dubitare licet. Utrum autem haec vis omni materiae ex sua natura competat perinde atque inertia et impenetrabilitas? an vero a causa quapiam externa producatur? multum inter Philosophos dubitatur. Qui priorem sententiam propugnant, eximium firmamentum inveniunt in universalitate istius indolis attractricis, quae cum in omnibus corporibus inesse, atque adeo eorum massae proportionalis deprehendatur, eam pariter atque inertiam materiae essentialem esse autumant, ita ut ejus causa extrinsecus frustra quaeratur; quin etiam quaerere solent, an non Creator per omnipotentiam corporibus talem proprietatem infundere potuerit; quod negare ipsis adeo impium videtur. Deinde in hoc non parum subsidii sibi situm esse arbitrantur, quod nemo adhuc istius phaenomeni latissime patentis causam externam dilucide docere voluerit. Qui autem contrariae sententiae sunt addicti, haec argumenta gravibus rationibus infirmare conantur, maluntque credere dari hujus phaenomeni causam externam, etiamsi eam nobis nullo modo perspicere liceat, quam concedere ejus rationem in ipsa materiae indole esse positam. Ad nostrum autem institutum parum refert, utrum causa externa existat, nec ne? sufficit enim nosse in omnibus corporibus mundi talem vim attrahendi revera inesse, cum nobis id tantum sit propositum, ut quomodo motus corporum coelestium ab his viribus afficiantur, investigemus.

30. **Scholion 2.** Prior sententia, qua materiae vis attractrix, tanquam proprietas essentialis tribuitur, si esset vera, hoc commodi afferret, ut ulteriori investigatione causae liberaremur; du

altera sententia naturae scrutatoribus hoc onus gravissimum esset impositura, cui expediendo vires eorum fortasse nunquam sufficerent. Ex quo ad nostrum commodum utique esset optandum, ut prior sententia veritati foret consentanea. Multis autem premitur difficultatibus, quas cum primis cognitionis nostrae principiis minime conciliare licet: si enim corpus ab alio attractum moveri incipit, causa motus non in illo sed in hoc altero est ponenda, quod cum ab illo sit remotum, concedendum est fieri posse, ut corpus quaqua versus a nullis aliis corporibus cinctum, sed quasi in vacuo positum, sponte moveri incipiat, etiamsi nusquam tangatur; neque tamen motus causam in ipso, sed in alio quodam corpore longissime ab eo remoto esse quaerendam, hocque perinde evenire sive spatium inter corpora sit vacuum, sive plenum. Corpus ergo, quatenus vi attrahendi esset praeditum, ad omnia alia corpora utrumque remota quasi vires emitteret, quibus alia quasi comprehenderet et ad se arriperet. Quam actionem in distans qui concoquere non possunt, cum nullo modo concipi queat, ad materiam quandam subtilem confugiunt, quae pressione in corpora agens ea phaenomena producat, quae priores attractioni, tanquam essentiali omnium corporum proprietati, adscribunt, etiamsi et illi modum, quo hoc efficitur, explicare haud valeant.

31. **Scholion 3.** Hactenus saltem alium modum, quo duo corpora in se invicem agant, non concipimus, nisi quando in se mutuo impetum faciunt et ad contactum perveniunt; cum enim tum utrumque in statu suo perseverare annitatur, hoc autem fieri nequeat, nisi se mutuo penetrent, eorum impenetrabilitas in causa est quominus hoc eveniat. Ex ea ergo nascantur, necesse est, vires utriusque statum ita immutantes, ut penetratio evitetur. Experientia etiam testatur, hoc casu majores vires utrinque non exeri, quam quae penetrationem avertere valeant. Istarum igitur virium, quarum effectus in conflictu corporum cernitur, origo in eorum impenetrabilitate manifesto est posita, unde multo minus percipere licet, quomodo duo corpora remota in se invicem agere valeant; ac si quis statuat corpora ab aliis quantumvis remotis sine adminiculo medii inter ea existentis affici posse, omnia cognitionis nostrae principia funditus everti videntur, neque apparet quo jure tum siderum influxus aliaque superstitionis commenta negari queant. Qui quidem a Leibnizii Harmonia praestabilita abhorrent, concedere coguntur spirituum actioni corpora esse subjecta, quod etiam Leibniziani de numine supremo negare non audent; spirituum autem actio in corpora ab omni contactu certe immunis est statuenda, id quod attractioni favere videtur. Verum si corpora a spiritu concitantur, si non contactus, saltem praesentia quaedam concipi debet, ita ut etiam hinc actio corporum in distans nullum firmamentum recipiat. Quare qui dicunt corporibus a Deo vim alia corpora quantumvis dissita attrahendi tribui potuisse, nihil aliud dicere videntur, nisi Deum perpetuo immediate corpora ad se invicem impellere. Verum omissa hac disputatione, ad Physicam potius quam huc pertinente, cum certum sit singula materiae elementa perinde ad se mutuo impelli, ac si se attraherent, videamus quales inde vires pro corporibus finitae magnitudinis nascantur.

32. **Theorema.** Corpus rigidum a viribus, quibus singula ejus elementa se mutuo attrahunt, ad motum neutiquam sollicitatur.

**Demonstratio.** Veritas hujus theorematis isto nititur fundamento, quod vires, quibus duo elementa se mutuo attrahunt, utrinque sint aequales. Si enim duo concipiantur elementa, quorum

massulae sint $\mu$ et $\nu$, distantia vero $= z$, vis, qua $\mu$ ad $\nu$ attrahitur est $= \frac{C\mu\nu}{zz}$ (26), ac vicissim vis, qua $\nu$ ad $\mu$ attrahitur est $= \frac{C\mu\nu}{zz}$. Sunt igitur hae vires aequales, et quia alterum ad alterum urgetur, earum directiones sunt contrariae. Jam in corpore elementum quodcunque ad reliqua omnia attrahitur, et sumtis binis quibusque, vires, quibus alterum ab altero attrahitur, sunt aequales et contrariae, ideoque in corpore rigido se mutuo destruunt. Quod cum eveniat, quaecunque bina elementa considerentur, necesse est omnes vires elementares, quibus cuncta elementa in se mutuo agunt, se mutuo destruere, propterea quod quaelibet vis habeat in corpore sibi aequalem et contrariam.

33. **Coroll. 1.** Cum in hac mutua virium elementarium destructione ratio distantiae $z$ non in censum veniat, patet theorema fore verum, etiamsi attractio aliam quamcunque distantiae rationem sequeretur, dummodo vires, quibus duo elementa se mutuo attrahunt, utrinque fuerint aequales.

34. **Coroll. 2.** Sive ergo corpus rigidum quiescat, sive moveatur, a viribus, quibus ejus elementa se mutuo appetunt, neque ejus status quietis, neque motus perturbabitur, sed a viribus externis aeque afficietur, ac si elementa ejus vi attractrice carerent.

35. **Coroll. 3.** Quae ergo in Mechanica de motu corporum rigidorum traduntur, ea omnia veritati consentanea manent, etiamsi elementorum mutua attractio, a qua quidem ibi animum abstraxeramus, accedat, neque quidquam ibi propterea erit immutandum.

36. **Scholion 1.** Quod ad formulam $\frac{\mu\nu}{zz}$ attinet, cui vis, qua massula $\mu$ aliam massulam $\nu$ in distantia $= z$ remotam attrahit, est proportionalis, quatenus ea constat ex reciproco quadrato distantiae et massa corpusculi attracti $\nu$, ejus veritatem per phaenomena stabilivimus. Quatenus autem ea vis ipsi massae corpusculi attrahentis $\mu$ est proportionalis, id quidem sola ratione collegimus. Nunc igitur haec postrema ratio multo fortius corroboratur: Cum enim phaenomena etiam evincant motum cujusque corporis coelestis non perturbari a viribus, quibus ejus partes se mutuo attrahunt, hinc vicissim intelligitur, vires, quibus bina quaeque elementa se mutuo attrahunt, aequales esse oportere, quoniam alioquin evenire posset, ut hae vires elementares se mutuo non destruerent. Quo hoc clarius perspiciatur, sumamus vim attractricem non ipsi massae $\mu$ corpusculi attrahentis, sed ejus quadrato $\mu^2$ esse proportionalem, corpusque rigidum tantum ex duobus elementis $\mu$ et $\nu$ intervallo $z$ dissitis esse conflatum. Quo posito erit vis, qua $\nu$ ad $\mu$ attrahitur $= \frac{C\mu^2\nu}{zz}$, contra vero vis qua $\mu$ ad $\nu$ attrahitur $= \frac{C\mu\nu^2}{zz}$, quae ergo duae vires non essent aequales, nisi elementa fuerint aequalia, ideoque corpus totum excessu virium $\frac{C\mu\nu}{zz}(\mu - \nu)$ ad motum sollicitaretur, quod eo magis esset absurdum, cum idem corpus infinitis modis in duas partes dissectum concipi queat, et quaelibet sectio peculiarem vim esset exhibitura, cujus etiam directio a sectionis ratione pendens non foret certa. Quod cum sit maxime absurdum, extra omne dubium est positum, vim attrahentem cujusque elementi ipsius massae esse proportionalem, hancque rationis $\frac{\mu\nu}{zz}$ partem adeo multo certius esse evictam quam reliquas, cum hae tantum ex phaenomenis sint conclusae, illa autem adeo principio contradictionis innitatur.

37. **Scholion 2.** Hoc theorema quidem tantum ad corpora rigida, quorum partes ita firmo nexu inter se sunt conjuncta, ut a nullis viribus de situ suo relativo dimoveri queant, accommodavimus, sed etiam quodammodo ad corpora flexibilia atque etiam fluida extenditur, quatenus scilicet tantum ad motum progressivum centri inertiae spectamus. Quodsi enim elementa corporis fuerint a se invicem dissoluta, quoniam vires, quibus bina quaeque se mutuo attrahunt, sunt aequales et contrariae, hinc nulla vis in centrum inertiae resultat. Ab his scilicet viribus fieri potest, ut partes quidem corporis quomodocunque inter se commoveantur, commune autem centrum inertiae jugiter quiescat, vel si semel moveri coeperit, perpetuo uniformiter in linea recta progrediatur. Ex quo efficitur, ut quotcunque fuerint corpora se mutuo attrahentia, eorum commune centrum inertiae vel quiescat, vel uniformiter in directum promoveatur. Hinc ergo certum est omnium corporum mundanorum commune centrum inertiae vel in perpetua quiete versari, vel uniformiter in directum proferri. Atque hoc jam statim in ipso limine certissime affirmare licet, etiamsi adhuc minime pateat, quo motu singula corpora concitentur, in quo sine dubio veritas maximi momenti continetur.

38. **Problema 1.** Si corpus finitum, data figura praeditum, attrahat corpusculum ad datam et insignem ab eo distantiam remotum, definire tam quantitatem quam directionem ejus vis, qua corpusculum sollicitatur.

**Solutio.** (Fig. 172.) Cum corpusculum a singulis elementis corporis finiti attrahatur, definiri oportet vim ex omnibus istis viribus elementaribus resultantem. Quoniam igitur corporis finiti figura est data, tam ejus centrum inertiae quam ternos axes principales, eorumque respectu momenta inertiae pro cognitis assumi licet. Sit igitur $J$ centrum inertiae corporis attrahentis, et $JA$, $JB$, $JC$ ejus tres axes principales, eorumque respectu momenta inertiae $Maa$, $Mbb$, $Mcc$, denotante $M$ corporis massam. Corpusculum autem attractum, cujus massa $= m$, sit in $H$ in distantia ab illius centro inertiae $JH = h$, quae recta cum axibus principalibus faciat angulos $HJA = \alpha$, $HJB = \beta$ et $HJC = \gamma$, ut sit $\cos^2\alpha + \cos^2\beta + \cos^2\gamma = 1$. Hinc demisso ab $H$ ad planum $AJB$ perpendiculo $HG$, et ex $G$ ad $JA$ productam normali $GF$, erit $JF = h\cos\alpha$, $FG = h\cos\beta$ et $GH = h\cos\gamma$. Concipiatur jam corporis elementum quodcunque in $Z$, pro quo coordinatae axibus principalibus parallelae sint $JX = x$, $XY = y$, $YZ = z$; massa autem istius elementi sit $= dM$, eritque ex indole axium principalium et centri inertiae $\int x dM = 0$, $\int y dM = 0$, $\int z dM = 0$; porro $\int xy dM = 0$, $\int xz dM = 0$, $\int yz dM = 0$, atque $\int xx dM = \frac{1}{2}M(bb + cc - aa)$, $\int yy dM = \frac{1}{2}M(aa + cc - bb)$, $\int zz dM = \frac{1}{2}M(aa + bb - cc)$. Ducatur recta $HZ$, qua posita $= v$ erit

$$v = \sqrt{((h\cos\alpha - x)^2 + (h\cos\beta - y)^2 + (h\cos\gamma - z)^2)}, \quad \text{seu}$$

$$v = \sqrt{(hh - 2h(x\cos\alpha + y\cos\beta + z\cos\gamma) + x^2 + y^2 + z^2)}.$$

His positis, corpusculum $m$ in $H$ ad elementum $dM$ in $Z$ situm attrahitur vi $= \frac{CmdM}{vv}$, ubi quidem coëfficientem constantem $C$ negligere licet, deinceps, ubi opus fuerit, facile introducendum; ita ut vis haec secundum $HZ$ sit $= \frac{mdM}{vv}$, quae resoluta secundum directiones $H\alpha$, $H\beta$, $H\gamma$ axibus principalibus parallelas, praebebit

$$\text{vim secundum } H\alpha = \frac{m(h\cos\alpha - x)\,dM}{v^3},$$

$$\text{vim secundum } H\beta = \frac{m(h\cos\beta - y)\,dM}{v^3},$$

$$\text{vim secundum } H\gamma = \frac{m(h\cos\gamma - z)\,dM}{v^3}.$$

Hinc ergo integrando vis tota, qua corpusculum $m$ in $H$ sollicitatur, componitur ex his tribus viribus:

$$\text{vi secundum } H\alpha = m\int\frac{(h\cos\alpha - x)\,dM}{v^3},$$

$$\text{vi secundum } H\beta = m\int\frac{(h\cos\beta - y)\,dM}{v^3},$$

$$\text{vi secundum } H\gamma = m\int\frac{(h\cos\gamma - z)\,dM}{v^3},$$

quae formulae ita generaliter ulterius tractari nequeunt. Sed quia distantia corpusculi attracti $JH = h$ prae magnitudine corporis praegrandis supponitur, ita ut maximi valores, quos quidem coordinatae $x$, $y$, $z$ recipere possunt, prae $h$ sint satis exigui, ejusmodi approximatione uti licebit, qua valor ipsius $v$ in seriem resolvatur, in qua coordinatarum $x$, $y$, $z$ potestates, secunda altiores, rejiciantur; hinc ergo fiet

$$\frac{1}{v^3} = \frac{1}{h^3} + \frac{3(x\cos\alpha + y\cos\beta + z\cos\gamma)}{h^4} - \frac{3(xx + yy + zz)}{2h^5} + \frac{15(x\cos\alpha + y\cos\beta + z\cos\gamma)^2}{2h^5},$$

unde colligitur pariter non ultra secundam potestatem ascendendo

$$\frac{h\cos\alpha - x}{v^3} = \frac{\cos\alpha}{hh} - \frac{x}{h^3}(1 - 3\cos^2\alpha) + \frac{3y\cos\alpha\cos\beta}{h^3} + \frac{3z\cos\alpha\cos\gamma}{h^3}$$

$$- \frac{3xx\cos\alpha}{2h^4}(3 - 5\cos^2\alpha) - \frac{3yy\cos\alpha}{2h^4}(1 - 5\cos^2\beta) - \frac{3zz\cos\alpha}{2h^4}(1 - 5\cos^2\gamma)$$

$$- \frac{3xy\cos\beta}{h^4}(1 - 5\cos^2\alpha) - \frac{3xz\cos\gamma}{h^4}(1 - 5\cos^2\alpha) + \frac{15yz\cos\alpha\cos\beta\cos\gamma}{h^4}.$$

Multiplicetur haec formula per $DM$, captisque singulorum membrorum integralibus secundum praecepta exposita, habebimus

$$\int\frac{(h\cos\alpha - x)}{v^3}dM = \frac{M\cos\alpha}{hh} - \frac{3M(bb + cc - aa)}{4h^4}\cos\alpha(3 - 5\cos^2\alpha)$$

$$- \frac{3M(aa + cc - bb)}{4h^4}\cos\alpha(1 - 5\cos^2\beta) - \frac{3M(aa + bb - cc)}{4h^4}\cos\alpha(1 - 5\cos^2\gamma),$$

quae forma ob $\cos^2\alpha + \cos^2\beta + \cos^2\gamma = 1$ ad sequentem revocatur

$$\int\frac{(h\cos\alpha - x)\,dM}{v^3} = \frac{M\cos\alpha}{hh} + \frac{3Maa\cos\alpha}{2h^4}(3 - 5\cos^2\alpha)$$

$$+ \frac{3Mbb\cos\alpha}{2h^4}(1 - 5\cos^2\beta) + \frac{3Mcc\cos\alpha}{2h^4}(1 - 5\cos^2\gamma).$$

Si simili modo reliqua duo integralia colligantur, erunt ternae vires, quibus corpusculum $m$ in $H$ corpore finito sollicitatur, sequentes:

secundum $H\alpha = \frac{Mm\cos\alpha}{hh}\left(1 + \frac{3aa}{2hh}(3 - 5\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 5\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1 - 5\cos^2\gamma)\right)$,

$$H\beta = \frac{Mm\cos\beta}{hh}\left(1 + \frac{3bb}{2hh}(3 - 5\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1 - 5\cos^2\gamma) + \frac{3aa}{2hh}(1 - 5\cos^2\alpha)\right),$$

$$H\gamma = \frac{Mm\cos\gamma}{hh}\left(1 + \frac{3cc}{2hh}(3 - 5\cos^2\gamma) + \frac{3aa}{2hh}(1 - 5\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 5\cos^2\beta)\right),$$

quae vires jam pro lubitu ad alias directiones reduci possunt.

39. **Coroll. 1.** Si harum trium virium quadrata colligantur, et ex summa radix quadrata extrahatur, prodit vis illis aequivalens, quae ergo simili approximatione adhibita reperitur:

Vis aequivalens $= \frac{Mm}{hh}\left(1 + \frac{3aa}{2hh}(1 - 3\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 3\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1 - 3\cos^2\gamma)\right)$,

cujus directio deflectet a directione $HJ$ angulo exiguo, qui est

$$= \frac{3}{hh}\sqrt{\left((aa - bb)^2\cos^2\alpha\cos^2\beta + (aa - cc)^2\cos^2\alpha\cos^2\gamma + (bb - cc)^2\cos^2\beta\cos^2\gamma\right)}.$$

40. **Coroll. 2.** Quodsi ergo corporis attrahentis terna momenta principalia fuerint inter se aequalia: $aa = bb = cc$, ob $\cos^2\alpha + \cos^2\beta + \cos^2\gamma = 1$, erit vis, qua corpusculum $H$ sollicitatur, $= \frac{Mm}{hh}$, ejusque directio in ipsam lineam $HJ$ cadit, ita ut hoc casu corpusculum $m$ in $H$ perinde attrahatur, ac si tota corporis attrahentis massa $M$ in ipso centro inertiae $J$ esset collecta.

41. **Coroll. 3.** Si corpusculum attractum in axe principali corporis attrahentis $JA$ fuerit situm, ut sit $\alpha = 0$ et $\beta = \gamma = 90^0$, deflexio vis attrahentis a directione $HJ$ evanescit, ipsa vero vis attrahens erit $= \frac{Mm}{hh}\left(1 + \frac{3(bb + cc - 2aa)}{2hh}\right)$. Nisi ergo sit $bb + cc = 2aa$, attractio erit vel major vel minor, quam si tota corporis attrahentis massa in suo centro inertiae esset collecta.

42. **Coroll. 4.** Si corpus attractum ita fuerit situm, ut recta $HJ$ ad singulos axes principales aeque inclinetur, angulo scilicet $54^0\,45'$, tum vis attrahens erit $= \frac{Mm}{hh}$, perinde ac si massa attrahens $M$ in centro inertiae $J$ esset collecta, at ejus directio declinabit a directione $HJ$ angulo, qui est

$$= \frac{1}{hh}\sqrt{2\,(a^4 + b^4 + c^4 - aabb - aacc - bbcc)}.$$

43. **Scholion 1.** Vis, qua corpusculum $m$ a corpore $M$ attrahitur, infinitis aliis modis repraesentari potest. Primo scilicet haec vis aequivalet vi secundum $HJ = \frac{Mm}{hh}$, et insuper his tribus viribus:

secundum $H\alpha = \frac{3Mm\cos\alpha}{2h^4}\left(aa(3 - 5\cos^2\alpha) + bb(1 - 5\cos^2\beta) + cc(1 - 5\cos^2\gamma)\right)$,

$$H\beta = \frac{3Mm\cos\beta}{2h^4}\left(bb(3 - 5\cos^2\beta) + cc(1 - 5\cos^2\gamma) + aa(1 - 5\cos^2\alpha)\right),$$

$$H\gamma = \frac{3Mm\cos\gamma}{2h^4}\left(cc(3 - 5\cos^2\gamma) + aa(1 - 5\cos^2\alpha) + bb(1 - 5\cos^2\beta)\right),$$

quae prae prima sunt vehementer parvae.

*

Deinde ista vis etiam hoc modo referri potest, ut aequivaleat

$$\text{vi secund. } HJ = \frac{Mm}{hh}\Big(1 + \frac{5aa}{2hh}(1-3\cos^2\alpha) + \frac{5bb}{2hh}(1-3\cos^2\beta) + \frac{5cc}{2hh}(1-3\cos^2\gamma)\Big),$$

insuperque his tribus valde parvis

$$\text{vi sec. } H\alpha = \frac{Mm\,(2aa - bb - cc)\cos\alpha}{h^4},$$

$$\text{vi sec. } H\beta = \frac{Mm\,(2bb - aa - cc)\cos\beta}{h^4},$$

$$\text{vi sec. } H\gamma = \frac{Mm\,(2cc - aa - bb)\cos\gamma}{h^4}.$$

Tum vero etiam hoc modo, ut aequivaleat

$$\text{vi sec. } HJ = \frac{Mm}{hh}\Big(1 + \frac{3aa}{2hh}(1-3\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1-3\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1-3\cos^2\gamma)\Big),$$

et insuper his exiguis tribus

$$\text{vi sec. } H\alpha = \frac{3Mm\cos\alpha}{h^4}\Big((aa-bb)\cos^2\beta + (aa-cc)\cos^2\gamma\Big),$$

$$\text{vi sec. } H\beta = \frac{3Mm\cos\beta}{h^4}\Big((bb-aa)\cos^2\alpha + (bb-cc)\cos^2\gamma\Big),$$

$$\text{vi sec. } H\gamma = \frac{3Mm\cos\gamma}{h^4}\Big((cc-aa)\cos^2\alpha + (cc-bb)\cos^2\beta\Big).$$

Hinc si corpusculum $m$ in plano axium $JA$ et $JB$ reperiatur, ut sit $\gamma = 90^0$ et $\alpha + \beta = 90^0$, vis id sollicitans constabit primo

$$\text{vi sec. } HJ = \frac{Mm}{hh}\Big(1 + \frac{3aa}{2hh}(1-3\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1-3\sin^2\alpha) + \frac{3cc}{2hh}\Big),$$

tum vero his duabus viribus

$$\text{vi sec. } H\alpha = \frac{3Mm\,(aa-bb)\cos\alpha\cos^2\beta}{h^4},$$

$$\text{vi sec. } H\beta = \frac{3Mm\,(bb-aa)\cos\beta\cos^2\alpha}{h^4}.$$

Unde si momenta principalia respectu axium $JA$ et $JB$ fuerint aequalia, hae duae postremae vires evanescunt, remanetque sola vis prior

$$\text{sec. } HJ = \frac{Mm}{hh}\Big(1 + \frac{3\,(cc-aa)}{2hh}\Big).$$

**44. Scholion 2.** Quemadmodum corpora coelestia tantopere a se invicem sunt remota, ut nostra approximatio solutionem perfectam praebere sit censenda, ita etiam commode usu venit, ut eorum momenta inertiae sint fere inter se aequalia, unde proxime perinde ad se attrahunt, ac si universa eorum massa in ipsorum centro inertiae esset collecta, quo casu vis attrahens perpetuo ad centrum inertiae foret directa, et quadrato distantiae reciproce proportionalis, prorsus uti Newtonu

statuit. Sin autem notabilis inaequalitas inter momenta inertiae intercederet, vis attrahens ab hac simplici lege ita aberraret, ut motus corpusculi attracti nonnisi difficillime inde definiri possit, praecipue si distantia non fuerit adeo magna. Cum enim corpusculum attractum continuo situm suum respectu axium principalium mutet, in motu ejus non solum distantia $h$, sed etiam anguli $\alpha$, $\beta$, $\gamma$ erunt quantitates variabiles, viresque assignatae maximam in calculo parient difficultatem. Unico casu difficultas minueretur, quando scilicet corporis attrahentis duo momenta principalia inter se fuerint aequalia, corpusque attractum in horum binorum axium plano moveatur: tum enim vis attrahens perpetuo ad centrum inertiae corporis attrahentis dirigetur, atque per solam distantiam determinabitur; verumtamen duabus constabit partibus, quarum altera quadrato, altera vero biquadrato distantiae erit reciproce proportionalis, quippe quae ut vidimus est $=\frac{Mm}{hh}+\frac{3Mm(cc-aa)}{2h^4}$, ubi quidem ob duplicem rationem pars posterior prae priori est vehementer parva, primo scilicet, quod quantitas $hh$ plurimum superet quantitates $cc$ et $aa$, tum vero quod ista quadrata $aa$ et $cc$ sint proxime inter se aequalia. Quod quo clarius perspiciatur, sit corpus attrahens sphaeroides ellipticum homogeneum, genitum ex conversione ellipsis, cujus semiaxes sint $A$ et $C$, circa axem $2C$, ita ut bini semiaxes principales $JA$ et $JB$ futuri sint $=A$, ac tertius $JC=C$. Cum igitur massa istius corporis sit $M=\frac{4}{3}\pi ACC$, erit momentum inertiae respectu axium $JA$ et $JB=\frac{1}{5}M(AA+CC)$, et respectu axis $JC=\frac{2}{5}MAA$, unde pro nostra formula fiet $aa=bb=\frac{AA+CC}{5}$ et $cc=\frac{2AA}{5}$, hincque $cc-aa=\frac{1}{5}(AA-CC)$. Quare si corpus fuerit sphaeroides compressum, uti terra, erit $AA>CC$, aliudque corpusculum circa id in plano aequatoris moveatur, vis attrahens major erit quam $\frac{Mm}{hh}$, et excessus erit biquadrato distantiae reciproce proportionalis, tota vi existente $=\frac{Mm}{hh}+\frac{3Mm(AA-CC)}{10h^4}$. Unde si semiaxes $A$ et $C$ proxime fuerint aequales, pars posterior prae priori fere pro evanescente haberi potest.

45. **Scholion 3.** Cum corpus solis sit fere perfecte sphaericum, in viribus, quibus planetae ad solem urgentur, haec inaequalitas tuto negligi potest, id quod etiam de viribus, quibus planetae primarii se mutuo attrahunt, multo magis est tenendum, cum hae vires ipsae prae vi solis sint vehementer exiguae. In motu quidem lunae aberratio figurae terrae a sphaerica alicujus momenti esse posse videtur, cum ob lunae vicinitatem, tum vero quod terrae figura magis a sphaerica recedat quam solis. Imprimis autem quando motus satellitum Jovis ac Saturni scrutari lubuerit, hujus aberrationis rationem haberi conveniet, propterea quod figura Jovis non parum a sphaerica recedit, cum ratio semiaxium $A:C$ fere ut $11:10$ reputatur, ac vicinitas satellitum hanc aberrationem eo magis adauget. In Saturno autem praeter eandem rationem annulus in vi attrahente notabilem perturbationem generare debet. Si enim annulus tanquam pars corporis Saturni spectetur, hoc figuram sphaeroidis admodum compressi induere est censendum. His autem casibus commode evenit, ut satellites Jovis fere in plano aequatoris hujus planetae, satellites Saturni autem fere in plano annuli revolvantur, quod si secus eveniret, investigationem motus satellitum ne suscipere quidem liceret. Quemadmodum autem figura corporis attrahentis hujusmodi anomaliam in vi attrahente gignere valet, ita similis anomalia quoque ex figura corporis attracti resultat, id quod in sequente problemate plenius ostendemus.

46. **Problema 2.** (Fig. 173.) Si corpus finitum attrahatur ad punctum $N$ valde remotum, seu ad corpus, cujus totam massam in eo puncto collectam concipere licet, invenire vim attractricem, qua illud corpus sollicitatur.

**Solutio.** Sit $J$ centrum inertiae corporis attracti, et $JA$, $JB$, $JC$ ejus axes principales, quorum respectu ejus momenta inertiae sint $Maa$, $Mbb$, $Mcc$, denotante littera $M$ ejus massam. Corporis autem attrahentis centrum inertiae sit in $N$, cujus effectus ut perinde se habeat, ac si tota ejus massa, quae sit $= N$, in puncto $N$ esset collecta, hujus corporis momenta inertiae omnia inter se aequalia sunt concipienda, quemadmodum ex § 40 intelligitur. Hoc posito, singula corporis $ABC$ elementa ad ipsum punctum $N$ attrahantur viribus distantiarum quadratis reciproce proportionalibus, et quoniam hae vires aequales sunt et contrariae viribus, quibus corpusculum in $N$ collocatum, cujus quidem massa esset $= N$, ad singula corporis $M$ elementa attrahitur, vis etiam tota, qua corpus $M$ a corpore $N$ sollicitatur, aequalis et contraria erit vi, qua corpus $N$, ut punctum consideratum, a corpore $M$ attrahitur, et quam in problemate praecedente determinavimus. Ponatur ergo centrorum inertiae distantia $JN = h$, et anguli $NJA = \alpha$, $NJB = \beta$, $NJC = \gamma$, ductisque ex $N$ rectis $N\alpha$, $N\beta$, $N\gamma$ parallelis ternis axibus principalibus $JA$, $JB$, $JC$ corporis attracti, vires, quibus corpus $ABC$ sollicitatur, ita ad directiones $N\alpha$, $N\beta$, $N\gamma$ reducentur, ut sit vis

$$\text{sec. } N\alpha = \frac{MN\cos\alpha}{hh}\Big(1 + \frac{3aa}{2hh}(3 - 5\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 5\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1 - 5\cos^2\gamma)\Big),$$

$$\text{sec. } N\beta = \frac{MN\cos\beta}{hh}\Big(1 + \frac{3bb}{2hh}(3 - 5\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1 - 5\cos^2\gamma) + \frac{3aa}{2hh}(1 - 5\cos^2\alpha)\Big),$$

$$\text{sec. } N\gamma = \frac{MN\cos\gamma}{hh}\Big(1 + \frac{3cc}{2hh}(3 - 5\cos^2\gamma) + \frac{3aa}{2hh}(1 - 5\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 5\cos^2\beta)\Big),$$

quippe quae sunt aequales et contrariae iis, quas in problemate praecedente invenimus, nisi quo hic corporis attrahentis massa sit $N$, cum ibi ejus loco habuissemus litteram $m$. Etsi autem ha vires hic ad punctum $N$ sint relatae, tamen corpus $ABC$ sollicitare sunt censendae; scilicet quae oportet vim illis ternis aequivalentem, cujus directio ad corpus $ABC$ usque producta vim hoc cor pus sollicitantem manifestabit. Potest autem ex his viribus una vis elici secundum directionem $J$ sollicitans, quae quasi vis primaria spectari potest, prae qua reliquae sint valde parvae. Scilicet u in § 43 vires corpus $ABC$ sollicitantes ita repraesentari possunt, ut primo adsit

$$\text{vis sec. } JN = \frac{MN}{hh}\Big(1 + \frac{5aa}{2hh}(1 - 3\cos^2\alpha) + \frac{5bb}{2hh}(1 - 3\cos^2\beta) + \frac{5cc}{2hh}(1 - 3\cos^2\gamma)\Big),$$

tum vero hae tres vires valde exiguae

$$\text{sec. } N\alpha = \frac{MN(2aa - bb - cc)\cos\alpha}{h^4},$$

$$\text{sec. } N\beta = \frac{MN(2bb - aa - cc)\cos\beta}{h^4},$$

$$\text{sec. } N\gamma = \frac{MN(2cc - aa - bb)\cos\gamma}{h^4}.$$

Vel etiam hoc modo ut primo adsit vis principalis

$$\text{sec. } JN = \frac{MN}{hh}\left(1 + \frac{3aa}{2hh}(1 - 3\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 3\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1 - 3\cos^2\gamma)\right)$$

c praeterea hae tres vires minimae

$$\text{sec. } N\alpha = \frac{3MN\cos\alpha}{h^4}\left((aa - bb)\cos^2\beta + (aa - cc)\cos^2\gamma\right),$$

$$\text{sec. } N\beta = \frac{3MN\cos\beta}{h^4}\left((bb - aa)\cos^2\alpha + (bb - cc)\cos^2\gamma\right),$$

$$\text{sec. } N\gamma = \frac{3MN\cos\gamma}{h^4}\left((cc - aa)\cos^2\alpha + (cc - bb)\cos^2\beta\right).$$

47. **Coroll. 1.** Si igitur et corporis $ABC$ terna momenta principalia fuerint inter se aequalia, ola vis secundum $JN = \frac{MN}{hh}$ relinquitur, et ambo corpora utut finita perinde se attrahant, ac si triusque massa in suo centro inertiae esset collecta, ac tum directio vis attractricis per utriusque entrum inertiae transit.

48. **Coroll. 2.** Si corpus attrahens $N$ in plano $AJB$ binis axibus principalibus $JA$ et $JB$ corporis attracti determinato versetur, erit $\gamma = 90^0$ et $\alpha + \beta = 90^0$; unde hoc casu habebitur

$$\text{vis sec. } JN = \frac{MN}{hh}\left(1 + \frac{3aa}{2hh}(1 - 3\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1 - 3\sin^2\alpha) + \frac{3cc}{2hh}\right),$$

: praeterea hae duae tantum vires valde parvae

$$\text{vis sec. } N\alpha = \frac{3MN(aa - bb)\cos\alpha\cos^2\beta}{h^4},$$

$$\text{vis sec. } N\beta = \frac{3MN(bb - aa)\cos\beta\cos^2\alpha}{h^4}.$$

49. **Coroll. 3.** Quare si hoc casu corporis attracti momenta inertiae respectu axium $JA$ et ? fuerint inter se aequalia, binae vires exiguae secundum $N\alpha$ et $N\beta$ evanescunt, relinquiturque vis trahens sola secundum $JN = \frac{MN}{hh}\left(1 + \frac{3(cc - aa)}{2hh}\right)$, quae ergo partim quadrato partim biquadrato stantiae est proportionalis.

50. **Coroll. 4.** In genere autem si fuerit $bb = aa$, seu corporis $ABC$ omnia momenta inertiae spectu axium in plano $AJB$ sumtorum sint aequalia, vis sollicitans constabit

$$\text{vi sec. } JN = \frac{MN}{hh}\left(1 + \frac{3(cc - aa)(1 - 3\cos^2\gamma)}{2hh}\right)$$

insuper his viribus exiguis

$$\text{vi sec. } N\alpha = \frac{3MN(aa - cc)\cos\alpha\cos^2\gamma}{h^4},$$

$$\text{vi sec. } N\beta = \frac{3MN(aa - cc)\cos\beta\cos^2\gamma}{h^4},$$

$$\text{vi sec. } N\gamma = \frac{3MN(cc - aa)\cos\gamma\sin^2\gamma}{h^4}.$$

51. **Scholion 1.** Effectus ab his viribus oriundus duplici modo se habet, prout vel solum motum progressivum corporis $ABC$ afficit, vel ejus motum gyratorium, quos binos effectus seorsim definire licet. Quodsi ergo ad solum motum progressivum corporis $ABC$ respiciamus, singulas vires sollicitantes, tanquam ipsi ejus centro inertiae $J$ in suis directionibus applicatas consideramus, a propterea corpus tum ab his viribus sollicitatum est censendum, primo a

$$\text{vi sec. } JN = \frac{MN}{hh}\left(1 + \frac{3aa}{2hh}(1-3\cos^2\alpha) + \frac{3bb}{2hh}(1-3\cos^2\beta) + \frac{3cc}{2hh}(1-3\cos^2\gamma)\right)$$

ac praeterea ab his tribus exiguis viribus

$$\text{vi sec. } JA = \frac{3MN}{h^4}\cos\alpha\left((aa-bb)\cos^2\beta + (aa-cc)\cos^2\gamma\right),$$

$$\text{vi sec. } JB = \frac{3MN}{h^4}\cos\beta\left((bb-cc)\cos^2\gamma + (bb-aa)\cos^2\alpha\right),$$

$$\text{vi sec. } JC = \frac{3MN}{h^4}\cos\gamma\left((cc-aa)\cos^2\alpha + (cc-bb)\cos^2\beta\right).$$

Sin autem perturbationem motus vertiginis, quo corpus $ABC$ circumagitur, definire velimus, no tam ad ipsas vires, quam earum momenta respectu axium principalium respicere debemus. Ex viribus autem secundum directiones $N\alpha$, $N\beta$, $N\gamma$ agentibus colligimus primo momentum respectu ax $JA$ in sensum $BC$ tendens $=$ vi $N\gamma.FG$ — vi $N\beta.GN =$ vi $N\gamma.h\cos\beta$ — vi $N\beta.h\cos\gamma$. Cum ergo v primaria secundum $JN$ nullum praebeat momentum, ex viribus exiguis sequentia colligimus moment

I. Momentum respectu axis $JA$ in sensum $BC = \frac{3MN(cc-bb)\cos\beta\cos\gamma}{h^3}$,

II. Momentum respectu axis $JB$ in sensum $CA = \frac{3MN(aa-cc)\cos\alpha\cos\gamma}{h^3}$,

III. Momentum respectu axis $JC$ in sensum $AB = \frac{3MN(bb-aa)\cos\alpha\cos\beta}{h^3}$,

unde quemadmodum perturbatio motus gyratorii definiri debeat, in libro superiori abunde est ostensu.

52. **Scholion 2.** Si corpora coelestia essent perfecte sphaerica et ex materia homogenea co- flata, seu saltem eorum momenta inertiae inter se aequalia, haud aliter se mutuo attraherent, ac i singulorum massae in suo quaeque centro inertiae essent collectae, quam hypothesin etiam Newtons in investigatione motuum coelestium assumsit. Verum si corpora coelestia ab hac figura receda, iisdem principiis inducti videmus vires attractrices neque ad centrum inertiae cujusque corporis te- dere, neque exacte quadratis distantiarum reciproce esse proportionales, ac nunc quidem intelligims aberrationem ab hac lege a duplici causa proficisci, a figura scilicet non sphaerica tam corpois attrahentis quam corporis attracti. In primo nempe problemate in corpore attracto momenta inertie aequalia, et in attrahente inaequalia; in secundo autem problemate in corpore attracto momenta i- ertiae inaequalia et in attrahente aequalia sumsimus; unde dum alterum corpus habeat momenta ia inertiae aequalia, inde vis attractrix determinari potest. Superesset igitur, ut investigaremus quoie casum, quo ambo corpora habeant sua momenta inertiae inaequalia; verum etiamsi hanc investia- tionem feliciter expediremus, vix quicquam lucri inde consequeremur, cum calculus pro motu der-

minando instituendus nimis difficilis redderetur. Quo etiam facile erit vim attrahentem his casibus proxime assignare, modo unum modo alterum corpus tanquam sphaericum spectando et aberrationes a lege vulgari colligendo. Sed plerumque hae aberrationes tam sunt exiguae pro motu progressivo, ut satis tuto negligi queant; pro motu autem vertiginis sufficit figuram corporis attracti considerasse, quoniam vires sollicitantes per praelongos vectes agunt, unde tanta earum momenta nascuntur, ut prae iis momenta virium, quae ex figura corporis attracti resultarent, pro nihilo essent habenda, quandoquidem hae in ipso corpore attracto applicatae sunt censendae, ideoque nonnisi exigua momenta producere valent.

53. **Scholion 3.** Hae ergo sunt vires, quibus corpora coelestia sollicitantur, et ex quarum actione eorum motus ex principiis mechanicis investigari oportet, qui, quin deinceps vicissim cum observationibus exactissime conveniant, eo minus est dubitandum, cum existentia harum virium sit per ipsas observationes confirmata. Cum igitur hae vires neque sint quadratis distantiarum reciproce proportionales, neque ad ipsa centra inertiae cujusque corporis tendant, nisi corpora sint sphaerica, seu omnia momenta inertiae habeant aequalia, in multo difficiliores investigationes delabimur, quam quidem Newtonus susceperat. Praeterea vero insigne dubium hic oritur, an hae vires solae in mundo existant, quibus corpora coelestia sollicitentur? Etsi enim phaenomena alias nobis non patefaciant, tamen cum universum spatium aethere, utpote luminis vehiculo sit repletum, fieri omnino nequit, quin inde resistentia quaedam nascatur, quam corpora coelestia in motu suo patiantur. Nam quantumvis etiam subtilem aetheris materiam fingamus, tamen neque liberrime corpora crassiora penetrare statui potest, neque ea usque adeo poris plena concipere licet, ut in motu suo nullos plane impetus ab aethere sustineant. Ob poros quidem aetheri pervios concedere debemus, ejus resistentiam prae ea, quam alia fluida objicerent, multo minorem esse quam pro ratione densitatis; scilicet si aether esset centies millies rarior aëre, resistentia multo magis quam centies millies minor esset statuenda prae ea, quam idem corpus pari celeritate motum in aëre sentiret. Si quis objicere vellet, aetherem cuique corpori coelesti vicinum pari celeritate proferri, ideoque nullam inde resistentiam oriri, quod quidem nulla ratione confirmari potest, is tamen concedere teneretur, cometas resistentiam pati debere. Quod autem effectum hujusmodi resistentiae non percipiamus, causa est, quod nonnisi post plura secula sensibilis evadat: ac tantum abest, ut observationes huic sententiae plane adversentur, ut potius in motu lunae talis effectus animadverti videatur.

54. **Theorema.** Quotcunque fuerint corpora, quae se mutuo attrahant, et quomodocunque moveantur, eorum commune centrum inertiae vel quiescit, vel uniformiter in directum promovetur.

**Demonstratio.** Veritas hujus theorematis isto nititur fundamento, quod vires, quibus duo quaeque corpora se invicem attrahunt, sint inter se aequales et in contrarium directae. Scilicet si fuerint (fig. 174) duo corpora quaecunque *Ma* et *Nb*, et vis, qua se mutuo attrahunt $= V$, cujus directio sit recta *ab*, ita ut corpus *Ma* a corpore *Nb* sollicitetur a vi $= V$ in directione *ab*, corpus vero *Nb* a corpore *Ma* vi $= V$ in directione *ba*. Considerentur utriusque corporis centra inertiae, quae sint in *A* et *B*, et quatenus tantum ad motum progressivum horum corporum respicimus,

utrique corpori vis, qua sollicitatur, in ipso centro inertiae secundum eandem directionem applicata est concipienda. Hinc corpus $A$ sollicitari censendum est vi $= V$ in directione $A\alpha$, et corpus $B$ vi $= V$ in directione $B\beta$, ita ut vires sint aequales et directiones parallelae oppositaeque. Quare si motus ad ternas directiones fixas referatur, et vis corpus $A$ sollicitans secundum has ternas directiones resoluta praebeat vires $P$, $Q$, $R$, vis corpus $B$ sollicitans eodem modo resoluta dabit vires $-P$, $-Q$, $-R$. His positis (fig. 175) sint corpora quotcunque se mutuo attrahentia, quorum massae, in cujusque centro inertiae $A$, $B$, $C$ collectae, denotentur literis $A$, $B$, $C$, pro quibus coordinatae ternis directionibus fixis $OE$, $OF$, $OG$ parallelae statuantur

$$O\alpha = x,\ \alpha a = y,\ aA = z;\quad O\beta = x',\ \beta b = y',\ bB = z';\quad O\gamma = x'',\ \gamma c = y'',\ cC = z''.$$

Sit porro vis, qua corpora $A$ et $B$ se mutuo attrahunt, $= V$, vis corporum $A$ et $C = V'$ et vis corporum $B$ et $C = V''$, quae secundum easdem directiones fixas resolutae dent vires $P$, $Q$, $R$, $P'$, $Q'$, $R'$, et $P''$, $Q''$, $R''$ atque

| corpus | sollicitabitur secundum | | |
|---|---|---|---|
| | direct. $OE$ | direct. $OF$ | direct. $OG$ |
| $A$ | $+P+P'$ | $+Q+Q'$ | $+R+R'$ |
| $B$ | $-P+P''$ | $-Q+Q''$ | $-R+R''$ |
| $C$ | $-P'-P''$ | $-Q'-Q''$ | $-R'-R''$ |

Jam ex principiis accelerationis, sumto elemento temporis $dt$ constante, colligimus formulas sequentes:

$$Addx = 2gdt^2(+P+P');\quad Addy = 2gdt^2(+Q+Q');\quad Addz = 2gdt^2(+R+R')$$
$$Bddx' = 2gdt^2(-P+P'');\quad Bddy' = 2gdt^2(-Q+Q'');\quad Bddz' = 2gdt^2(-R+R'')$$
$$Cddx'' = 2gdt^2(-P'-P'');\quad Cddy'' = 2gdt^2(-Q'-Q'');\quad Cddz'' = 2gdt^2(-R'-R'')$$

unde concludimus

$$Addx + Bddx' + Cddx'' = 0$$
$$Addy + Bddy' + Cddy'' = 0$$
$$Addz + Bddz' + Cddz'' = 0,$$

simulque patet si plura tribus fuerint corpora, hujusmodi ternas aequationes semper oriri debere. Hinc ergo integrando consequimur

$$Adx + Bdx' + Cdx'' = Edt;\quad Ax + Bx' + Cx'' = Et + \mathfrak{E}$$
$$Ady + Bdy' + Cdy'' = Fdt;\quad Ay + By' + Cy'' = Ft + \mathfrak{F}$$
$$Adz + Bdz' + Cdz'' = Gdt;\quad Az + Bz' + Cz'' = Gt + \mathfrak{G},$$

unde apparet, commune centrum inertiae corporum secundum singulas directiones $OE$, $OF$, $OG$ uniformiter proferri, ideoque ejus motum verum fore uniformem in directum. Nisi igitur commune centrum inertiae quiescat, certe uniformiter in directum profertur.

55. **Coroll. 1.** Si igitur toti systemati motus aequalis et contrarius ei, quo commune centrum inertiae progreditur, imprimi concipiatur, corpora ita movebuntur, ut commune centrum inertiae in quiete persistat.

56. **Coroll. 2.** Hoc autem motu superaddito, motus corporum respectivus inter se non mutabitur, ex quo totius mundi commune centrum inertiae tanquam quiescens spectari potest, motus enim singulorum corporum ab iisdem viribus efficietur, sive istud centrum quiescat, sive uniformiter in directum promoveatur.

57. **Coroll. 3.** Quare si motum corporum respectivum, respectu communis centri inertiae definire velimus, non alias vires, praeter eas, quibus singula corpora revera sollicitantur, considerari opus est.

58. **Scholion 1.** In Astronomia autem neque motus corporum coelestium absolutos, neque ad eorum commune centrum inertiae relatos contemplari solemus, sed potius propositum est eorum motus respectu corporis cujuspiam mundani, quales spectatori, in ejus centro inertiae collocato, essent appariturі, assignare. Ita motus planetarum primariorum ut et cometarum ad centrum solis, secundariorum vero ad centrum primarii referri solent. Ut autem hi motus apparentes per calculum reperiantur, id corpus, ex cujus centro ii spectari concipiuntur, tanquam quiescens assumitur, reliquis vero, praeter vires, quibus revera sollicitantur, insuper vires applicari debent, quae sint similes et contrariae iis, quibus corpus quiescens urgetur; scilicet hae vires primo per massam corporis quiescentis dividi, tum vero iterum per massam cujusque corporis moti, cui sunt applicandae, multiplicari debent, ut in his corporibus aequalem et contrariam motus perturbationem producant ei, quam in corpore, quod quiescens assumitur, producturae fuissent. Haec regula rite observata perducet ad motus apparentes, ex quibus deinceps motus veri, si motus corporis, quod pro quiescente assumitur, fuerit cognitus, facile definiuntur, siquidem opus fuerit eos nosse: semper enim sufficit motus tantum respectivos inter se habere cognitos. Ac si hos motus respectu unius noverimus, facile respectu cujusque alius determinabimus, quemadmodum Astronomi ex locis planetarum heliocentricis eorum loca geometrica elicere solent: scilicet cognito motu planetarum ac proinde etiam terrae, qualis ex centro solis esset apparituras, per solam Geometriam inde colligitur motus eorum, quo spectatori in centro terrae posito progredi videntur, unde deinceps etiam motus apparens pro spectatoribus in superficie terrae constitutis facile concluditur.

59. **Scholion 2.** Cum numerus corporum in mundo existentium et se mutuo attrahentium sit quasi infinitus, eorum motus exactissime definire haud licet, nisi pro corporum se mutuo attrahentium numero quantumvis magno motus inde oriundos determinare voluerimus, quod problema tantis calculi difficultatibus involutum deprehenditur, ut sagacitas humana illi enodando minime sufficere videatur. Verum corpora mundana ita commode a sapientissimo Conditore disposita deprehenduntur, ut primo sol et stellae fixae tam vastis a se invicem intervallis sint remotae, ut vires, quibus in se mutuo agunt, non obstante horum corporum insigni mole, pro nihilo sint reputandae; unde fit, ut stellas fixas cum sole tanquam corpora quiescentia et nullis viribus se mutuo sollicitantia spectare liceat, quod commodum neutiquam locum esset habiturum, si minoribus intervallis a se invicem distarent. Deinde etiam planetae et cometae nunquam tantopere a sole recedere videntur, ut vires, quas a stellis fixis sustinent, prae vi solis quicquam momenti adipiscantur. Tum vero etiam planetae principales et cometae pro suis massis tantis distantiis a se invicem manent sejuncti, ut vires, qui-

bus se mutuo afficiunt, prae viribus, quibus ad solem tendunt, sint satis exiguae. Luna autem ac satellites Jovis et Saturni tam vicini sunt suis principalibus, ut vires, quibus ad eos urgentur, plurimum excedant ipsam vim solis. Quare pro motu omnium horum corporum proxime determinando sufficit unicam vim considerasse, dum reliquae prae ea sint valde parvae, quarum effectus tantum in exiguis perturbationibus producendis consumuntur, quas ope methodi approximandi definire licet. Sin autem vel planetae primarii sibi essent multo propiores, vel satellites a suis principalibus magis distarent, nullo fere modo ad motus eorum cognitionem pertingere possemus.

60. **Scholion 3.** Primo ergo duo tantum corpora se mutuo attrahentia comtemplari conveniet, ubi quidem eorum indoles, prout fuerint sphaerica vel non sphaerica, investigationem bipartitam reddet. Nomine autem corporum sphaericorum complector omnia ea, in quibus terna momenta principalia sunt aequalia, reliqua omnia non sphaerica appellans. Sphaeroidica autem corpora in genere mihi erunt ea, in quibus duo momentorum principalia sunt aequalia, quae ergo unico axe principali sunt praedita, dum bini reliqui fuerint indefiniti, atque ad hoc genus omnia corpora coelestia referenda videntur. Expedito autem binorum corporum motu, ad terna progrediamur, quousque scilicet licuerit. Si enim problema in genere resolvere nequeamus, contenti esse poterimus approximationibus inde petitis, quod prae una vi reliquae sint valde exiguae, qui casus in mundo ubique locum habere videtur. Denique quid aetheris resistentia valeat erit inquirendum, ac tandem perturbatio in motu vertiginis a momentis virium sollicitantium oriunda Astronomiae mechanicae finem imponet.

---

## Caput II.

### De motu duorum corporum sphaericorum se mutuo attrahentium.

61. **Problema.** Si duo corpora sphaerica se mutuo attrahant, definire motum alterius, qualis spectatori in alterius centro posito est appariturus, ad planum, in quo ipse motus absolvitur, relatum.

**Solutio.** (Fig. 176.) Sint $A$ et $B$ duo corpora, quae litterae simul eorum massas denotent, et observator constitutus sit in centro corporis $A$, quod propterea ut quiescens consideretur. Jam quia virium, quibus se mutuo attrahunt, directio per utriusque centrum transit, quomodocunque corpus $B$ moveri coeperit, directio vis sollicitantis semper est in plano per motus directionem et centrum corporis $A$ transeunte, ideoque corpus $B$ in eodem plano progredi perget. Quare tabula repraesentet hoc planum, in quo centrum corporis $B$ moveri videtur, et cum initio ex $E$ fuerit egressum, elapso tempore $t$ pervenerit in $B$, ita ut circa $A$ confecerit angulum $EAB = \varphi$, sitque distantia $AB = v$, unde patet si ad quodvis tempus $t$ tam angulum $EAB = \varphi$ quam distantiam $AB = v$ assignare potuerimus, motum corporis $B$ perfecte fore cognitum. Cum igitur $B$ trahatur ad $A$ in directione $BA$ vi $= \frac{A}{vv}$, parique vi corpus $A$ ad $B$ in directione $AB$ sollicitetur, haec posterior vis in corpus $B$ translata fiet $= \frac{B}{vv}$, idque in directione $AB$ afficere censendum est, ita

ut jam corpus $B$ sollicitetur omnino vi $= \frac{B(A+B)}{vv}$ in directione $BA$, quoniam corpus $A$ ut quiescens consideramus. Ex $B$ in directionem fixam $AE$ demisso perpendiculo $BX$, ut sit $AX = v\cos\varphi$ et $XB = v\sin\varphi$, et secundum easdem directiones vis $BA = \frac{B(A+B)}{vv}$ resolvatur, erit vis secundum $XA = \frac{B(A+B)}{vv}\cos\varphi$, et vis secundum $BX = \frac{B(A+B)}{vv}\sin\varphi$. Hinc sumto elemento temporis $dt$ constante, ex principiis Mechanicae elicimus has binas aequationes:

$$dd.v\cos\varphi = \frac{-2g(A+B)}{vv}dt^2\cos\varphi; \qquad dd.v\sin\varphi = \frac{-2g(A+B)}{vv}dt^2\sin\varphi,$$

ubi $g$ est altitudo, per quam grave delabitur tempore unius minuti secundi, siquidem tempus $t$ detur in minutis secundis; at hic formula virium per certam constantem multiplicari oporteret, cujus magnitudo ex dato casu esset definienda. Verum hanc ipsam constantem sine ulla confusione subintelligere licet. En ergo has duas aequationes solutionem problematis continentes:

$$\text{I.} \quad ddv\cos\varphi - 2dvd\varphi\sin\varphi - vd\varphi^2\cos\varphi - vdd\varphi\sin\varphi = \frac{-2g(A+B)}{vv}dt^2\cos\varphi,$$

$$\text{II.} \quad ddv\sin\varphi + 2dvd\varphi\cos\varphi - vd\varphi^2\sin\varphi + vdd\varphi\cos\varphi = \frac{-2g(A+B)}{vv}dt^2\sin\varphi,$$

unde haec combinatio $\text{II}.\cos\varphi - \text{I}.\sin\varphi$ praebet

$$2dvd\varphi + vdd\varphi = 0,$$

quae per $v$ multiplicata dat hoc integrale

$$vvd\varphi = Cdt \quad \text{hincque} \quad d\varphi = \frac{Cdt}{vv}.$$

At prima aequatio per $v$ multiplicata ita repraesentari potest:

$$vddv\cos\varphi - d.vvd\varphi\sin\varphi = \frac{-2g(A+B)}{v}dt^2\cos\varphi,$$

ubi, ob $vvd\varphi = Cdt$, est $d.vvd\varphi\sin\varphi = Cdtd\varphi\cos\varphi$, ideoque

$$vddv - Cdtd\varphi + \frac{2g(A+B)}{v}dt^2 = 0, \quad \text{seu}$$

$$vddv - \frac{CCdt^2}{vv} + \frac{2g(A+B)}{v}dt^2 = 0,$$

quae multiplicata per $\frac{2dv}{v}$ praebet

$$2dvddv - \frac{2CCdt^2dv}{v^3} + \frac{4g(A+B)dt^2}{vv} = 0,$$

cujus integrale est

$$dv^2 + \frac{CCdt^2}{vv} - \frac{4g(A+B)dt^2}{v} = Ddt^2,$$

unde elicitur

$$dt = \frac{vdv}{\sqrt{(Dvv + 4g(A+B)v - CC)}}$$

hincque

$$d\varphi = \frac{Cdv}{v\sqrt{(Dvv + 4g(A+B)v - CC)}}.$$

Cum igitur hinc per $v$ definiantur tam $t$ et $\varphi$, vicissim pro dato tempore $t$ assignare licebit valores variabilium $v$ et $\varphi$.

62. **Coroll. 1.** Prima aequatio integralis $vvd\varphi = Cdt$ continet elementum areae descriptae $BAb$, quod est $= \frac{1}{2} vvd\varphi$, unde tota area $EAB = \frac{1}{2}\int vvd\varphi$ aequalis fit $\frac{1}{2} Ct$, ideoque tempori est proportionalis.

63. **Coroll. 2.** Aequatio inter $v$ et $\varphi$ inventa

$$d\varphi = \frac{Cdv}{v\sqrt{(Dvv + 4g(A+B)v - CC)}}$$

exprimit naturam curvae $EB$, quam corpus $B$ circa $A$ describere videtur. Eam autem esse sectionem conicam mox ostendemus.

64. **Coroll. 3.** Cum $-CC$ necessario sit quantitas negativa, ex formula irrationali

$$\sqrt{(Dvv + 4g(A+B)v - CC)}$$

patet distantiam $v$ evanescere nunquam posse, nisi sit $C = 0$, quo casu ob $d\varphi = 0$, corpus $B$ in linea recta ad $A$ esset accessurum.

65. **Coroll. 4.** At si non est $C = 0$, necesse est, ut distantia $v$ semper limitem quendam superet, qui limes, si constans $D$ sit positiva, est

$$= \frac{\sqrt{(4gg(A+B)^2 + CCD)} - 2g(A+B)}{D}.$$

Sin autem $D$ sit quantitas negativa $= -E$, erit limes

$$= \frac{2g(A+B) - \sqrt{(4gg(A+B)^2 - CCE)}}{E};$$

at si $D = 0$, limes iste fit $= \frac{CC}{4g(A+B)}$.

## Resolutio formularum.

66. Quoniam distantia $v$ superare debet certum limitem, si hic ponatur $= h$, erit $v - h$ factor formulae post signum radicale $Dvv + 4g(A+B)v - CC$, et alter factor erit formae $k \pm v$, prout $D$ fuerit vel positivum vel negativum. Commodius autem scopum attingemus ponendo $v = \frac{f}{u}$; unde ob $dv = \frac{-fdu}{uu}$, erit

$$dt = \frac{-ffdu}{uu\sqrt{(Dff + 4fg(A+B)u - CCuu)}}$$

et $$d\varphi = \frac{-Cdu}{\sqrt{(Dff + 4fg(A+B)u - CCuu)}}.$$

Hic si ponatur $Cu = Cp + \frac{2fg(A+B)}{C}$, fit formula radicalis $= \sqrt{(Dff + \frac{4ffgg(A+B)^2}{CC} - CCpp)}$, unde ob $-Cdu = -Cdp$, integrale posterioris aequationis erit

$$\alpha + \varphi = \text{Arc.}\cos.\frac{CCp}{\sqrt{(CCDff + 4ffgg(A+B)^2)}}.$$

Habebimus ergo

$$p = \frac{f\cos(\alpha+\varphi)}{CC}\sqrt{(CCD + 4gg(A+B)^2)}$$

$$\text{et}\quad u = \frac{2fg(A+B)}{CC} + \frac{f\cos(\alpha+\varphi)}{CC}\sqrt{(CCD + 4gg(A+B)^2)}.$$

Quo has formulas commodiores reddamus, constantes ita definiamus, ut fiat $u = 1 + n\cos s$, eritque

$$\alpha + \varphi = s,\quad \frac{2fg(A+B)}{CC} = 1 \quad \text{et} \quad \frac{f}{CC}\sqrt{(CCD + 4gg(A+B)^2)} = n.$$

Quare ob $CC = 2fg(A+B)$, sumtis quadratis habebitur

$$\frac{Df}{2g(A+B)} + 1 = nn \quad \text{et} \quad D = \frac{-2(1-nn)g(A+B)}{f}, \quad \text{seu} \quad D = \frac{-(1-nn)CC}{ff}.$$

Hinc pro signo radicali obtinebimus

$$\sqrt{(-CC + nnCC + 2CCu - CCuu)} = C\sqrt{(nn - (1-u)^2)},$$

quae, ob $u - 1 = n\cos s$ abit in $Cn\sin s$, ubi meminisse oportet esse $C = \sqrt{2fg(A+B)}$. Cum ergo sit

$$v = \frac{f}{1+n\cos s} \quad \text{et} \quad d\varphi = \frac{Cnds\sin s}{Cn\sin s} = ds, \text{ erit } \varphi = s + \text{Const.} \quad \text{et} \quad Cdt = \frac{ffds}{(1+n\cos s)^2},$$

unde elicimus

$$\frac{Ct}{ff} = \frac{1}{1-nn}\int\frac{ds}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)}.$$

Jam vero si $n < 1$ est

$$\int\frac{ds}{1+n\cos s} = \frac{1}{\sqrt{(1-nn)}}\text{Arc.}\cos\frac{n+\cos s}{1+n\cos s};$$

sin autem $n > 1$ erit

$$\int\frac{ds}{1+n\cos s} = \frac{1}{\sqrt{(nn-1)}}\log\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s}.$$

Casu autem quo $n = 1$ reperitur

$$\frac{Ct}{ff} = \int\frac{ds}{(1+\cos s)^2} = \frac{(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2}.$$

In hac ergo resolutione loco binarum constantium $C$ et $D$ aliae duae $f$ et $n$ introducuntur, et omnia per novam variabilem, angulum scilicet $s$, ita definiuntur ut sit

$$\text{I. } \varphi = s + \text{Const.} \quad \text{II. } v = \frac{f}{1+n\cos s} \quad \text{et} \quad dt\sqrt{2fg(A+B)} = \frac{ffds}{(1+n\cos s)^2}, \quad \text{sive}$$

$$\text{III. } t = \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2},$$

cujus solutionis usum et applicationem mox diligentius evolvemus.

67. **Scholion 1.** Binae aequationes differentio-differentiales in alias transformari possunt, ut anguli $\varphi$ sinus et cosinus elidantur. Uti enim $\text{II}.\cos\varphi - \text{I}.\sin\varphi$ praebet $2dv\,d\varphi + v\,dd\varphi = 0$, ita $\text{I}.\cos\varphi + \text{II}.\sin\varphi$ suppeditat hanc aequationem

$$ddv - vd\varphi^2 = \frac{-2g(A+B)}{vv}dt^2,$$

quarum illa per $v$ multiplicata et integrata statim praebet, ut vidimus, $vvd\varphi = Cdt$, qua aequabilis arearum descriptio continetur. Deinde posterior per $2dv$, prior vero per $2vd\varphi$ multiplicata in una summa praebent

$$2dv\,ddv + 2v\,dv\,d\varphi^2 + 2vv\,d\varphi\,dd\varphi = \frac{-4g(A+B)dv}{vv}dt^2,$$

quae integrata dat:

$$dv^2 + vv\,d\varphi^2 = Ddt^2 + \frac{4g(A+B)}{v}dt^2,$$

ubi $\sqrt{(dv^2 + vv\,d\varphi^2)}$ exprimit elementum spatii $Bb$ tempusculo $dt$ descripti, inde autem ob $vv\,d\varphi^2 = \frac{CCdt^2}{vv}$ altera aequatio integralis ante inventa elicitur. Juvabit autem has aequationes pluribus modis tractare, ut deinceps, cum hujusmodi aequationes magis complicatae occurrent, subsidia inde peti queant. Licet etiam has duas aequationes

$$2dv\,d\varphi + v\,dd\varphi = 0 \quad \text{et} \quad ddv - vd\varphi^2 + \frac{2g(A+B)}{vv}dt^2 = 0$$

hoc modo resolvere: Multiplicetur prior per $2v^3d\varphi$, ut habeatur $4v^3dv\,d\varphi^2 + 2v^4d\varphi\,dd\varphi = 0$, cujus integrale est $v^4d\varphi^2 = EEdt^2$, unde valor pro $dt^2$ in altera aequatione substitutus praebet

$$ddv - vd\varphi^2 + \frac{2g(A+B)vv\,d\varphi^2}{EE} = 0.$$

Cum autem hic adhuc sit $dt$ constans assumtum, ut ejus loco $d\varphi$ tanquam constans introducatur, multiplicetur per $2dv$, ut habeatur

$$2dv\,ddv - 2v\,dv\,d\varphi^2 + \frac{4g(A+B)vv\,dv}{EE}d\varphi^2 = 0$$

et loco $2dv\,ddv$ scribatur

$$dt^2d\cdot\frac{dv^2}{dt^2} = \frac{v^4d\varphi^2}{EE}d\cdot\frac{EEdv^2}{v^4d\varphi^2} = v^4d\cdot\frac{dv^2}{v^4}$$

et nunc elementum $d\varphi$ est constans. Statuatur porro $v = \frac{f}{u}$, erit $\frac{dv}{vv} = \frac{-du}{f}$ et $vdv = \frac{-ffdu}{u^3}$; sicque prodibit

$$\frac{f^4}{u^4}d\cdot\frac{du^2}{ff} + \frac{2ffdu\,d\varphi^2}{u^3} - \frac{4g(A+B)f^3du}{EEu^4}d\varphi^2 = 0,$$

$$\text{seu} \quad \frac{2du\,ddu}{u^4} + \frac{2du\,d\varphi^2}{u^3} - \frac{4fg(A+B)du}{EEu^4}d\varphi^2 = 0,$$

$$\text{vel} \quad 2du\,ddu + 2u\,du\,d\varphi^2 - \frac{4fg(A+B)du}{EE}d\varphi^2 = 0,$$

cujus integrale est

$$du^2 + uu\,d\varphi^2 - \frac{4fg\,(A+B)\,u\,d\varphi^2}{EE} = \frac{D\,d\varphi^2}{EE}.$$

unde colligitur

$$d\varphi = \frac{E\,du}{\sqrt{(D + 4fg\,(A+B)\,u - EEuu)}},$$

quae formula cum ante inventa congruit.

68. **Scholion 2.** Integralia formulae $\frac{ds}{(1+n\cos s)^2}$, quae prout fuerit $n < 1$, vel $n > 1$, vel $n = 1$ exhibuimus, per se sunt manifesta, uti ex differentiatione patet. Est ergo casu $n < 1$,

$$\int \frac{ds}{(1+n\cos s)^2} = \frac{1}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}} \operatorname{Arc.cos} \frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)};$$

sin autem sit $n > 1$, erit

$$\int \frac{ds}{(1+n\cos s)^2} = \frac{n\sin s}{(nn-1)(1+n\cos s)} - \frac{1}{(nn-1)^{\frac{3}{2}}} \log.\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s},$$

quarum formularum utraque casu $n = 1$ fit inepta; hoc autem casu $n = 1$ habetur

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^2} = \frac{(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2},$$

ubi praecipue notari meretur, quod in integrali eadem denominatoris potestas occurrit, atque in differentiali, cum alias sit unitate inferior. Simili modo est

$$\int \frac{ds}{1+\cos s} = \frac{\sin s}{1+\cos s}$$

atque adeo in genere formula $\int \frac{ds}{(1+\cos s)^n}$ integrari potest, cum sit

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^n} = \frac{n-1}{2n-1} \int \frac{ds}{(1+\cos s)^{n-1}} + \frac{1}{2n-1} \cdot \frac{\sin s}{(1+\cos s)^n},$$

unde sequentia integralia deducuntur

$$\int \frac{ds}{1+\cos s} = \frac{\sin s}{1+\cos s},$$

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^2} = \frac{\sin s\,(2+\cos s)}{3\,(1+\cos s)^2},$$

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^3} = \frac{\sin s\,(7+6\cos s+2\cos^2 s)}{3.5\,(1+\cos s)^3},$$

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^4} = \frac{\sin s\,(36+39\cos s+24\cos^2 s+6\cos^3 s)}{3.5.7\,(1+\cos s)^4},$$

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^5} = \frac{\sin s\,(249+300\cos s+252\cos^2 s+120\cos^3 s+24\cos^4 s)}{3.5.7.9\,(1+\cos s)^5},$$

etc.

quae evanescunt posito $s = 0$; ubi notandum si post integrationem ponatur $s = 90^0$, fore

$$\int \frac{ds}{(1+\cos s)^n} = \frac{1}{2n-1} + \frac{n-1}{(2n-1)(2n-3)} + \frac{(n-1)(n-2)}{(2n-1)(2n-3)(2n-5)} + \frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{(2n-1)(2n-3)(2n-5)(2n-7)} \text{ etc.},$$

quae series ad hanc progressionem infinitam reducitur

$$\frac{\sqrt{2}}{2n-1} + \frac{1.\sqrt{2}}{4(2n-3)} + \frac{1.3\sqrt{2}}{4.8(2n-5)} + \frac{1.3.5\sqrt{2}}{4.8.12(2n-7)} + \text{etc.}$$

Verum ad propositum revertentes, videamus hujusmodi curvam corpus $B$ sit descripturum, et qua lege per eam sit progressurum, ita ut ad datum quodvis tempus locus corporis assignari possit; quod fit cum distantiam $AB = v$, tum angulum $EAB = \varphi$ pro tempore $t$ definiendo.

69. **Problema.** Definire (fig. 176) naturam curvae $EB$, quam corpus $B$ motu suo ex $A$ spectato describit.

**Solutio.** Hic nullo respectu ad tempus habito, tantum ad relationem inter distantiam $AB = v$ et angulum $EAB = \varphi$ est spectandum, quae per angulum $s$ ita definiuntur, ut sit $\varphi = s + \alpha$ et $v = \frac{f}{1 + n\cos s}$. Statuantur coordinatae $AX = x$, $BX = y$, erit $vv = xx + yy$ et $x = v\cos\varphi$, $y = v\sin\varphi$, seu $\cos\varphi = \frac{x}{v}$, $\sin\varphi = \frac{y}{v}$. Cum ergo sit $s = \varphi - \alpha$, erit $\cos s = \frac{x\cos\alpha + y\sin\alpha}{v}$, unde fit $v + nx\cos\alpha + ny\sin\alpha = f$, ideoque

$$vv = xx + yy = (f - nx\cos\alpha - ny\sin\alpha)^2,$$

unde patet curvam esse sectionem conicam, cujus natura et positio ex aequatione $v = \frac{f}{1 + n\cos(\varphi - \alpha)}$ facilius intelligitur. Ac primo quidem liquet, si sit $n = 0$, ob $v = f$, curvam fore circulum centro $A$ et radio $= f$ descriptum. Deinde si $n$ sit numerus quicunque positivus, angulus $\varphi = \alpha$ dat minimam distantiam curvae a puncto $A$, quae est $= \frac{f}{1+n}$, ubi est $dv = 0$ ob $dv = \frac{nfd\varphi\sin(\varphi - \alpha)}{(1 + n\cos(\varphi - \alpha))^2}$. Simili modo sumendo $\varphi - \alpha = 180^0$, prodit alter locus, ubi recta $AB$ ad curvam est normalis, estque tum $v = \frac{f}{1-n}$, unde patet si sit $n < 1$, curvam fore ellipsin; si $n = 1$, parabolam, ac si $n > 1$, hyperbolam. Tum vero quia distantia $AB = v$ per coordinatas rationaliter exprimitur, punctum $A$ in altero foco sectionis conicae est situm, cujus bini habentur vertices, quorum alterius a foco $A$ distantia est $= \frac{f}{1+n}$, alterius $= \frac{f}{1-n}$, ita ut totus axis transversus sit $= \frac{2f}{1-nn}$, ideoque ejus semissis $= \frac{f}{1-nn}$, unde focus a centro sectionis distat intervallo $= \frac{nf}{1-nn}$; semiaxis ergo conjugatus erit $= \frac{f}{\sqrt{(1-nn)}}$, ideoque semiparameter $= f$. Axis denique transversus ad rectam fixam $AE$ inclinatur angulo $= \alpha$, seu sumto $EAB = \alpha$, is in rectam $AB$ cadet.

70. **Coroll. 1.** Curva ergo a corpore $B$ circa $A$ descripta semper est sectio conica, et cum sumto angulo $\varphi = \alpha$, corpus $B$ transeat per verticem foco $A$ propiorem, post singulas revolutiones completas, ubi $\varphi = \alpha + 360^0$, $\varphi = \alpha + 2.360^0$ etc. eodem revertitur, ita ut orbita haec quiescens sit censenda.

71. **Coroll. 2.** Cum valor numeri $n$ speciem sectionis conicae ita determinet, ut $n = 0$ det circulum, $n < 1$ ellipsin, $n = 1$ parabolam, et $n > 1$ hyperbolam, idem intelligendum est, si $n$ sit numerus negativus. In genere enim idem numerus $n$, sive sit positivus, sive negativus, eandem speciem declarat, quia scribendo $s + 180^0$ loco $s$ alter casus ad alterum reducitur.

72. **Scholion.** Praeter denominationes hic adhibitas notandae sunt sequentes ab Astronomis receptae:

I. Axis transversus sectionis conicae vocatur etiam *linea absidum*, ejusque terminus alter foco $A$ vicinior absis *ima*, alter remotior absis *summa*.

II. Distantia foci $A$ a centro sectionis conicae per semiaxem transversum divisa, seu binorum focorum distantia per axem transversum ipsum divisa, vocatur *excentricitas* orbitae, quae ergo nostro casu numero $n$ exprimitur.

III. Angulus ad focum $A$, quem recta $AB$ cum linea absidum facit, vocari solet *anomalia vera*, vulgo quidem hic angulus ad absidem summam refertur. Nihil autem impedit, quominus ad absidem imam referamus, quandoquidem corpus $B$, si orbita fuerit vel parabola vel hyperbola, nunquam ad absidem summam pervenit, semper autem per imam transit. (Fig. 177) Ita si $C$ sit absis ima, corpusque ex $C$ ad $B$ pervenerit, angulum $CAB$ vocabo anomaliam veram, quam ergo in calculo nostro littera $s$ denotat.

IV. Angulus autem $EAB$ a recta quadam fixa $AE$ computatus vocari solet *longitudo*, quae hic nobis littera $\varphi$ exprimitur. Simili modo angulus $EAC$ est longitudo absidis imae $C$, unde patet longitudinem $\varphi$ inveniri, si ad anomaliam veram $s$ longitudo absidis imae $EAC$ addatur.

His praemissis ipsam motus rationem, prout orbita fuerit vel circulus, vel ellipsis, vel parabola, vel hyperbola, investigemus.

**73. Problema.** Si orbita, in qua corpus $B$ circa $A$ revolvi videtur, fuerit circulus, definire rationem motus.

**Solutio.** Erit ergo excentricitas $n=0$, et radius circuli simulque perpetua distantia $AB=v=f$, unde si ponatur tempus, quo angulus $EAB=\varphi$ percurritur, $=t$, ob $ds=d\varphi$, habebitur $t=\frac{f\varphi\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}$; unde cum tempus sit ipsi angulo $\varphi$, ideoque et arcui $EB=f\varphi$ proportionale, motus erit uniformis, ejusque celeritas $=\frac{f\varphi}{t}=\sqrt{\frac{2g(A+B)}{f}}$, quae propterea est directe ut $\sqrt{(A+B)}$ et reciproce ut $\sqrt{f}$. Ac si tempus, quo totus circulus percurritur, quodque tempus *periodicum* vocatur, ponatur $=T$, ob $\varphi=2\pi$, erit

$$T=\frac{2\pi f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}=\frac{2\pi}{\sqrt{2g}}\cdot\frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{(A+B)}}.$$

Ergo ob $\frac{2\pi}{\sqrt{2g}}$ quantitatem constantem, tempus periodicum est directe in ratione sesquiplicata radii circuli $f$ et reciproce in ratione subduplicata summae massarum $A+B$ utriusque corporis. Tempore ergo periodico cognito $T$, ob $\frac{t}{T}=\frac{\varphi}{2\pi}$, quovis tempore $t$ percurritur arcus $\varphi$, ut sit $\varphi=\frac{2\pi t}{T}$, unde ad quodvis tempus $t$ locus corporis $B$, ejus scilicet longitudo $EAB$ facile colligitur. Pro mensura autem temporis absoluta definienda, consideretur ea corporum $A$ et $B$ distantia, in qua vis eorum attractrix aequalis est gravitati, quae distantia sit $=d$, eritque $\frac{A+B}{dd}=1$, seu $A+B=dd$; ubique ergo summa massarum $A+B$ per ejusmodi constantem multiplicari est censenda, ut fiat productum $=dd$. Hinc ergo tempus $t$ in minutis secundis exprimendo fiet $t=\frac{f\varphi\sqrt{f}}{d\sqrt{2g}}$, ideoque totum tempus periodicum $T=\frac{2\pi f\sqrt{f}}{d\sqrt{2g}}$ min. sec.

74. **Coroll. 1.** Ex dato ergo tempore periodico $T$ pro quovis tempore dato $t$ angulus interea descriptus $\varphi$ per hanc analogiam facile definitur $T:t = 360^0:\varphi$; unde pro diebus, horis, minutis et secundis motus angularis $\varphi$ assignatur.

75. **Coroll. 2.** Ex tempore etiam periodico $T$ et radio circuli descripti $f$, determinatur distantia corporum $d$, in qua eorum vis attractrix, qua $B$ ad $A$ urgetur, aequalis est ponderi corporis $B$, cum sit $d = \frac{2\pi f\sqrt{f}}{T\sqrt{2g}}$, ubi perpetuo est tenendum, tempora in minutis secundis exprimi oportere.

76. **Coroll. 3.** Si idem corpus $B$ modo in majori modo in minori distantia circa corpus $A$ in circulo revolvatur, erunt tempora periodica in ratione sesquiplicata radiorum, seu quadrata temporum periodicorum erunt ut cubi radiorum.

77. **Problema.** Si orbita, in qua corpus $B$ ex $A$ spectatum moveri videtur, fuerit ellipsis, rationem motus definire.

**Solutio.** Erit ergo numerus $n$, quo excentricitas exprimitur, unitate minor, ac si ponatur semiparameter $= f$, anomalia vera seu angulus $CAB = s$, erit absidis imae $C$ distantia $AC = \frac{f}{1+n}$, semiaxis transversus $= \frac{f}{1-nn}$, et semiaxis conjugatus $= \frac{f}{\sqrt{(1-nn)}}$. Statuatur autem longitudo absidis imae $C$ seu angulus $EAC = \alpha$, a directione fixa $AE$ computata, a qua corpus $B$ egressum elapso tempore $= t$ pervenerit in $B$, ut sit longitudo ejus $EAB = \varphi$, erit $\varphi = \alpha + s$, ac habebimus has aequationes: Posita distantia $AB = v$:

$$v = \frac{f}{1+n\cos s} \quad \text{et} \quad t = \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}\left(\frac{1}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.}\cos\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)}\right),$$

quae formula proprie indicat tempus, quo corpus ab abside ima $C$ in $B$ usque pervenit, anomaliamque veram $CAB = s$ absolvit, quod tempus primo definiri convenit, cum deinceps ex eo tempus pro angulo $EAB = \varphi$ haud difficulter concludatur. Cum igitur posito $s = 0$ fiat $t = 0$, statuamus $s = 180^0$, erit tempus ab abside ima ad summam

$$= \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}} \cdot \frac{\pi}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}},$$

cui iterum aequale fit tempus a summa ad imam, ita ut totum tempus periodicum, quod ponatur $= T$, futurum sit

$$= \frac{2\pi f\sqrt{f}}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sqrt{2g(A+B)}},$$

quo tempore integra revolutio seu anomalia vera $= 360^0$ absolvitur. Hinc si motus angularis esset aequabilis tempore $t$, conficeretur angulus $= \tau$, ut sit

$$\frac{2\pi f\sqrt{f}}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sqrt{2g(A+B)}} : t = 360^0 : \tau, \quad \text{seu} \quad t = \frac{\tau f\sqrt{f}}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sqrt{2g(A+B)}};$$

ideoque ex cognito tempore periodico $T$, si motus esset aequabilis ad quodvis tempus elapsum $t$,

postquam corpus absidem imam $C$ fuerit transgressum, angulus interea confectus $\tau = \frac{360\,t}{T}$ assignari potest, quem ergo loco temporis $t$ in calculum introducamus et inquiramus, quantum angulus interea actu confectus, seu anomalia vera $CAB = s$ ab eo discrepet. Pro $t$ autem illo valore substituto habebimus

$$\frac{\tau f\sqrt{f}}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sqrt{2g(A+B)}} = \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}\left(\frac{1}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)}\right),$$

seu
$$\tau = \text{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s\sqrt{(1-nn)}}{1+n\cos s}.$$

Ponatur $\text{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} = \sigma$, erit

$$\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} = \cos\sigma \quad \text{et} \quad \sin\sigma = \frac{\sin s\sqrt{(1-nn)}}{1+n\cos s}, \quad \text{hincque}$$

$$\cos s = \frac{\cos\sigma - n}{1-n\cos\sigma} \quad \text{et} \quad \sin s = \frac{\sin\sigma\sqrt{(1-nn)}}{1-n\cos\sigma} \quad \text{atque} \quad \tau = \sigma - n\sin\sigma,$$

unde pro quovis angulo $\tau$ tempori $t$ proportionali haud difficulter colligitur angulus $\sigma$, hincque porro anomalia vera $s$, cui si addatur longitudo absidis imae $EAC = \alpha$, obtinebitur longitudo quaesita seu angulus $EAB = \varphi$; distantia autem $AB = v$ ope formulae $v = \frac{f}{1+n\cos s}$ facillime assignatur.

78. **Coroll. 1.** Cum tempus periodicum sit

$$T = \frac{2\pi f\sqrt{f}}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sqrt{2g(A+B)}}$$

semiaxis autem transversus orbitae $= \frac{f}{1-nn}$, qui si dicatur $= a$, erit tempus periodicum $T = \frac{2\pi a\sqrt{a}}{\sqrt{2g(A+B)}}$, quod ergo est directe in ratione sesquiplicata axis transversi, et reciproce in subduplicata summae massarum.

79. **Coroll. 2.** Simili modo si loco semiparametri $f$ introducatur semiaxis transversus $a = \frac{f}{1-nn}$, habebitur pro tempore quocunque $t$

$$t = \frac{a\sqrt{a}}{\sqrt{2g(A+B)}}\left(\text{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s\sqrt{(1-nn)}}{1+n\cos s}\right),$$

$$\text{seu} \quad t = \frac{T}{2\pi}(\sigma - n\sin\sigma) \quad \text{posito} \quad \sigma = \text{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s}.$$

80. **Coroll. 3.** Cognito ergo tempore periodico $T$ et momento, quo corpus per absidem imam transiit, pro tempore inde elapso $= t$, quaeratur primo angulus $\tau = \frac{t}{T}\cdot 360^0$, hincque porro angulo $\sigma$, ut sit $\tau = \sigma - n\sin\sigma$, quo invento pro anomalia vera $s$ habebitur

$$\cos s = \frac{\cos\sigma - n}{1-n\cos\sigma} \quad \text{seu} \quad \sin s = \frac{\sin\sigma\sqrt{(1-nn)}}{1-n\cos\sigma},$$

ac denique longitudo $\varphi = \alpha + s$.

81. **Scholion 1.** Hic iterum novae appellationes in Astronomia occurrunt quas probe notari convenit:

I. Angulus ille tempori proportionalis $\tau$, qui pro revolutione integra abit in 360°, vocatur *anomalia media*, quae ergo est angulus, quem corpus ab abside ima digressum, si aequabiliter circa punctum $A$ eodem tempore periodico revolveretur, dato tempore esset confecturum.

II. Differentia inter anomaliam mediam $\tau$ et veram $s$ vocari solet *aequatio centri*, vel etiam *prostaphaeresis*, quae igitur est nulla casibus $\tau = 0$, $\tau = 180^0$, $\tau = 360^0$ etc., hoc est quoties anomalia media in lineam absidum incidit.

III. Angulus ille subsidiarius $\sigma$, cujus relatio tam ad anomaliam mediam $\tau$ quam ad veram $s$ est assignata, vocari solet *anomalia excentrica.* Ex qua etiam distantia $AB = v$ expedite definitur. Cum enim sit $1 + n\cos s = \frac{1-nn}{1-n\cos\sigma}$ et $\frac{f}{1-nn} = a$, erit $v = \frac{f}{1+n\cos s} = a(1 - n\cos\sigma)$, ideoque distantia absidis imae a puncto $A = a(1-n)$, et summae $= a(1+n)$.

82. **Scholion 2.** Haec relatio inter anomalias veram, mediam et excentricam, quam per calculum eruimus, ita geometrice doceri potest: Sit (fig. 178) $AVB$ semiellipsis super axe transverso $AB$ descripta, cujus centrum in $C$ et focus in $F$, positoque semiaxe $CA = a$ et excentricitate $= n$, erit $CF = na$; tum super eodem axe constituatur semicirculus $ANB$. Sumta jam in ellipsi anomalia vera seu angulo $AFV = s$, ei respondeat in circulo anomalia media seu angulus $ACM = \tau$, atque necesse est, ut sector circuli $ACM$ sit ad aream semicirculi, ut sector ellipticus $AFV$ ad aream semiellipsis. Per $V$ ducatur ad axem $AB$ perpendicularis $PVN$ circulum secans in $N$, ductaque recta $FN$, est area elliptica $AFV$ ad aream circularem $AFN$, ut semiellipsis area ad aream semicirculi, ex quo sectorem circularem $ACM$ aequalem esse oportet areae circulari $AFN$. Unde notata rectarum $FN$ et $CM$ intersectione $O$, trilineum mixtilineum $MON$ aequale esse debet triangulo rectilineo $COF$. Addatur utrinque triangulum $CON$ ducto radio $CN$, ut fiat sector $CMN$ aequalis triangulo $CFN$. Nunc primo patet angulum $ACN$ esse anomaliam excentricam $\sigma$, nam hinc fit

$$PN = a\sin\sigma \quad \text{et} \quad PV = a\sin\sigma\sqrt{(1-nn)},$$

tum vero est $CP = a\cos\sigma$ et $FP = a(\cos\sigma - n)$, hincque $FV = a(1 - n\cos\sigma)$; unde fit uti invenimus

$$\cos s = \frac{\cos\sigma - n}{1 - n\cos\sigma}, \quad \text{seu} \quad \sin s = \frac{\sin\sigma\sqrt{(1-nn)}}{1-n\cos\sigma}.$$

Porro ob angulum $MCN = \sigma - \tau$, erit sector $MCN = \frac{1}{2}aa(\sigma - \tau)$, area vero trianguli $CFN = \frac{1}{2}naa\sin\sigma$, quibus valoribus aequatis fit $\sigma - \tau = n\sin\sigma$ seu $\tau = \sigma - n\sin\sigma$, quae aequalitas cum supra inventa congruit.

83. **Problema.** Data excentricitate orbitae ellipticae et anomalia media, invenire anomaliam excentricam, indeque anomaliam veram et aequationem centri seu prostaphaeresin.

**Solutio.** Posita excentricitate $= n$, et anomalia media $= \tau$, inde primo definiatur anomalia excentrica $\sigma$ ope aequationis $\tau = \sigma - n\sin\sigma$, quod commodissime per approximationem praestatur. Ponamus enim pro $\sigma$ valorem jam prope verum esse inventum, qui sit $= \lambda$, et praebeat $\lambda - n\sin\lambda = \tau + \delta$, ut error sit valde parvus $\delta$, ac statuamus $\sigma = \lambda + \omega$, unde ob $\omega$ valde parvum, erit $\sin\sigma = \sin\lambda + \omega\cos\lambda$,

ideoque $\tau = \lambda + \omega - n\sin\lambda - n\omega\cos\lambda = \tau + \delta + \omega - n\omega\cos\lambda$. Erit ergo $\omega = \frac{-\delta}{1 - n\cos\lambda}$, ac propterea $\sigma = \lambda - \frac{\delta}{1 - n\cos\lambda}$. Si valor $\lambda$ non ita prope ad verum accedat, ut haec approximatio sufficiat, hinc saltem multo propior colligitur, qui loco $\lambda$ positus multo exactius ad veritatem perducet. Ceterum si anomaliae mediae $\tau$ convenire reperta fuerit anomalia excentrica $\sigma$, anomaliae mediae tantillum majori $\tau + d\tau$ conveniet anomalia excentrica $\sigma + d\sigma$, ut sit $d\tau = d\sigma - nd\sigma\cos\sigma$, ideoque $d\sigma = \frac{d\tau}{1 - n\cos\sigma}$, unde facile ad singulos gradus anomaliae mediae $\tau$ assignabitur anomalia excentrica $\sigma$. Inventa autem anomalia excentrica $\sigma$, anomalia vera $s$ definiri debet ex hac formula

$$\cos s = \frac{\cos\sigma - n}{1 - n\cos\sigma} \quad \text{seu} \quad \sin s = \frac{\sin\sigma\sqrt{(1 - nn)}}{1 - n\cos\sigma},$$

quae ut per logarithmos expediri posset, quaeratur primo angulus $\omega$, ut sit $\operatorname{tang}\omega = \frac{\operatorname{tang}\sigma}{\sqrt{(1 - nn)}}$, quo invento erit $\sin(s - \omega) = n\sin\omega$; seu quaeratur angulus $\psi$, ut sit $\sin\psi = n\sin\omega$, habebiturque $s = \omega + \psi$. Cum enim inde fiat $\sin s\cos\omega - \cos s\sin\omega = n\sin\omega$, erit

$$\operatorname{tang}\omega = \frac{\sin s}{n + \cos s} \quad \text{et} \quad \operatorname{tang}\sigma = \frac{\sin s\sqrt{(1 - nn)}}{n + \cos s},$$

quae convenit cum formulis supra datis. Hinc denique erit aequatio centri $= s - \tau$ ad anomaliam mediam addenda, ut prodeat anomalia vera.

Ceterum notasse juvabit esse per formulas differentiales $ds = \frac{d\sigma\sqrt{(1 - nn)}}{1 - n\cos\sigma}$ et $d\sigma = \frac{ds\sqrt{(1 - nn)}}{1 + n\cos s}$. Quare cum sit $d\tau = d\sigma(1 - n\cos\sigma)$, erit

$$d\tau\, ds = d\sigma^2\sqrt{(1 - nn)} = \frac{ds^2(1 - nn)^{\frac{3}{2}}}{(1 + n\cos s)^2}, \quad \text{ideoque} \quad d\tau = \frac{ds(1 - nn)^{\frac{3}{2}}}{(1 + n\cos s)^2}.$$

Unde si aequatio centri $s - \tau$ dicatur $= \varepsilon$, erit

$$d\varepsilon = ds - \frac{ds(1 - nn)^{\frac{3}{2}}}{(1 + n\cos s)^2}.$$

84. **Coroll. 1.** Si anomalia media $\tau$ evanescit, etiam fit anomalia excentrica $\sigma = 0$, unde quoque anomalia vera $s$ et aequatio centri evanescit. Simili modo si anomalia media $\tau$ ponatur $= 180^0$, erit etiam $\sigma = 180^0$ et $s = 180^0$, ita ut etiam hoc casu aequatio centri evanescat.

85. **Coroll. 2.** Si anomalia media $\tau$ fuerit valde parva, erit etiam excentrica $\sigma$ valde parva et $\sigma = \frac{\tau}{1 - n}$, ob $\sin\sigma = \sigma$, hincque

$$ds = \frac{d\sigma\sqrt{(1 - nn)}}{1 - n} = \frac{d\tau\sqrt{(1 - nn)}}{(1 - n)^2}, \quad \text{unde} \quad s = \frac{\tau\sqrt{(1 + n)}}{(1 - n)\sqrt{(1 - n)}}$$

et aequatio centri $s - \tau = \tau\left(-1 + \frac{\sqrt{(1 + n)}}{(1 - n)\sqrt{(1 - n)}}\right)$, ideoque $s > \tau$.

86. **Coroll. 3.** Crescente anomalia media $\tau$ aequatio centri $s - \tau$ tamdiu crescit, quoad fiat

$$1 - \frac{(1 - nn)^{\frac{3}{2}}}{(1 + n\cos s)^2} = 0,$$

quo casu est maxima; tum iterum decrescit, donec posito $\tau = 180^0$ plane evanescat.

87. **Coroll. 4.** Aequatio centri ergo $s - \tau$ maxima evadit si

$$1 + n\cos s = (1 - nn)^{\frac{3}{4}} \quad \text{et} \quad \cos s = \frac{(1-nn)^{\frac{3}{4}} - 1}{n},$$

unde fit

$$\cos\sigma = \frac{1-(1-nn)^{\frac{1}{4}}}{n} \quad \text{et} \quad \tau = \sigma - n\sin\sigma,$$

quae erit anomalia media, cui maxima aequatio centri convenit. Pro ea ergo erit $s > 90^0$, $\sigma < 90^0$, multoque magis $\tau < 90$.

88. **Coroll. 5.** Sumta anomalia media $\tau$ negativa, fiunt quoque anomaliae $\sigma$ et $s$ negativae ejusdem valoris, unde binis anomaliis mediis $\tau$ et $360^0 - \tau$ par respondet aequatio centri, quae autem priori casu est addenda, posteriori subtrahenda.

89. **Scholion.** Dum ergo corpus ab abside ima ad summam progreditur, aequatio centri est positiva, seu anomaliae mediae addenda, et quidem ab ima usque ad certum terminum continuo crescit, unde ad absidem summam usque iterum decrescit, ubi evanescit. Tum vero ab abside summa ad imam progrediendo per pares aequationes anomalia media est minuenda, unde sufficit aequationes centri nosse pro transitu ab abside ima ad summam. Si enim anomaliae mediae $\tau$ conveniat aequatio centri $\varepsilon$, anomaliae mediae $360^0 - \tau$ conveniet aequatio centri $-\varepsilon$. Modus autem hic expositus ex data anomalia media computandi anomaliam veram commodior reddi potest, si excentricitas fuerit valde parva, id quod plerumque usu venit, unde hunc casum seorsim evolvisse juvabit.

90. **Problema.** Si excentricitas $n$ fuerit valde parva, pro data anomalia media definire aequationem centri et anomaliam veram.

**Solutio.** Primo ex anomalia media $\tau$ colligitur anomalia excentrica $\sigma$ ope aequationis $\tau = \sigma - n\sin\sigma$, unde erit

$$\sigma = \tau + n\sin(\tau + n\sin(\tau + n\sin(\tau + n\sin(\tau + \text{etc.},$$

vel etiam ope hujus formulae

$$\sigma = \tau + (n - \tfrac{1}{8}n^3)\sin\tau + (\tfrac{1}{2}nn - \tfrac{1}{6}n^4)\sin 2\tau + \tfrac{3}{8}n^3\sin 3\tau + \tfrac{1}{3}n^4\sin 4\tau,$$

ubi potestates ipsius $n$ quarta altiores sunt neglectae. Inventa autem anomalia excentrica $\sigma$, ex ea anomalia vera $s$ definitur hac aequatione $ds = \frac{d\sigma\sqrt{(1-nn)}}{1-n\cos\sigma}$, unde fit

$$ds = d\sigma(1 + n\cos\sigma + n^2\cos^2\sigma + n^3\cos^3\sigma + n^4\cos^4\sigma + n^5\cos^5\sigma + \text{etc.})\sqrt{(1-nn)}.$$

Cum igitur sit

$$\cos\sigma = \cos\sigma$$

$$\cos^2\sigma = \tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{2}\cos 2\sigma$$

$$\cos^3\sigma = \tfrac{3}{4}\cos\sigma + \tfrac{1}{4}\cos 3\sigma$$

$$\cos^4\sigma = \tfrac{3}{8} + \tfrac{4}{8}\cos 2\sigma + \tfrac{1}{8}\cos 4\sigma$$

$$\cos^5\sigma = \tfrac{10}{16}\cos\sigma + \tfrac{5}{16}\cos 3\sigma + \tfrac{1}{16}\cos 5\sigma$$

etc.

erit colligendis his terminis:

$$ds = (1 - nn)^{\frac{1}{2}} d\sigma \begin{cases} + (1 + \frac{1}{2}nn + \frac{3}{8}n^4 + \text{etc.}) \\ + (n + \frac{3}{4}n^3 + \frac{10}{16}n^5 + \text{etc.}) \cos\sigma \\ + (\frac{1}{2}nn + \frac{4}{8}n^4 + \text{etc.}) \cos 2\sigma \\ + (\frac{1}{4}n^3 + \frac{5}{16}n^5 + \text{etc.}) \cos 3\sigma \\ + (\frac{1}{8}n^4 + \text{etc.}) \cos 4\sigma \\ + \text{etc.} \end{cases}$$

Est vero $$1 + \tfrac{1}{2}nn + \tfrac{3}{8}n^4 + \text{etc.} = (1 - nn)^{-\frac{1}{2}}$$

$$\text{et} \quad n + \tfrac{3}{4}n^3 + \tfrac{10}{16}n^5 + \text{etc.} = \frac{2}{n}\left((1 - nn)^{-\frac{1}{2}} - 1\right),$$

ita ut pro primis duobus terminis habeatur

$$ds = d\sigma\left(1 + \frac{2}{n}(1 - \sqrt{(1-nn)}) \cos\sigma\right), \quad \text{ideoque} \quad s = \sigma + \frac{2}{n}(1 - \sqrt{(1-nn)}) \sin\sigma.$$

Quo autem hanc seriem ulterius continuare queamus, ponamus

$$ds = d\sigma(1 + A\cos\sigma + B\cos 2\sigma + C\cos 3\sigma + D\cos 4\sigma + E\cos 5\sigma + \text{etc.})$$

et cum sit $\frac{ds}{d\sigma} - \frac{nds}{d\sigma}\cos\sigma = \sqrt{(1 - nn)}$, ob $\cos\sigma\cos\nu\sigma = \frac{1}{2}\cos(\nu - 1)\sigma + \frac{1}{2}\cos(\nu + 1)\sigma$ fiet

$$\left.\begin{array}{llllll} 1 & + A\cos\sigma & + B\cos 2\sigma & + C\cos 3\sigma & + D\cos 4\sigma & + E\cos 5\sigma + \text{etc.} \\ -\frac{1}{2}nA & - n & -\frac{1}{2}nA & -\frac{1}{2}nB & -\frac{1}{2}nC & -\frac{1}{2}nD \\ & -\frac{1}{2}nB & -\frac{1}{2}nC & -\frac{1}{2}nD & -\frac{1}{2}nE & -\frac{1}{2}nF \end{array}\right\} = \sqrt{(1 - nn)}$$

unde coefficientes sequenti modo determinantur

$$A = \frac{2}{n}(1 - \sqrt{(1 - nn)}) \quad \text{seu} \quad A = 2\left(\frac{1 - \sqrt{(1-nn)}}{n}\right),$$

$$B = \frac{2}{n}(A - n) \quad \text{seu} \quad B = 2\left(\frac{1 - \sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^2,$$

$$C = \frac{1}{n}(2B - nA) \quad \text{seu} \quad C = 2\left(\frac{1 - \sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^3,$$

$$D = \frac{1}{n}(2C - nB) \quad \text{seu} \quad D = 2\left(\frac{1 - \sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^4,$$

$$E = \frac{1}{n}(2D - nC) \quad \text{seu} \quad E = 2\left(\frac{1 - \sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^5,$$

$$F = \frac{1}{n}(2E - nD) \quad \text{seu} \quad F = 2\left(\frac{1 - \sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^6,$$

etc.

Ponatur brevitatis gratia $\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n}=m$, erit

$$ds = d\sigma\,(1 + 2m\cos\sigma + 2m^2\cos 2\sigma + 2m^3\cos 3\sigma + 2m^4\cos 4\sigma + \text{etc.})$$

hincque integrando

$$s = \sigma + \tfrac{2}{1}m\sin\sigma + \tfrac{2}{2}m^2\sin 2\sigma + \tfrac{2}{3}m^3\sin 3\sigma + \tfrac{2}{4}m^4\sin 4\sigma + \text{etc.}$$

Cum nunc sit $\sigma = \tau + n\sin\sigma$, erit aequatio centri

$$s - \tau = (2m + n)\sin\sigma + \tfrac{2}{2}m^2\sin 2\sigma + \tfrac{2}{3}m^3\sin 3\sigma + \tfrac{2}{4}m^4\sin 4\sigma + \text{etc.}$$

Potest etiam anomalia media $\tau$ per veram $s$ simili modo exprimi; cum enim sit

$$d\tau = \frac{ds\,(1-nn)^{\frac{3}{2}}}{(1+n\cos s)^2},$$

erit $$d\tau = (1-nn)^{\frac{3}{2}}\,ds\,(1 - 2n\cos s + 3n^2\cos^2 s - 4n^3\cos^3 s + 5n^4\cos^4 s - \text{etc.}),$$

cujus seriei, si potestates cosinus $s$ ad cosinus multiplorum angulorum revocentur, prodit terminus constans

$$1 + \tfrac{3}{2}n^2 + \frac{3.5}{2.4}n^4 + \text{etc.} = (1-nn)^{-\frac{3}{2}}$$

et coefficiens ipsius $\cos s$ fit

$$= -2n\,(1-nn)^{-\frac{3}{2}}.$$

Quare ponamus

$$d\tau = ds\,(1 - A\cos s + B\cos 2s - C\cos 3s + D\cos 4s - \text{etc.}),$$

quae series per $(1+n\cos s)^2 = 1 + \frac{1}{2}nn + 2n\cos s + \frac{1}{2}nn\cos 2s$ multiplicata dat

$$\begin{array}{lllll}
1 + \frac{1}{2}nn & -A(1+\frac{1}{2}nn)\cos s & +B(1+\frac{1}{2}nn)\cos 2s & -C(1+\frac{1}{2}nn)\cos 3s & +D(1+\frac{1}{2}nn)\cos 4s\ \text{etc.} \\
-An & +2n & -An & +Bn & -Cn \\
+\frac{1}{4}Bnn & +Bn & -Cn & +Dn & -En \\
 & -\frac{1}{4}Ann & +\frac{1}{2}nn & -\frac{1}{4}Ann & +\frac{1}{4}Bnn \\
 & -\frac{1}{4}Cnn & +\frac{1}{4}Dnn & -\frac{1}{4}Enn & +\frac{1}{4}Fnn
\end{array}$$

aequari debet ipsi $(1-nn)^{\frac{3}{2}}$. At est $A = 2n$, unde fit primo

$$1 + \tfrac{1}{2}nn - 2nn + \tfrac{1}{4}Bnn = (1-nn)^{\frac{3}{2}},$$

ideoque

$$B = \frac{4(1-nn)^{\frac{3}{2}} - 4 + 6nn}{nn} = \tfrac{3}{2}nn + \tfrac{1}{4}n^4,$$

$$C = \frac{4Bn - 4A - 3Ann + 8n}{nn} = \frac{16(1-nn)^{\frac{3}{2}} - 16 + 24nn - 6n^4}{n^3},$$

$$D = \frac{4Cn - 4B - 2Bnn + 4An - 2nn}{nn} = \frac{8(6-nn)(1-nn)^{\frac{3}{2}} - 48 + 80nn - 30n^4}{n^4},$$

$$E = \frac{4Dn - 4C - 2Cnn + 4Bn - Ann}{nn},$$

$$F = \frac{4En - 4D - 2Dnn + 4Cn - Bnn}{nn}.$$

Alio autem modo reperitur

$$A = 2n; \quad B = 2(1 + 2\sqrt{(1-nn)})\left(\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^2; \quad C = \frac{4B - 3An}{n}; \quad D = \frac{6C - 4Bn}{2n};$$

$$E = \frac{8D - 5Cn}{3n}; \quad F = \frac{10E - 6Dn}{4n}.$$

Hincque coëfficientes quaesiti sequenti modo exprimi invenirentur:

$$A = 2(1 + \sqrt{(1-nn)})\left(\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n}\right),$$

$$B = 2(1 + 2\sqrt{(1-nn)})\left(\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^2,$$

$$C = 2(1 + 3\sqrt{(1-nn)})\left(\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^3,$$

$$D = 2(1 + 4\sqrt{(1-nn)})\left(\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n}\right)^4,$$

etc.

quibus valoribus inventis erit

$$\tau = s - A\sin s + \tfrac{1}{2}B\sin 2s - \tfrac{1}{3}C\sin 3s + \tfrac{1}{4}D\sin 4s - \tfrac{1}{5}E\sin 5s + \text{etc.},$$

ita ut aequatio centri sit futura

$$s - \tau = A\sin s - \tfrac{1}{2}B\sin 2s + \tfrac{1}{3}C\sin 3s - \tfrac{1}{4}D\sin 4s + \tfrac{1}{5}E\sin 5s - \text{etc.}$$

91. **Coroll. 1.** Si $n$ tam sit parvum, ut potestates omnes rejicere liceat, erit $\sigma = \tau + n\sin\tau$, et ob $m = \frac{1}{2}n$, fit $s = \sigma + n\sin\sigma = \tau + 2n\sin\tau$, ideoque aequatio centri $s - \tau = 2n\sin\tau$; quae ergo est maxima $= 2n$, sumta anomalia media $\tau = 90^0$.

92. **Coroll. 2.** Si tantum potestates secunda superiores rejicere liceat, ob $\frac{1-\sqrt{(1-nn)}}{n} = \frac{1}{2}n$, erit $A = 2n$, $B = \frac{3}{2}nn$, $C = 0$ etc., unde fit $\tau = s - 2n\sin s + \frac{3}{4}nn\sin 2s$; hincque per conver-

sionem reperitur $s = \tau + 2n\sin\tau + \frac{5}{4}nn\sin 2\tau$, seu aequatio centri $s - \tau = 2n\sin\tau + \frac{5}{4}nn\sin 2\tau$, quae ergo est maxima si $\tau = \frac{\pi}{2} - \frac{5}{4}n$, fitque $= 2n$.

93. **Coroll. 3.** Si potestates ipsius $n$ quarta altiores tantum rejicere liceat, erit

$$A = 2n - \tfrac{1}{2}n^3,\quad B = \tfrac{3}{2}nn - \tfrac{1}{2}n^4,\quad C = n^3,\quad D = \tfrac{5}{8}n^4,\quad E = 0,\ \text{etc.}$$

ideoque habebitur

$$\tau = s - (2n - \tfrac{1}{2}n^3)\sin s + (\tfrac{3}{4}nn - \tfrac{1}{4}n^4)\sin 2s - \tfrac{1}{3}n^3\sin 3s + \tfrac{5}{32}n^4\sin 4s,$$

unde per conversionem eruitur

$$s = \tau + (2n - \tfrac{3}{4}n^3)\sin\tau + (\tfrac{5}{4}nn - \tfrac{11}{12}n^4)\sin 2\tau + \tfrac{13}{12}n^3\sin 3\tau + \tfrac{103}{96}n^4\sin 4\tau.$$

94. **Coroll. 4.** Aequatio centri ergo fit maxima ubi est

$$(2n - \tfrac{3}{4}n^3)\cos\tau + (\tfrac{5}{2}nn - \tfrac{11}{6}n^4)\cos 2\tau + \tfrac{13}{4}n^3\cos 3\tau + \tfrac{103}{24}n^4\cos 4\tau = 0,$$

unde colligitur

$$\tau = \frac{\pi}{2} - \tfrac{5}{4}n - \tfrac{25}{384}n^3,$$

ita ut haec anomalia media minor sit angulo recto. Ipsa autem aequatio maxima ex formula generali supra data facilius eruetur.

95. **Scholion.** Scilicet cum ex § 87 pro aequatione maxima sit proxime

$$\cos\sigma = \frac{1 - (1 - nn)^{\frac{1}{4}}}{n} = \tfrac{1}{4}n + \tfrac{3}{32}n^3,$$

erit $\quad \sigma = \frac{\pi}{2} - \frac{1}{4}n - \frac{37}{384}n^3 \quad$ et $\quad \sin\sigma = 1 - \frac{1}{32}nn - \frac{49}{2048}n^4$.

Deinde vero est

$$\cos s = \frac{(1 - nn)^{\frac{3}{4}} - 1}{n} = -\tfrac{3}{4}n - \tfrac{3}{32}n^3,$$

unde $\quad s = \frac{\pi}{2} + \frac{3}{4}n + \frac{21}{128}n^3 \quad$ et $\quad \tau = \frac{\pi}{2} - \frac{5}{4}n - \frac{25}{384}n^3$,

ideoque aequatio maxima $\qquad s - \tau = 2n + \frac{11}{48}n^3$.

Ceterum methodus priori loco exposita, qua primo anomaliam excentricam $\sigma$ investigavimus, commodius adhiberi videtur, cum ejus ope appropinquatio facile longius extendi queat, quandoquidem seriei, qua $s$ per $\sigma$ exprimitur, lex progressionis est manifesta; ac si accuratius $\sigma$ per $\tau$ exprimere velimus, reperiemus

$$\sigma = \tau + (n - \tfrac{1}{8}n^3 + \tfrac{1}{192}n^5)\sin\tau + (\tfrac{1}{2}n^2 - \tfrac{1}{6}n^4)\sin 2\tau + (\tfrac{3}{8}n^3 - \tfrac{41}{192}n^5)\sin 3\tau + \tfrac{1}{3}n^4\sin 4\tau + \tfrac{21}{64}n^5\sin 5\tau,$$

ubi tamen legem progressionis perspicere non licet.

96. **Problema.** Si curva, in qua corpus $B$ circa $A$ moveri cernitur, fuerit parabola, ad datum tempus assignare locum, ubi corpus $B$ versabitur.

**Solutio.** Denotante $f$ semiparametrum parabolae, ut distantia absidis imae $C$ a foco $A$ sit $AC = \frac{1}{2}f$; si tempore $t$ corpus ex $C$ in $B$ usque progrediatur, confecta anomalia vera $CAB = s$, erit distantia $AB = v = \frac{f}{1+\cos s}$, et si $A$ et $B$ corporum massas denotent, invenimus

$$t = \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}\int\frac{ds}{(1+\cos s)^2} = \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}\cdot\frac{(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2}.$$

Quo temporis rationem facilius tenere possimus, consideremus casum, quo corpus $E$ circa aliud corpus $F$ circulum uniformiter describit, cujus radius $= e$, atque tempore eodem $t$ angulus descriptus sit $= \tau$, qui loco ipsius temporis $t$ introducatur. Cum igitur sit $t = \frac{e\sqrt{e}}{\sqrt{2g(E+F)}}\cdot\tau$, statuamus brevitatis gratia $\frac{e\sqrt{e}}{f\sqrt{f}}\cdot\sqrt{\frac{A+B}{E+F}} = m$, ut obtineamus $m\tau = \frac{(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2}$, unde ex dato angulo $\tau$ definiri oportet angulum $s$, id quod resolutionem aequationis cubicae postulat. Praestabit autem tabulam computare, quae ad singulos gradus anguli $s$ exhibeat valorem formulae $\frac{(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2}$, ex qua deinceps facile erit pro dato $m\tau$ respondentem anomaliam veram $s$ colligere. Ad hunc calculum sublevandum notetur esse

$$m\tau = \frac{\left(1+2\cos^2\frac{1}{2}s\right)\sin\frac{1}{2}s}{6\cos^3\frac{1}{2}s} = \frac{\sin\frac{1}{2}s}{3\cos\frac{1}{2}s} + \frac{\sin\frac{1}{2}s}{6\cos^3\frac{1}{2}s},$$

seu $m\tau = \frac{1}{3}\operatorname{tang}\frac{1}{2}s + \frac{1}{6}\operatorname{tang}\frac{1}{2}s.\sec^2\frac{1}{2}s = \frac{1}{6}\operatorname{tang}\frac{1}{2}s\,(2+\sec^2\frac{1}{2}s) = \frac{1}{2}\operatorname{tang}\frac{1}{2}s + \frac{1}{6}\operatorname{tang}^3\frac{1}{2}s.$

Verumtamen etiam ex dato $m\tau$, modo hic angulus in partibus radii exponatur, angulus $s$ definiri potest, nam ponatur $\operatorname{tang}\frac{1}{2}s = z$, erit $\sec^2\frac{1}{2}s = 1+zz$, unde fit $6m\tau = z(3+zz)$, ex cujus aequationis resolutione, si ponamus $3m\tau = u$, deducimus

$$z = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s = (\sqrt{(1+uu)}+u)^{\frac{1}{3}} - (\sqrt{(1+uu)}-u)^{\frac{1}{3}},$$

vel quaeratur angulus $\omega$, ut sit $\operatorname{tang}2\omega = 3m\tau$, tum vero erit

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s = \sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0+\omega)} - \sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0-\omega)},$$

$$\text{sive}\quad \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s = \sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0+\omega)} - \sqrt[3]{\cot.(45^0+\omega)},$$

cujus ope calculus per logarithmos haud difficulter instituitur, quoniam

$$\log.\sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0-\omega)} = -\log.\sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0+\omega)}.$$

Fortasse calculus adhuc facilior reddetur, si quaeratur angulus $\psi$, ut sit

$$\operatorname{tang}(45^0 + \psi) = \sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0 + \omega)},$$

eritque $$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s = 2\operatorname{tang}2\psi,$$

qui calculus ad logarithmorum usum maxime est accommodatus.

97. **Coroll. 1.** Elapso ergo tempore $t$ post transitum corporis $B$ per absidem imam, primo pro eodem tempore angulus $\tau$ definiatur, quem corpus quoddam $E$ circa aliud $F$ circulum radii $= e$ describens interea conficit, qui angulus loco temporis in calculum introducatur, tum vero capiatur numerus $m = \frac{e\sqrt{e}}{f\sqrt{f}}\sqrt{\frac{A+B}{E+F}}$, et factum $m\tau$ in partibus radii exprimatur eritque

$$m\tau = \tfrac{1}{2}\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s + \tfrac{1}{6}\operatorname{tang}^3\tfrac{1}{2}s.$$

98. **Coroll. 2.** Uti sumto $\tau = 0$, anomalia vera $s$ evanescit, ita tempus usque ad absidem summam fit infinitum; sumta enim anomalia vera $s = 180^0$, ob $\operatorname{tang}\frac{1}{2}s = \infty$, evidens est quantitatem $m\tau$ in infinitum augeri, scilicet corpus in parabola motum nunquam ad absidem summam pertingit.

99. **Coroll. 3.** Si anomalia vera $s$ fuerit valde parva, ob $\operatorname{tang}\frac{1}{2}s = \frac{1}{2}s + \frac{1}{24}s^3$, et $\operatorname{tang}^3\frac{1}{2}s = \frac{1}{8}s^3$, fiet $m\tau = \frac{1}{4}s + \frac{1}{24}s^3$. Sumta autem $s = 60^0$ ob $\operatorname{tang}30^0 = \frac{1}{\sqrt{3}}$ fit $m\tau = \frac{5}{9\sqrt{3}}$; at sumta $s = 90^0$, ob $\operatorname{tang}45^0 = 1$, fit $m\tau = \frac{2}{3}$. Sumta denique $s = 120^0$, ob $\operatorname{tang}60^0 = \sqrt{3}$, fit $m\tau = \sqrt{3}$.

100. **Coroll. 4.** Si ex dato tempore $t$ seu angulo ipsi proportionali $m\tau$ anomaliam veram $s$ definire velimus, promptissime id praestabitur hoc modo: Primo quaeratur angulus $\omega$, ut sit

$$\operatorname{tang}2\omega = 3m\tau,$$

tum angulus $\psi$ ut sit

$$\operatorname{tang}(45^0 + \psi) = \sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0 + \omega)},$$

quo invento erit $\operatorname{tang}\frac{1}{2}s = 2\operatorname{tang}2\psi$.

101. **Scholion.** Quemadmodum hic aequationis cubicae $z^3 + 3z = 6m\tau$ resolutionem commode per tabulas sinuum docuimus, qui modus alias tantum in iis aequationibus cubicis usurpari solet, quae omnes radices habent reales, ita in genere aequationum unica radice reali praeditarum resolutio quoque ad tabulas sinuum revocari potest hoc modo: Sit sublato secundo termino proposita haec aequatio cubica $y^3 + 3by = 2c$, quaeratur angulus $\omega$, ut sit

$$\operatorname{tang}2\omega = \frac{c}{b\sqrt{b}},$$

tum vero angulus $\psi$, ut sit

$$\operatorname{tang}(45^0 + \psi) = \sqrt[3]{\operatorname{tang}(45^0 + \omega)},$$

erit radix realis $y = 2\sqrt{b}\,\mathrm{tang}\,2\psi$. Hoc scilicet modo regula Cardani commodius ad calculum accommodatur. Vel etiam ex angulo $\omega$ statim est

$$y = (\sqrt[3]{\mathrm{tang}\,(45^0 + \omega)} - \sqrt[3]{\mathrm{tang}\,(45^0 - \omega)})\sqrt{b}.$$

102. **Problema.** Si curva, quam corpus $B$ circa $A$ describit, proxime tantum ad parabolam accedat, ad quodvis tempus ab abside ima elapsum locum corporis in curva assignare.

**Solutio.** Excentricitas ergo $n$ unitati proxime aequalis assumitur, unde si ut ante tempus $t$ ex motu uniformi, quo corpus quodpiam $E$ circa aliud $F$ ad distantiam $= e$ circulum describit, definiamus, atque in hoc circulo tempore $t$ absolvatur angulus $= \tau$, ponaturque

$$\frac{e\sqrt{e}}{f\sqrt{f}}\sqrt{\frac{A+B}{E+F}} = m;$$

ex superioribus habemus elapso tempore $t$ ab abside ima $C$ distantiam

$$AB = v = \frac{f}{1+n\cos s} \quad \text{et} \quad m\tau = \frac{1}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}}\,\mathrm{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)}$$

denotante $f$ semiparametrum orbitae et $s$ anomaliam veram seu angulum $CAB$. Haec quidem formula pro casu, quo $n < 1$ et orbita est ellipsis, valet, unde patet pro tempore motus ab abside ima ad summam prodire

$$m\tau = \frac{\pi}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}}$$

id quod ex approximationibus minus liquet, quippe quae non ad absidem summam usque extenduntur. Nam cum sit

$$\mathrm{Arc.cos}\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} = \mathrm{Arc.sin}\frac{\sin s\sqrt{(1-nn)}}{1+n\cos s},$$

hic sinus quidem est valde parvus, quamdiu anomalia vera $s$ non proxime ad $180^0$ accedit. Cum igitur existente sinu $u$ minimo sit

$$\mathrm{Arc.sin}\,u = u + \tfrac{1}{6}u^3 + \tfrac{3}{40}u^5 + \tfrac{5}{112}u^7 \text{ etc.}$$

$$\text{erit} \quad \mathrm{Arc.sin}\frac{\sin s\sqrt{(1-nn)}}{1+n\cos s} = \frac{\sin s\sqrt{(1-nn)}}{1+n\cos s} + \frac{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sin^3 s}{6(1+n\cos s)^3} + \frac{3(1-nn)^{\frac{5}{2}}\sin^5 s}{40(1+n\cos s)^5},$$

ideoque nostra aequatio fiet

$$m\tau = \frac{\sin s}{(1+n)(1+n\cos s)} + \frac{\sin^3 s}{6(1+n\cos s)^3} + \frac{3(1-nn)\sin^5 s}{40(1+n\cos s)^5}.$$

Quoniam igitur $n$ proxime ad unitatem accedit, sive sit $n < 1$ sive $n > 1$, formula inventa aeque locum habet, neque tamen eousque progredi licet, ut denominator $1 + n\cos s$ proxime evanescat. Ponamus ergo $n = 1 - \delta$ et $\mathrm{tang}\,\frac{1}{2}s = z$, ac reperiemus

$$m\tau = \frac{2z}{(2-\delta)(2-\delta+\delta zz)} + \frac{4z^3}{3(2-\delta+\delta zz)^3} + \frac{24\delta z^5}{5(2-\delta+\delta zz)^5}$$

neglectis terminis ubi $\delta$ plus una dimensione adipiscitur. Pro data ergo anomalia vera $s$, tempus $t$ ejusve loco $m\tau$ facillime colligetur hoc modo: Statuatur $\frac{\sin s}{1+n\cos s}=u$, eritque

$$m\tau=\frac{u}{1+n}+\tfrac{1}{6}u^3+\tfrac{3}{40}(1-nn)u^5.$$

At si discrimen a particula $\delta$ oriundum noscere velimus, ex $z=\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s$ obtinebimus

$$m\tau=\tfrac{1}{2}z+\tfrac{1}{6}z^3+\delta\left(\tfrac{1}{2}z-\tfrac{1}{10}z^5\right),$$

unde si neglecta particula $\delta$ pro dato $m\tau$ invenerimus $z=q$, erit ratione ipsius $\delta$ habita

$$z=q-\frac{\delta q(5-q^4)}{5(1+qq)}=\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}s.$$

103. **Coroll. 1.** Si ergo particula minima $\delta$ fuerit positiva, curva erit ellipsis perquam longa, cujus semiaxis transversus $=\frac{f}{1-nn}=\frac{f}{2\delta}$, et semiaxis conjugatus $=\frac{f}{\sqrt{2\delta}}$, atque distantia absidis imae a foco $=\frac{f}{2-\delta}=\tfrac{1}{2}f+\frac{\delta}{4}f$.

104. **Coroll. 2.** Sin autem particula $\delta$ fuerit negativa, curva erit hyperbola minime a parabola ejusdem parametri discrepans, cujus asymtotae ad axem erunt inclinatae angulo cujus cosinus $=\frac{1}{1+\delta}$ vel sinus $=\sqrt{2\delta}$.

105. **Coroll. 3.** Ceterum calculus, quo tam ex data anomalia vera $s$ quaeritur quantitas tempori proportionalis $m\tau$, quam vicissim haec ex illa, non multo onerosior est illo, quem ante pro parabola docuimus, unde ad motum in hyperbola scrutandum procedamus.

106. **Problema.** Si curva, in qua corpus $B$ circa $A$ moveri videtur, fuerit hyperbola, ad quodvis tempus ejus locum assignare.

**Solutio.** Loco temporis $t$ introducamus et hic quantitatem ipsi proportionalem $m\tau$ modo ante expositam, et cum numerus $n$ excentricitatem referens sit unitate major, ex § 68 habebimus

$$m\tau=\frac{n\sin s}{(nn-1)(1+n\cos s)}-\frac{1}{(nn-1)^{\frac{3}{2}}}\log.\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s},$$

qua aequatione relatio inter tempus et anomaliam veram $CAB=s$ exprimitur. Hic autem logarithmus ex canone logarithmorum hyperbolicorum sumi debet, vel si logarithmum vulgarem capiamus, eum per numerum 2.30258509299 multiplicari, hujusve reciprocum 0,4342944819 dividi oportet. Statuamus $\frac{n+\cos s}{1+n\cos s}=u$, ut sit $\cos s=\frac{n-u}{nu-1}$, et quia $\sqrt{(uu-1)}=\frac{\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s}$, nostra aequatio erit

$$m\tau=\frac{n}{(nn-1)^{\frac{3}{2}}}\sqrt{(uu-1)}-\frac{1}{(nn-1)^{\frac{3}{2}}}\log.(u+\sqrt{(uu-1)}),$$

quae aequatio adhuc simplicior reddi potest ponendo $u=\sec 2\omega=\frac{1}{\cos 2\omega}$, seu $\sqrt{(uu-1)}=\operatorname{tang}2\omega$,

ut sit $\frac{1-n\cos s}{n+\cos s} = \cos 2\omega$, hincque $\cos s = \frac{n\cos 2\omega - 1}{n-\cos 2\omega}$ et $\sin s = \frac{\sin 2\omega \sqrt{(nn-1)}}{n-\cos 2\omega}$; tum enim erit $u + \sqrt{(uu-1)} = \text{tang}\,(45^0 + \omega)$, ideoque

$$m\tau = \frac{n\,\text{tang}\,2\omega - \log.\text{tang}(45^0+\omega)}{(nn-1)\sqrt{(nn-1)}}.$$

Quodsi ergo ad singulos gradus anomaliae verae $s$ valores quantitatis $m\tau$ computentur, inde vicissim pro dato $m\tau$ ipsa anomalia vera $s$ simulque distantia $AB = v = \frac{f}{1+n\cos s}$ facile colligitur.

107. **Coroll. 1.** Crescente ergo tempore $t$ seu quantitate ipsi proportionali $m\tau$, crescit etiam anomalia vera $CAB = s$, atque elapso tempore infinito fit $\cos s = -\frac{1}{n}$ et $\sin s = \frac{\sqrt{(nn-1)}}{n}$, eodemque casu evadit distantia $AB = v$ infinita.

108. **Coroll. 2.** Elapso tempore infinito locus corporis in asymtotam incidet, et asymtotae utrinque ad axem hyperbolae inclinantur angulo, cujus cosinus est $= \frac{1}{n}$ et tangens $= \sqrt{(nn-1)}$. Est vero $\frac{f}{nn-1}$ semiaxis transversus hyperbolae et $\frac{f}{\sqrt{(nn-1)}}$ semiaxis conjugatus.

109. **Scholion.** Evolvimus ergo omnes species motuum, quibus duo corpora se mutuo attrahentia, siquidem fuerint sphaerica circumferri possunt; vidimus orbitam, quam alterum circa alterum describere spectatur, esse sectionem conicam. Huc quidem proxime accedunt orbitae, quas planetae primarii et cometae circa solem describere videntur, dum illi in ellipsibus circumferuntur, hi vero quasi in parabolis, etsi adhuc incertum est, utrum hyperbola penitus sit excludenda. Verumtamen planetas non exacte in orbitis ellipticis circa solem circumferri vel exinde patet, quod lineae absidum in coelo non quietae deprehenduntur. Duplex scilicet perturbatio eorum motum afficit, quarum altera a figura planetarum non sphaerica, altera ab attractione reliquorum corporum coelestium proficiscitur, quam investigationem deinceps sumus suscepturi. Ante autem juvabit hoc idem argumentum de motu duorum corporum sphaericorum per calculos variatos pertractasse. Cum enim totum negotium resolutione aequationum differentio-differentialium innitatur, plurimum intererit hujusmodi aequationes variis methodis tentari, quandoquidem hoc casu de successu certi sumus, quacunque methodo utamur, etiamsi forte, nisi solutio jam ante esset cognita, calculi evolutio nimis ardua videretur. His autem difficultatibus superatis, aditus ad sublimiores investigationes, quando plura duobus corpora proponuntur, facilior forsitan redderetur. In sequente ergo capite aliis quibusdam methodis determinationem motus duorum corporum sphaericorum aggrediamur.

---

## Caput III.

### Aliae investigationes motus duorum corporum sphaericorum.

110. **Problema.** (Fig. 179.) Dum corpora sphaerica $A$ et $B$ se mutuo attrahunt, hujus motum, qualis ex illo spectatur, referre ad planum quodcunque per corpus $A$ ductum.

**Solutio.** Repraesentet tabula planum, ad quod motum corporis $B$ referri oportet, quod jam tempore elapso $= t$ versetur in $B$, unde demisso ad planum propositum perpendiculo $BY$, et ex $Y$

ad rectam fixam $AE$ normali $YX$, sint ternae coordinatae $AX=x$, $XY=y$, $YB=z$; ipsa autem distantia $AB=v=\sqrt{(xx+yy+zz)}$. Cum jam vis, qua $B$ ad $A$ urgetur sit $=\frac{B(A+B)}{vv}$, massas corporum per litteras $A$ et $B$ indicando, ea secundum directiones ternarum coordinatarum resoluta dabit vim in directione

$$AX=\frac{-B(A+B)x}{v^3},$$

$$XY=\frac{-B(A+B)y}{v^3},$$

$$YB=\frac{-B(A+B)z}{v^3},$$

unde sequentes aequationes elicimus sumendo elementum $dt$ constans

$$ddx=\frac{-2g(A+B)x}{v^3}\cdot dt^2,\quad ddy=\frac{-2g(A+B)y}{v^3}\cdot dt^2,\quad ddz=\frac{-2g(A+B)z}{v^3}\cdot dt^2.$$

Hinc $dt^2$ eliminando colligimus

$$yddx-xddy=0,\quad zddy-yddz=0,\quad xddz-zddx=0,$$

quarum quidem quaelibet in binis reliquis jam continetur, ita ut duas tractasse sufficiat. Inde ergo integrando obtinemus

$$ydx-xdy=Edt \quad \text{et} \quad zdy-ydz=Fdt, \quad \text{hincque}$$

$$F(ydx-xdy)+E(ydz-zdy)=0,$$

quae per $yy$ divisa et integrata dat

$$\frac{Fx}{y}+\frac{Ez}{y}+G=0,\quad \text{seu}\quad Ez+Fx+Gy=0,$$

ex qua liquet motum corporis $B$ fieri in plano per punctum $A$ transeunte. Cum igitur habeamus $Ez+Fx+Gy=0$, ac praeterea has tres aequationes differentiales

$$Edt=ydx-xdy,\quad Fdt=zdy-ydz,\quad Gdt=xdz-zdx,$$

ob $xx+yy+zz=vv$ adipiscemur quadratis addendis

$$(EE+FF+GG)dt^2=dx^2(vv-xx)+dy^2(vv-yy)+dz^2(vv-zz)-2xydxdy-2yzdydz-2xzdxdz,$$

et quia $xdx+ydy+zdz=vdv$, obtinebimus

$$(EE+FF+GG)dt^2=vv(dx^2+dy^2+dz^2)-vvdv^2.$$

Verum si aequationum differentio-differentialium prima per $2dx$, secunda per $2dy$ et tertia per $2dz$ multiplicetur, summa erit

$$2dxddx+2dyddy+2dzddz=\frac{-4g(A+B)vdv}{v^3}\cdot dt^2,$$

cujus integrale, ob $dt$ constans, est

$$dx^2+dy^2+dz^2=Ddt^2+\frac{4g(A+B)}{v}dt^2,$$

qui valor ob superiorem aequationem est

$$= dv^2 + \frac{(EE+FF+GG)\,dt^2}{vv},$$

ita ut per $vv$ multiplicando habeamus

$$vv\,dv^2 = dt^2\,(Dvv + 4g\,(A+B)\,v - EE - FF - GG),$$

ideoque
$$dt = \frac{v\,dv}{\sqrt{(Dvv + 4g\,(A+B)\,v - EE - FF - GG)}}.$$

Superest ut reliquas variabiles $x$, $y$, $z$ etiam per $v$ determinemus. Cum igitur sit $z = \frac{-Fx-Gy}{E}$, habebimus

$$EEvv = EExx + EEyy + FFxx + 2FGxy + GGyy, \quad \text{hincque}$$

$$y = \frac{-FGx + E\sqrt{((EE+GG)\,vv - (EE+FF+GG)\,xx)}}{EE+GG}.$$

Statuamus brevitatis gratia

$$EE+FF+GG = HH, \quad \text{sitque} \quad \frac{Hx}{v\sqrt{(EE+GG)}} = \cos\omega, \quad \text{seu} \quad x = \frac{v\sqrt{(EE+GG)}}{H}\cos\omega,$$

$$\text{erit} \quad y = \frac{-FG\cos\omega + EH\sin\omega}{H\sqrt{(EE+GG)}}\cdot v \quad \text{et} \quad z = \frac{-EF\cos\omega - GH\sin\omega}{H\sqrt{(EE+GG)}}\cdot v.$$

Hinc erit $\frac{y}{x} = \frac{-FG\cos\omega + EH\sin\omega}{(EE+GG)\cos\omega}$ et $\frac{x\,dy - y\,dx}{xx} = \frac{EH\,d\omega}{(EE+GG)\cos^2\omega}$, ideoque

$$x\,dy - y\,dx = \frac{Evv\,d\omega}{H} = -E\,dt, \quad \text{ita ut sit} \quad d\omega = \frac{-H\,dt}{vv}.$$

Quaeratur ergo angulus $\omega$, ut sit

$$\omega = -\int \frac{H\,dv}{v\sqrt{(Dvv + 4g\,(A+B)\,v - HH)}},$$

eritque
$$\sin\omega = \frac{HH - 2g\,(A+B)\,v}{v\sqrt{(DHH + 4gg\,(A+B)^2)}} \quad \text{et} \quad \cos\omega = \frac{H\sqrt{(Dvv + 4g\,(A+B)\,v - HH)}}{v\sqrt{(DHH + 4gg\,(A+B)^2)}}.$$

Invento hoc angulo $\omega$, ad eum constantem angulum quemcunque adjicere licet, unde obtinebimus

$$\frac{x}{v} = \frac{(EE+GG)\cos(\omega+\delta)}{H\sqrt{(EE+GG)}},$$

$$\frac{y}{v} = \frac{-FG\cos(\omega+\delta) + EH\sin(\omega+\delta)}{H\sqrt{(EE+GG)}},$$

$$\frac{z}{v} = \frac{-EF\cos(\omega+\delta) - GH\sin(\omega+\delta)}{H\sqrt{(EE+GG)}},$$

ita ut jam omnes quantitates variabiles sint determinatae per eandem variabilem $v$.

**111. Coroll. 1.** Si ponatur $\frac{EH}{FG} = \operatorname{tang}\alpha$ et $\frac{GH}{EF} = \operatorname{tang}\gamma$, formulae posteriores transmutantur in has:

$$\frac{x}{v} = \frac{\sqrt{(EE+GG)}}{H}\cos(\omega+\delta), \quad \frac{y}{v} = \frac{-\sqrt{(EE+FF)}}{H}\cos(\omega+\delta+\alpha), \quad \frac{z}{v} = \frac{-\sqrt{(FF+GG)}}{H}\cos(\omega+\delta-\gamma),$$

haeque formulae exprimunt cosinus angulorum, quibus recta $AB$ ad ternas directiones principales inclinatur.

112. **Coroll. 2.** Si ducta $AY$, angulus $XAY$ tanquam longitudo vocetur $= \varphi$, ob $\frac{y}{x} = \operatorname{tang} \varphi$ habebimus hanc longitudinis determinationem

$$\operatorname{tang} \varphi = \frac{-FG}{EE + GG} + \frac{EH \operatorname{tang}(\omega + \delta)}{EE + GG},$$

tum vero angulo $YAB$ tanquam latitudine posito $= \psi$, erit

$$\sin \psi = \frac{-EF \cos(\omega + \delta) - GH \sin(\omega + \delta)}{H\sqrt{(EE + GG)}} = \frac{-\sqrt{(FF + GG)}}{H} \cos(\omega + \delta - \gamma).$$

113. **Coroll. 3.** Si recta $A☊$ fuerit intersectio plani, in quo corpus $B$ movetur cum plano tabulae, motusque fiat in sensum $EB$, ita ut in ☊ sit nodus ascendens, erit pro longitudine hujus nodi $\operatorname{tang} EA☊ = \frac{-F}{G}$, et pro inclinatione planorum $\operatorname{tang} YNB = \frac{-\sqrt{(FF + GG)}}{E}$, seu $\cos YNB = \frac{-E}{H}$, ducta $YN$ ad $A☊$ normali.

114. **Coroll. 4.** Si ponamus $\frac{F}{H} = \cos \alpha$, $\frac{G}{H} = \cos \beta$, $\frac{E}{H} = \cos \gamma$, ut sit

$$x \cos \alpha + y \cos \beta + z \cos \gamma = 0 \quad \text{et} \quad \cos^2 \alpha + \cos^2 \beta + \cos^2 \gamma = 1;$$

tum vero statuamus

$$\frac{x}{v} = \sin \alpha \cos(\omega + \zeta), \quad \frac{y}{v} = \sin \beta \cos(\omega + \eta), \quad \frac{z}{v} = \sin \gamma \cos(\omega + \vartheta),$$

anguli $\zeta$, $\eta$, $\vartheta$ ita sunt comparati ut sit

$$\operatorname{tang}(\vartheta - \eta) = \frac{\cos \alpha}{\cos \beta \cos \gamma}, \quad \operatorname{tang}(\zeta - \vartheta) = \frac{\cos \beta}{\cos \alpha \cos \gamma}, \quad \operatorname{tang}(\eta - \zeta) = \frac{\cos \gamma}{\cos \alpha \cos \beta},$$

unde ordo in his formulis facilius perspicitur.

115. **Scholion.** Evidens est hanc solutionem ad superiorem perducere. Si enim angulus $☊AB$ ponatur $= \varphi$, qui est angulus, quem corpus $B$ in sua orbita plana tempore $t$ absolvit, erit $\frac{BN}{v} = \sin \varphi$; at est $\frac{z}{BN} = \sin YNB = \frac{\sqrt{(FF + GG)}}{H}$, ideoque

$$BN = \frac{Hz}{\sqrt{(FF + GG)}} \quad \text{et} \quad \sin \varphi = \frac{H}{\sqrt{(FF + GG)}} \cdot \frac{z}{v} = -\cos(\omega + \delta - \gamma) \quad \text{per § 111.}$$

Ergo $\sin \varphi = \sin(\omega + \delta - \gamma - 90^0)$, ita ut sit

$$\varphi = \omega + \text{Const.} \quad \text{ac} \quad d\varphi = d\omega, \quad \text{seu} \quad d\varphi = \frac{-Hdv}{v\sqrt{(Dvv + 4G(A + B)v - HH)}},$$

quae aequatio cum supra inventa plane congruit. Signum enim —, quod supra erat +, ob signum radicalis ambiguum nihil turbat. Quin etiam poteramus ponere

$$\sin \varphi = + \cos(180^0 + \omega + \delta - \gamma) = \sin(-90^0 - \omega - \delta + \gamma),$$

unde deducitur $\varphi = \text{Const.} - \omega$ et $d\varphi = -d\omega$, eademque prorsus aequatio obtinetur. Ceterum cum hic motum corporis $B$ etiam, qualis ex $A$ spectatur, definiverimus, nunc in motus absolutos utriusque corporis inquiramus, quales scilicet ambo ex puncto quodam fixo visi apparerent; ac primo quidem ambos motus in eodem plano absolvi assumamus.

116. **Problema.** (Fig. 180.) Si duo corpora sphaerica se mutuo attrahentia $A$ et $B$ moveantur in eodem plano, definire eorum motum absolutum.

**Solutio.** Moveantur ambo corpora $A$ et $B$, quorum massae iisdem litteris indicentur, in plano tabulae, in quo assumta recta fixa $OV$, in eaque puncto fixo $O$, ad quodvis tempus elapsum $= t$ pro utroque corpore coordinatas orthogonales $OX$, $XA$ et $OP$, $PB$ assignari oportet. Ponamus ergo pro corpore $A$ coordinatas $OX = X$, $XA = Y$, et ducta $AL$ rectae fixae $OV$ parallela, vocatisque distantia $AB = v$ et angulo $LAB = \varphi$, pro corpore $B$ erunt coordinatae

$$OP = X + v\cos\varphi \quad \text{et} \quad PB = Y + v\sin\varphi.$$

Jam quia vis, qua corpora se mutuo attrahunt, est $= \frac{AB}{vv}$, corpus $A$ sollicitabitur secundum directiones fixas

$$\text{sec. } OX \text{ vi} = \frac{AB}{vv}\cos\varphi, \qquad \text{sec. } XA \text{ vi} = \frac{AB}{vv}\sin\varphi;$$

corpus vero $B$ sollicitabitur

$$\text{sec. } OP \text{ vi} = \frac{-AB}{vv}\cos\varphi, \qquad \text{sec. } PB \text{ vi} = \frac{-AB}{vv}\sin\varphi.$$

Sumto ergo elemento temporis $dt$ constante, habebimus has quatuor aequationes:

$$\text{I.} \quad ddX = \frac{2gBdt^2}{vv}\cos\varphi, \qquad \text{II.} \quad ddY = \frac{2gBdt^2}{vv}\sin\varphi,$$

$$\text{III.} \quad ddX + dd.v\cos\varphi = \frac{-2gAdt^2}{vv}\cos\varphi, \qquad \text{IV.} \quad ddY + dd.v\sin\varphi = \frac{-2gAdt^2}{vv}\sin\varphi,$$

unde sublatis $ddX$ et $ddY$ supererunt hae duae aequationes

$$(1) \quad dd.v\cos\varphi = \frac{-2g(A+B)dt^2}{vv}\cos\varphi, \qquad (2) \quad dd.v\sin\varphi = \frac{-2g(A+B)dt^2}{vv}\sin\varphi,$$

quibus definitur motus respectivus corporis $B$, qualis spectatori in $A$ posito esset appariturus, quippe qui motus per distantiam $AB = v$ et angulum $LAB = \varphi$ determinatur. Conveniuntque hae formulae perfecte cum iis, quas in superiori capite invenimus. Definito autem hoc motu respectivo, pro absoluto deinceps colligimus

$$(A+B)\,ddX + Bdd.v\cos\varphi = 0 \quad \text{et} \quad (A+B)\,ddY + Bdd.v\sin\varphi = 0,$$

ac proinde bis integrando

$$(A+B)\,X + Bv\cos\varphi = Et + \mathfrak{E} \quad \text{et} \quad (A+B)\,Y + Bv\sin\varphi = Ft + \mathfrak{F},$$

quibus motus uniformis communis centri inertiae corporum in directum declaratur. Ad motum ergo absolutum utriusque corporis cognoscendum primo motum respectivum investigari convenit, quod etsi jam in superiori capite est praestitum, solutionem tamen ex binis aequationibus hic expositis petamus. Ac primo quidem haec combinatio $(1).v\sin\varphi - (2).v\cos\varphi$ praebet

$$v\sin\varphi\, dd.v\cos\varphi - v\cos\varphi\, dd.v\sin\varphi = 0,$$

quae integrata dat $\quad v \sin\varphi\, d.v\cos\varphi - v\cos\varphi\, d.v\sin\varphi = -2Cdt,$

$$\text{seu}\quad vv\,d\varphi = Cdt.$$

Deinde ista combinatio $(1).d.v\cos\varphi + (2).d.v\sin\varphi$ praebet

$$d.v\cos\varphi.dd.v\cos\varphi + d.v\sin\varphi.dd.v\sin\varphi = \frac{-2g(A+B)dt^2}{vv}(\cos\varphi\, d.v\cos\varphi + \sin\varphi\, d.v\sin\varphi)$$

$$= \frac{-2g(A+B)dt^2}{vv}.dv,$$

unde integrando impetramus

$$(d.v\cos\varphi)^2 + (d.v\sin\varphi)^2 = D + \frac{4g(A+B)dt^2}{v},\quad \text{sive}\quad dv^2 + vv\,d\varphi^2 = Ddt^2 + \frac{4g(A+B)dt^2}{v}.$$

Quare cum ex illa sit $dt = \frac{vv\,d\varphi}{C}$, fiet

$$CCdv^2 + CCvv\,d\varphi^2 = Dv^4d\varphi^2 + 4g(A+B)v^3d\varphi^2,$$

$$\text{hincque}\qquad d\varphi = \frac{Cdv}{v\sqrt{(Dv^2 + 4g(A+B)v - CC)}}$$

$$\text{atque}\qquad dt = \frac{vdv}{\sqrt{(Dv^2 + 4g(A+B)v - CC)}}.$$

Definitis autem ad tempus $t$ quantitatibus $v$ et $\varphi$, ex superioribus formulis colligentur coordinatae $X$ et $Y$ pro corpore $A$, ex quibus hujus corporis motus absolutus innotescit, indeque etiam corporis alterius $B$.

117. **Coroll. 1.** Si $J$ sit commune centrum inertiae amborum corporum, erit

$$(A+B)\,OK = A.OX + B.OP = (A+B)X + Bv\cos\varphi$$

$$\text{et}\qquad (A+B)\,KJ = A.XA + B.PB = (A+B)Y + Bv\sin\varphi,$$

unde in superioribus formulis $E$ est celeritas ejus in directione $OV$, et $F$ in directione $KJ$.

118. **Coroll. 2.** Positis ergo $E = 0$ et $F = 0$, commune centrum inertiae $J$ quiescet. Ac si punctum $O$ in eo ipso accipiamus, insuper constantes $\mathfrak{E}$ et $\mathfrak{F}$ evanescunt, eritque tum

$$OX = X = \frac{-Bv\cos\varphi}{A+B}\quad \text{et}\quad XA = Y = \frac{-Bv\sin\varphi}{A+B}.$$

119. **Coroll. 3.** Cum in superiori capite per anomaliam veram $s$ has determinationes invenerimus:

$$v = \frac{f}{1+n\cos s},\quad \varphi = s + \alpha\quad \text{et}\quad t = \frac{f\sqrt{f}}{\sqrt{2g(A+B)}}\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2},$$

habebimus in genere pro curva, quam corpus $A$ motu absoluto describit, constantibus parumper immutatis,

$$OX = X = \mathfrak{E} + E\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2} - \frac{Bf\cos(s+\alpha)}{(A+B)(1+n\cos s)},$$

$$XA = Y = \mathfrak{F} + F\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2} - \frac{Bf\sin(s+\alpha)}{(A+B)(1+n\cos s)}.$$

120. **Coroll. 4.** Pro curva vero, quam alterum corpus $B$ motu absoluto describit, erunt coordinatae

$$OP = X + v\cos\varphi = \mathfrak{E} + E\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2} + \frac{Af\cos(s+\alpha)}{(A+B)(1+n\cos s)},$$

$$PB = Y + v\sin\varphi = \mathfrak{F} + F\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2} + \frac{Af\sin(s+\alpha)}{(A+B)(1+n\cos s)}.$$

Unde patet casu, quo $E=0$ et $F=0$, utramque curvam fore sectionem conicam.

121. **Scholion.** Hinc perspicitur egregius consensus inter ambas methodos, quibus sum usus ad motus binorum corporum determinandos, ac simul patet, utramque methodum ita inter se cohaerere, ut determinatio motus respectivi praecipuam partem in motus absoluti investigatione constituat. Haec methodus scilicet latius patet, quam illa, cum non solum motum respectivum perinde ac illa patefaciat, sed etiam motum absolutum utriusque corporis declaret, atque hoc quidem ita, ut ratio motuum absolutorum facillime e calculo eliminetur, totumque negotium ad motus respectivi determinationem perducatur. Hoc enim cognito nihil aliud superest, nisi ut motus communis centri inertiae, qui semper est uniformis secundum lineam rectam, in computum introducatur. Quare etiam in investigatione motus plurium corporum se mutuo attrahentium semper sufficit motus respectivos, qui spectatori in uno eorum collocato sint apparituri, determinasse. Etsi enim hic unum corpus tanquam quiescens consideratur, tamen facile est deinceps toti systemati ejusmodi motum mente saltem inducere, quo commune centrum inertiae vel ad quietem vel motum uniformem rectilineum redigatur, hocque modo ad motuum absolutorum cognitionem pervenietur. Istud etiam eo clarius patebit ex sequente problemate, ubi motus binorum corporum, quando non in eodem plano absolvuntur, sum evoluturus.

122. **Problema.** Si duo corpora sphaerica se mutuo attrahentia ita moveantur, ut motus eorum non in eodem plano absolvatur, definire utriusque corporis motum absolutum.

**Solutio.** (Fig. 181) Sint jam elapso tempore $=t$ ambo corpora in $A$ et $B$, quorum massae iisdem litteris $A$ et $B$ indicentur. Referantur eorum loca ad ternas directiones fixas inter se normales $OE$, $OF$, $OG$, quibus constituantur pro utroque parallelae coordinatae, quas pro $A$ vocemus $OX=X$, $XY=Y$ et $YA=Z$. Pro corpore autem $B$ statuamus primo distantiam $AB=v$, tum vero ejus inclinatio ad ternas illas directiones fixas $OE$, $OF$, $OG$ indicetur angulis $\zeta$, $\eta$, $\vartheta$, ut sit $\cos^2\zeta+\cos^2\eta+\cos^2\vartheta=1$, hincque coordinatae pro $B$ erunt $OP=X+v\cos\zeta$, $PQ=Y+v\cos\eta$, $QB=z+v\cos\vartheta$, seu posito $v\cos\zeta=x$, $v\cos\eta=y$, $v\cos\vartheta=z$, ut sit $vv=xx+yy+zz$, habebimus $OP=X+x$, $PQ=Y+y$, $QB=Z+z$. Cum jam vis attractrix secundum $AB$ sit $=\frac{AB}{vv}$, corpus $A$ ab ea sollicitatur

$$\text{secundum } OE \text{ vi} = \frac{AB}{vv}\cos\zeta, \quad \text{sec. } OF \text{ vi} = \frac{AB}{vv}\cos\eta, \quad \text{sec. } OG \text{ vi} = \frac{AB}{vv}\cos\vartheta,$$

corpus vero $B$ his viribus

$$\text{sec. } OE \text{ vi} = \frac{-AB}{vv}\cos\zeta, \quad \text{sec. } OF \text{ vi} = \frac{-AB}{vv}\cos\eta, \quad \text{sec. } OG \text{ vi} = \frac{-AB}{vv}\cos\vartheta,$$

unde principia accelerationis suppeditabunt has aequationes

$$ddX = \frac{2gB}{vv} dt^2 \cos\zeta, \quad ddY = \frac{2gB}{vv} dt^2 \cos\eta, \quad ddZ = \frac{2gB}{vv} dt^2 \cos\vartheta,$$

$$ddX + ddx = \frac{-2gA}{vv} dt^2 \cos\zeta, \quad ddY + ddy = \frac{-2gA}{vv} dt^2 \cos\eta, \quad ddZ + ddz = \frac{-2gA}{vv} dt^2 \cos\vartheta.$$

Hic quantitates $X$, $Y$, $Z$ referuntur ad motum absolutum corporis $A$, at $x$, $y$, $z$ ad motum respectivum, quo corpus $B$ ex $A$ spectatum moveri cernitur. Pro hoc ergo colligimus:

$$\text{I.} \quad ddx = \frac{-2g(A+B)\,dt^2 \cos\zeta}{vv} = \frac{-2g(A+B)\,x\,dt^2}{v^3},$$

$$\text{II.} \quad ddy = \frac{-2g(A+B)\,dt^2 \cos\eta}{vv} = \frac{-2g(A+B)\,y\,dt^2}{v^3},$$

$$\text{III.} \quad ddz = \frac{-2g(A+B)\,dt^2 \cos\vartheta}{vv} = \frac{-2g(A+B)\,z\,dt^2}{v^3},$$

ex quibus cum aequatione $xx + yy + zz = vv$ omnes quantitates $x$, $y$, $z$ et $v$ ad tempus $t$ determinari oportet. Inde autem primo has aequationes integrabiles deducimus

$$yddx - xddy = 0, \quad zddy - yddz = 0, \quad xddz - zddx = 0,$$

quae integratae dant

$$ydx - xdy = Edt, \quad zdy - ydz = Fdt, \quad xdz - zdx = Gdt.$$

Quare cum sit $F(ydx - xdy) = E(zdy - ydz)$, per $yy$ dividendo nanciscemur $\frac{Fx}{y} = \frac{-Ez}{y} + \text{Const.}$ Similique modo ob $G(zdy - ydz) = F(xdz - zdx)$, per $zz$ dividendo adipiscimur $\frac{Gy}{z} = \frac{-Fx}{z} + \text{Const.}$ ex quibus conjunctim deducimus $Fx + Gy + Ez = 0$, qua aequatione motus corporis $B$ ex $A$ spectatus in eodem plano fieri indicatur.

Porro si primam per $2dx$, secundam per $2dy$ et tertiam per $2dz$ multiplicemus, ob $xdx + ydy + zdz = vdv$, summa erit

$$2dx\,ddx + 2dy\,ddy + 2dz\,ddz = \frac{-4g(A+B)\,dv}{vv} dt^2,$$

cujus integrale ob $dt$ constans dat

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = Ddt^2 + \frac{4g(A+B)\,dt^2}{v},$$

ex qua ope aequationum

$$Fx + Gy + Ez = 0, \quad xx + yy + zz = vv, \quad ydx - xdy = Edt, \quad zdy - ydz = Fdt,$$
$$xdz - zdx = Gdt$$

eadem solutio deducitur, quam jam supra dedimus. Denique inventis variabilibus $x$, $y$, $z$ motum respectivum spectantibus, ex iis pro motu absoluto corporis $A$ colliguntur coordinatae $X$, $Y$, $Z$ per has aequationes

$$X = \frac{-Bx + \mathfrak{E}t + \mathfrak{e}}{A+B}, \quad Y = \frac{-By + \mathfrak{F}t + \mathfrak{f}}{A+B}, \quad Z = \frac{-Bz + \mathfrak{G}t + \mathfrak{g}}{A+B}.$$

123. **Coroll. 1.** Ex aequationibus differentialibus

$$ydx - xdy = Edt, \quad zdy - ydz = Fdt, \quad xdz - zdx = Gdt,$$

sine integratione immediate colligitur, multiplicando primam per $z$, secundam per $x$, et tertiam per $z$, summamque sumendo:

$$0 = Ezdt + Fxdt + Gydt, \quad \text{hincque} \quad Ez + Fx + Gy = 0.$$

124. **Coroll. 2.** Eaedem aequationes differentiales quadratae et additae, posito

$$EE + FF + GG = HH, \quad \text{praebent}$$

$$HHdt^2 = vv(dx^2 + dy^2 + dz^2) - vvdv^2, \quad \text{ideoque} \quad dx^2 + dy^2 + dz^2 = dv^2 + \frac{HHdt^2}{vv}.$$

125. **Coroll. 3.** Si illae aequationes differentiales combinentur cum hac

$$xdx + ydy + zdz = vdv,$$

differentialia $dx$, $dy$ et $dz$ inde ita definiuntur, ut sit

$$dx = \frac{xdv}{v} + \frac{(Ey - Gz)\,dt}{vv}, \quad dy = \frac{ydv}{v} + \frac{(Fz - Ex)\,dt}{vv}, \quad dz = \frac{zdv}{v} + \frac{(Gx - Fy)\,dt}{vv}.$$

126. **Coroll. 4.** Cum autem sit $Ez + Gy = -Fx$, si ponamus $Ey - Gz = p$, erit quadratis addendis

$$(EE + GG)(yy + zz) = (EE + GG)(vv - xx) = FFxx + pp,$$

ideoque, ob $FF + GG + EE = HH$, erit $p = Ey - Gz = \sqrt{((EE + GG)vv - HHxx)}$, hincque

$$\frac{vdx - xdv}{vv} = d \cdot \frac{x}{v} = \frac{dt}{vv}\sqrt{\left(EE + GG - \frac{HHxx}{vv}\right)}.$$

127. **Scholion.** Hae investigationes non solum inserviunt motui absoluto definiendo, etsi in Astronomia parum interest eum nosse, sed imprimis eas ideo hic attulimus, ut intelligatur, quomodo hujusmodi solutiones, ubi plures aequationes differentio-differentiales occurrunt, tractari conveniat. Cum enim in sequentibus omnia a resolutione talium aequationum pendeant, in hujusmodi calculo maxime juvabit vires analyseos exercuisse, unde haec tractatio utilitate non caritura videtur. Expedito ergo motu duorum corporum sphaericorum, quod quidem argumentum jam passim satis cumulate est pertractatum, antequam casum trium corporum aggrediamur, in motum duorum corporum non sphaericorum inquiramus, ut pateat, quantum discrimen a defectu sphaericitatis proficiscatur. Cum enim tam solis quam planetarum corpora a figura sphaerica recedant, jam ob hanc solam causam irregularitates quaedam se motui, qui per regulas consuetas in hypothesi corporum sphaericorum determinatur, admiscebunt, quarum cognitio eo magis est necessaria, ne phaenomena hinc oriunda actioni aliorum corporum tribuantur. Hic vero alteri tantum corpori figuram a sphaerica diversam assignabimus, alterum perfecte sphaericum relinquentes; si enim ambo non fuerint sphaerica, primo alterum tanquam sphaericum spectetur, tum vero alterum, quo facto ex combinatione phaenomenorum solutio haud difficulter colligetur, praecipue cum viderimus a defectu figurae sphaericae motus parum perturbari.

## Caput IV.

### De motu duorum corporum, quorum alterum tantum est sphaericum.

128. **Problema.** Si corpus sphaericum moveatur circa corpus figura quacunque praeditum, quod omni motu rotatorio careat, invenire aequationes, quibus ejus motus determinatur.

**Solutio.** Cum quaestio sit de motu respectivo corporis sphaerici, alterum corpus non sphaericum in quiete considerabimus, quoniam ipsi etiam omnem motum rotatorium adimimus. Sit igitur hujus corporis centrum inertiae in $J$ (fig. 172), ejusque axes principales $JA$, $JB$, $JC$, quorum respectu sint momenta inertiae $Maa$, $Mbb$, $Mcc$, denotante $M$ massam hujus corporis, quod tanquam quiescens spectamus. Nunc autem elapso tempore $=t$, alterius corporis sphaerici centrum versetur in $H$, ejusque massa vocetur $=N$, unde ad planum binis axibus principalibus prioris corporis $JA$ et $JB$ contentum demittatur perpendiculum $HG$, et ex $G$ ad axem $JA$ ducatur normalis $GF$, ut habeantur pro ejus loco ternae coordinatae $JF=x$, $FG=y$ et $GH=z$; distantia autem ipsa $JH$ vocetur $=v$. Quodsi jam huc denominationes § 38 accommodemus, erit $h=v$, $\cos\alpha=\frac{x}{v}$, $\cos\beta=\frac{y}{v}$ et $\cos\gamma=\frac{z}{v}$, unde corpus $N$ in $H$ sequentibus tribus viribus secundum directiones $H\alpha$, $H\beta$, $H\gamma$ axibus principalibus parallelas sollicitatur

$$\text{secundum } H\alpha=\frac{MNx}{v^3}\left(1+\frac{3aa}{2vv}\left(3-\frac{5xx}{vv}\right)+\frac{3bb}{2vv}\left(1-\frac{5yy}{vv}\right)+\frac{3cc}{2vv}\left(1-\frac{5zz}{vv}\right)\right),$$

$$H\beta=\frac{MNy}{v^3}\left(1+\frac{3bb}{2vv}\left(3-\frac{5yy}{vv}\right)+\frac{3cc}{2vv}\left(1-\frac{5zz}{vv}\right)+\frac{3aa}{2vv}\left(1-\frac{5xx}{vv}\right)\right),$$

$$H\gamma=\frac{MNz}{v^3}\left(1+\frac{3cc}{2vv}\left(3-\frac{5zz}{vv}\right)+\frac{3aa}{2vv}\left(1-\frac{5xx}{vv}\right)+\frac{3bb}{2vv}\left(1-\frac{5yy}{vv}\right)\right).$$

A paribus autem viribus, sed contrario modo applicatis corpus $M$ ad corpus in $H$ sollicitatur, quae cum denuo, ob motum respectivum, contrario modo ad corpus in $H$ sint transferendae et in ratione massarum $M$ ad $N$ mutandae, motus respectivus corporis in $H$ sequentibus tribus aequationibus differentio-differentialibus exprimetur, sumto elemento temporis $dt$ constante:

$$ddx=\frac{-2g(M+N)x\,dt^2}{v^3}\left(1+\frac{3(3aa+bb+cc)}{2vv}-\frac{15(aaxx+bbyy+cczz)}{2v^4}\right),$$

$$ddy=\frac{-2g(M+N)y\,dt^2}{v^3}\left(1+\frac{3(aa+3bb+cc)}{2vv}-\frac{15(aaxx+bbyy+cczz)}{2v^4}\right),$$

$$ddz=\frac{-2g(M+N)z\,dt^2}{v^3}\left(1+\frac{3(aa+bb+3cc)}{2vv}-\frac{15(aaxx+bbyy+cczz)}{2v^4}\right),$$

ubi notandum esse $vv=xx+yy+zz$. Hinc autem primo colligimus

$$\frac{ddx}{x}-\frac{ddy}{y}=\frac{-2g(M+N)dt^2}{v^3}\cdot\frac{3(aa-bb)}{vv},$$

$$\frac{ddy}{y}-\frac{ddz}{z}=\frac{-2g(M+N)dt^2}{v^3}\cdot\frac{3(bb-cc)}{vv},$$

$$\frac{ddz}{z}-\frac{ddx}{x}=\frac{-2g(M+N)dt^2}{v^3}\cdot\frac{3(cc-aa)}{vv},$$

indeque porro $\frac{yddx - xddy}{(aa - bb)xy} = \frac{zddy - yddz}{(bb - cc)yz} = \frac{xddz - zddx}{(cc - aa)xz}$,

$$\text{seu}\quad (aa - bb)\,xyddz + (bb - cc)\,yzddx + (cc - aa)\,xzddy = 0,$$

quam autem immediate ulterius reducere non licet.

Verum ex tribus illis primis formulis, si brevitatis gratia ponamus $a^2x^2 + b^2y^2 + c^2z^2 = f^2u^2$, obtinebimus hanc aequationem integrabilem

$$dxddx + dyddy + dzddz = \frac{-2g(M+N)\,dt^2}{v^3}\left(vdv + \frac{3(aa+bb+cc)\,dv}{2v} + \frac{3ffudu}{vv} - \frac{15ffuudv}{2v^3}\right)$$

$$= -2g(M+N)\,dt^2\left(\frac{dv}{vv} + \frac{3(aa+bb+cc)\,dv}{2v^4} + \frac{3ffudu}{v^5} - \frac{15ffuudv}{2v^6}\right).$$

Hujus enim integrale est

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = Ddt^2 + 4g(M+N)\,dt^2\left(\frac{1}{v} + \frac{aa+bb+cc}{2v^3} - \frac{3ffuu}{2v^5}\right).$$

Cum autem praeterea aliae integrationes non adsint, hinc solutionem in quantitatibus finitis expressam deducere non licet.

129. **Coroll. 1.** Ob tres variabiles $x$, $y$, $z$ per tempus $t$ determinandas requiruntur tres aequationes, unde cum integrali postremo loco inventa adhuc duas conjungi oportet, ac perinde est quaenam ad hunc finem eligantur.

130. **Coroll. 2.** Loco alterius harum commodissime accipi videtur haec, in quam ternae variabiles $x$, $y$ et $z$ aequaliter ingrediuntur

$$(aa - bb)\,xyddz + (bb - cc)\,yzddx + (cc - aa)\,xzddy = 0,$$

quae etiam ad hanc formam reducitur

$$aax\,(yddz - zddy) + bby\,(zddx - xddz) + ccz\,(xddy - yddx) = 0.$$

131. **Coroll. 3.** Loco tertiae vero aequationis pro lubitu una ex his tribus accipietur

$$yddx - xddy = \frac{-6g(aa-bb)(M+N)\,xydt^2}{v^5},$$

$$zddy - yddz = \frac{-6g(bb-cc)(M+N)\,yzdt^2}{v^5},$$

$$xddz - zddx = \frac{-6g(cc-aa)(M+N)\,xzdt^2}{v^5}.$$

132. **Scholion 1.** Quomodocunque autem hae aequationes cum ista

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = Ddt^2 + 4g(M+N)\,dt^2\left(\frac{1}{v} + \frac{aa+bb+cc}{2v^3} - \frac{3ffuu}{2v^5}\right)$$

posito brevitatis gratia $aaxx + bbyy + cczz = ffuu$ combinentur, solutio problematis maximis difficultatibus involvitur. Quare cum problema latissime pateat ob figuram quamcunque, quam corpori quiescenti tribuimus, casus magis particulares contemplemur; ac primo quidem statim patet, si duo

corporis $M$ momenta principalia fuerint inter se aequalia, difficultates illas maximam partem evanescere. Statuamus ergo momenta inertiae respectu axium $JA$ et $JB$ inter se aequalia, seu $bb = aa$, atque evidens est in hac hypothesi perinde esse, sive corpus $M$ quiescat, sive ei motus gyratorius quicunque circa axem tertium $JC$ tribuatur, quoniam omnia momenta respectu axium in plano $AJB$, quod tanquam quiescens spectamus, sumtorum, sunt inter se aequalia. Pro hoc ergo casu motum respectivum alterius corporis sphaerici $N$ investigemus.

133. **Scholion 2.** Interim tamen conatus exposuisse juvabit, qui forte aliquando ad solutionem producere valeant. Faciamus statim has substitutiones

$$x = pv, \quad ydx - xdy = ldt, \quad 2g\,(aa - bb)\,(M + N) = A,$$
$$y = qv, \quad zdy - ydz = mdt, \quad 2g\,(bb - cc)\,(M + N) = B,$$
$$z = rv, \quad xdz - zdx = ndt, \quad 2g\,(cc - aa)\,(M + N) = C,$$

ex quibus pro novis litteris concludimus has relationes

$$pp + qq + rr = 1, \quad lz + mx + ny = 0, \quad \text{seu} \quad lr + mp + nq = 0,$$

tum $A + B + C = 0$, item $Acc + Baa + Cbb = 0$. Porro ob $yddx - xddy = dldt$, habebimus

$$dl = \frac{-3\,Apqdt}{v^3}, \quad dm = \frac{-3\,Bqrdt}{v^3}, \quad dn = \frac{-3\,Cprdt}{v^3}.$$

Deinde cum sit $ydx - xdy = vv\,(qdp - pdq)$ nanciscimur

$$qdp - pdq = \frac{ldt}{vv}, \quad rdq - qdr = \frac{mdt}{vv}, \quad pdr - rdp = \frac{ndt}{vv},$$

unde fit $\frac{(lq - nr)\,dt}{vv} = qqdp - pqdq - prdr + rrdp = dp$, quia est $-qdq - rdr = pdp$ et $pp + qq + rr = 1$. Sicque erit

$$dp = \frac{(lq - nr)\,dt}{vv}, \quad dq = \frac{(mr - lp)\,dt}{vv}, \quad dr = \frac{(np - mq)\,dt}{vv};$$

atque hinc porro colligitur $rdl + pdm + qdn = 0$, $mdp + ndq + ldr = 0$; tum vero etiam

$$ccrdl + aapdm + bbqdn = 0, \quad \text{ideoque} \quad Cpdm = Bqdn, \quad Crdl = Aqdn, \quad Brdl = Apdm,$$
$$\text{sive} \quad \frac{rdl}{A} = \frac{pdm}{B} = \frac{qdn}{C} = \frac{-3\,pqrdt}{v^3}.$$

Ex assumtis autem aequationibus obtinemus

$$dt^2\,(ll + mm + nn) = vv\,(dx^2 + dy^2 + dz^2) - vvdv^2,$$

ita ut nostra aequatio integralis futura sit

$$dv^2 + \frac{(ll + mm + nn)\,dt^2}{vv} = Ddt^2 + 2g\,(M + N)\,dt^2\left(\frac{2}{v} + \frac{aa + bb + cc}{v^3} - \frac{3\,(aapp + bbqq + ccrr)}{v^3}\right)$$

in qua, quia quantitates $ll + mm + nn$ et $aapp + bbqq + ccrr\,.\,.\,.\,.\,.$, investigemus per formulas superiores earum differentialia. Reperiemus ergo

$$ldl + mdm + ndn = \frac{-3\,dt}{v^3}(Alpq + Bmqr + Cnpr) \quad \text{et}$$

$$aapdp + bbqdq + ccrdr = \frac{dt}{vv}((aa - bb)\,lpq + (bb - cc)\,mqr + (cc - aa)\,npr),$$

seu ob $aa - bb = \frac{A}{2g(M + N)}$ erit

$$aapdp + bbqdq + ccrdr = \frac{dt}{2g(M + N)v^2}(Alpq + Bmqr + Cnpr),$$

ita ut sit
$$aapdp + bbqdq + ccrdr = \frac{-v\,(ldl + mdm + ndn)}{6g(M + N)}.$$

Hinc etiam differentio-differentialia primitiva definire possumus, cum enim sit

$$dx = pdv + vdp = pdv + \frac{(lq - nr)\,dt}{v},$$

erit
$$ddx = pddv + \frac{(lq - nr)\,dt\,dv}{vv} - \frac{(lq - nr)\,dt\,dv}{vv} + \frac{dt}{v}\,d.(lq - nr).$$

Est vero
$$d(lq - nr) = \frac{-3\,Apqq\,dt + 3\,Cprr\,dt}{v^3} + \frac{dt}{vv}(lmr - llp - nnp + mnq),$$

quae ob $lr + nq = -mp$ abit in

$$d(lq - nr) = \frac{-3\,pdt}{v^3}(Aqq - Crr) - \frac{pdt}{vv}(ll + mm + nn),$$

ita ut sit
$$ddx = pddv - \frac{pdt^2}{v^3}(ll + mm + nn) - \frac{3\,pdt^2}{v^4}(Aqq - Crr),$$

quae expressio aequalis est isti

$$\frac{-2g(M + N)\,pdt^2}{v^2}\left(1 + \frac{3\,(3aa + bb + cc)}{2vv} - \frac{15\,(aapp + bbqq + ccrr)}{2vv}\right).$$

Cum jam sit

$$Aqq - Crr = 2g(M + N)(aaqq - bbqq - ccrr + aarr) = 2g(M + N)(aa - aapp - bbqq - ccrr),$$

erit
$$ddv = \frac{dt^2\,(ll + mm + nn)}{v^3} - \frac{2g(M + N)\,dt^2}{v^2}\left(1 + \frac{3(aa + bb + cc) - 9(aapp + bbqq + ccrr)}{2vv}\right),$$

quae, aequationem integralem per $dv$ multiplicando, facile reducitur.

En ergo octo variabiles $t$, $v$, $l$, $m$, $n$, $p$, $q$, $r$, quas determinari oportet ope harum aequationum:

1. $pp + qq + rr = 1$, 2. $lr + mp + nq = 0$

3. $dp = \frac{(lq - nr)\,dt}{vv}$, 6. $dl = \frac{-6g\,(aa - bb)(M + N)\,pq\,dt}{v^3}$

4. $dq = \frac{(mr - lp)\,dt}{vv}$, 7. $dm = \frac{-6g\,(bb - cc)(M + N)\,qr\,dt}{v^3}$

5. $dr = \frac{(np - mq)\,dt}{vv}$, 8. $dn = \frac{-6g\,(cc - aa)(M + N)\,pr\,dt}{v^3}$

9. $rdl + pdm + qdn = 0$, 10. $ldr + mdp + ndq = 0$

11. $ccrdl + aapdm + bbqdn = 0$,

cum quibus aequationem vel differentio-differentialem $ddv$, vel integralem inde natam combinari oportet.

134. **Problema.** (Fig. 172). Si corpus $M$, quod ut quiescens spectatur, habeat momenta inertiae principalia respectu axium $JA$ et $JB$ aequalia, idque sive quiescat, sive circa axem tertium $JC$ gyretur, definire ejus respectu motum alterius corporis sphaerici $N$.

**Solutio.** Retentis omnibus denominationibus, quas in problemate praecedente constituimus, ob $bb = aa$, aequatio nostra integralis erit

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = Ddt^2 + 4g\,(M + N)\,dt^2 \left(\frac{1}{v} + \frac{2aa + cc}{2v^3} - \frac{3aa\,(xx + yy) - 3cczz}{2v^5}\right).$$

Praeterea vero habebimus has duas

$$yddx - xddy = 0 \quad \text{et} \quad xddz - zddx = \frac{-6g\,(cc - aa)\,(M + N)\,xzdt^2}{v^5}$$

existente $xx + yy + zz = vv$, quarum illa integrata praebet $ydx - xdy = Edt$. Statuamus praeterea $zdy - ydz = qdt$ et $xdz - zdx = rdt$, eritque

$$dq = \frac{6g\,(cc - aa)\,(M + N)\,yzdt}{v^5} \quad \text{et} \quad dr = \frac{-6g\,(cc - aa)\,(M + N)\,xzdt}{v^5},$$

ita ut sit $xdq + ydr = 0$. Tum vero ex illis tribus formulis colligimus $Ez + qx + ry = 0$, atque insuper $(EE + qq + rr)\,dt^2 = vv\,(dx^2 + dy^2 + dz^2) - vvdv^2$, hincque

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = dv^2 + \frac{(EE + qq + rr)\,dt^2}{vv}.$$

Ex aequationibus $Ez + qx + ry = 0$ et $xx + yy + zz = vv$ concludimus

$$x = \frac{-Eqz + r\sqrt{((qq + rr)\,vv - (EE + qq + rr)\,zz)}}{qq + rr}, \quad y = \frac{-Erz - q\sqrt{((qq + rr)\,vv - (EE + qq + rr)\,zz)}}{qq + rr}.$$

Deinde vero habemus $dz = \frac{zdv}{v} - \frac{(qy - rx)\,dt}{vv}$, ideoque

$$dz = \frac{zdv}{v} + \frac{dt}{vv}\sqrt{((qq + rr)\,vv - (EE + qq + rr)\,zz)} \quad \text{et} \quad d\cdot\frac{z}{v} = \frac{dt}{vv}\sqrt{\left(qq + rr - \frac{(EE + qq + rr)\,zz}{vv}\right)}.$$

Aequatio autem prima hinc reducitur ad hanc formam

$$dv^2 = Ddt^2 - \frac{(EE + qq + rr)\,dt^2}{vv} + 4g\,(M + N)\,dt^2 \left(\frac{1}{v} + \frac{(cc - aa)\,(vv - 3zz)}{2v^5}\right).$$

Ponamus $z = uv$, $q = s\cos\omega$ et $r = s\sin\omega$, eritque

$$dv^2 = Ddt^2 - \frac{(EE + ss)\,dt^2}{vv} + 4g\,(M + N)\,dt^2 \left(\frac{1}{v} + \frac{(cc - aa)\,(1 - 3uu)}{2v^3}\right)$$

atque $du = \frac{dt}{vv}\sqrt{(ss - (EE + ss)\,uu)}$; tum vero

$$x = \frac{-E\cos\omega + \sin\omega\sqrt{(ss - (EE + ss)\,uu)}}{s}\cdot v, \quad y = \frac{-E\sin\ - \cos\omega\sqrt{(ss - (EE + ss)\,uu)}}{s}\cdot v,$$

unde differentialia $dq$ et $dr$ supra definita dant

$$ds = -6g(cc - aa)(M + N) \cdot \frac{udt}{sv^3} \sqrt{(ss - (EE + ss)uu)},$$

$$sd\omega = +6g(cc - aa)(M + N) \cdot \frac{Eudt}{sv^3}.$$

Eliminato ergo $dt$ primo pro determinatione harum trium quantitatum $v$, $u$, $s$ hae duae aequationes oriuntur

$$dv^2(ss - (EE + ss)uu) = du^2\Big(Dv^4 - (EE + ss)vv + 4g(M + N)v\big(v^2 + \tfrac{1}{2}(cc - aa)(1 - 3uu)\big)\Big)$$

$$\text{et} \quad sds = -6g(cc - aa)(M + N)\frac{udu}{v},$$

quae si resolvi possent, ex iis deinceps angulus $\omega$ et tempus $t$ facile determinaretur. Sed vereor ne omnis labor hic nequicquam consumatur.

135. **Scholion.** Neque ergo hunc casum, etiamsi in suo genere facilis videatur, calculus expedire sinit. Verum si ponamus corpus $B$ in ipso plano $AJB$, in quod axes principales aequalia momenta inertiae habentes incidunt, moveri, calculi difficultates superare licet, qui casus propterea meretur, ut omni cura evolvatur. Cum autem corpus $M$ ita comparatum accipiatur, ut bina momenta inertiae, quae axibus $JA$ et $JB$ respondent, sint inter se aequalia, ei quasi unicus axis $JC$ relinquitur, quoniam omnes axes in plano $AJB$ assumti pari proprietate sunt praediti, sectionem per hoc planum factam tanquam aequatorem corporis spectare poterimus, praecipue cum corpori motum rotatorium quemcunque circa axem $JC$ tribuere liceat. Quomodocunque scilicet corpus $M$ circa axem $JC$ gyretur, si alterum corpus $B$ in ipso ejus aequatoris plano $AJB$ moveatur, motum ejus calculo definire poterimus, id quod in sequente problemate praestabimus.

136. **Problema.** (Fig. 182.) Si corpus $M$, momenta inertiae respectu axium $JA$ et $JB$ aequalia habens, utcunque gyretur circa axem $JC$, alterumque corpus $N$ in ipso illius plano aequatoris $AJB$ moveatur, hujus motum respectivum definire.

**Solutio.** Cum sit $bb = aa$, omnia momenta inertiae ad axes in plano aequatoris sumtos relata sunt $= Maa$, momentum inertiae autem respectu axis $JC = Mcc$, circa quem corpus gyratur. Deinde ob applicatam $z = 0$, si corpus $N$ in plano aequatoris tempore $= t$ confecerit arcum $AN$, ponamusque coordinatas $JX = x$, $XN = y$ et distantiam $JN = v$, ut sit $xx + yy = vv$, motus quaesitus his duabus aequationibus continetur

$$dx^2 + dy^2 = Ddt^2 + 4g(M + N)dt^2\left(\frac{1}{v} + \frac{2aa + cc}{2v^3} - \frac{3aa}{2v^3}\right) \quad \text{et} \quad ydx - xdy = Edt.$$

Cum ergo sit $ydy + xdx = vdv$, erit $EEdt^2 + vvdv^2 = (yy + xx)(dx^2 + dy^2) = vv(dx^2 + dy^2)$, ideoque

$$dv^2 + \frac{EEdt^2}{vv} = Ddt^2 + 4g(M + N)dt^2\left(\frac{1}{v} + \frac{cc - aa}{2v^3}\right) \quad \text{et}$$

$$dt = \frac{vdv}{\sqrt{\left(Dvv + 4g(M + N)v - EE + \frac{2g(cc - aa)(M + N)}{v}\right)}}.$$

Praeterea vero posito angulo $AJN = \varphi$, ut sit $x = v\cos\varphi$ et $y = v\sin\varphi$, erit $ydx - xdy = -vvd\varphi$, hincque sumto $E$ negativo, $d\varphi = \frac{Edt}{vv}$, ac propterea

$$d\varphi = \frac{Edv}{v\sqrt{\left(Dvv + 4g(M+N)v - EE + \frac{2g(cc-aa)}{v}(M+N)\right)}}.$$

Statuamus $v = \frac{f}{u}$, ut obtineamus $dt = \frac{ffd\varphi}{Euu}$ et

$$d\varphi = \frac{-Edu}{\sqrt{\left(Dff + 4g(M+N)fu - EEuu + \frac{2g}{f}(cc-aa)(M+N)u^3\right)}}.$$

Ponamus $u = 1 + n\cos s$, ut ob $du = -nds\sin s$, differentiale $du$ et propterea etiam $dv$ duobus casibus evanescat: $s = 0$ et $s = 180^0$, ac necesse est, ut quoque denominator seu formula irrationalis evanescat iisdem casibus, quod fieri nequit, nisi ea factorem habeat $\sin s$. Facta autem substitutione $u = 1 + n\cos s$, quantitas signo radicali involuta abit in hanc formam, posito brevitatis causa $\frac{2g}{f}(cc-aa)(M+N) = L$

$$\begin{array}{lll} Dff & & \\ 4g(M+N)f + 4ng(M+N)f\cos s & & \\ -EE & -2nEE\cos s & -nnEE\cos^2 s \\ +L & +3nL\cos s & +3nnL\cos^2 s + n^3L\cos^3 s \end{array}$$

scribamus pro $\cos^2 s$ valorem $1 - \sin^2 s$, ut sit $\cos^3 s = \cos s - \sin^2 s\cos s$, fietque haec quantitas

$$\begin{array}{l} + Dff + 4g(M+N)f - (1+nn)EE + (1+3nn)L \\ + (4ng(M+N)f - 2nEE + n(3+nn)L)\cos s \\ + nn(EE - 3L - nL\cos s)\sin^2 s \end{array}$$

ac membra a $\sin^2 s$ immunia seorsim ad nihilum reducantur, ut constantes $D$ et $E$ per integrationes inductae per constantes novas assumtas $f$ et $n$ determinentur, quo pacto obtinebimus

$$EE = 2fg(M+N) + \tfrac{1}{2}(3+nn)L$$

$$\text{et}\quad Dff + 2(1-nn)fg(M+N) - \tfrac{1}{2}(1-nn)^2L = 0,$$

$$\text{seu}\quad Dff = -2(1-nn)fg(M+N) + \tfrac{1}{2}(1-nn)^2L,$$

unde denominator irrationalis prodit

$$n\sin s\sqrt{\left(2fg(M+N) - \tfrac{1}{2}(3-nn)L - nL\cos s\right)}$$

hincque

$$d\varphi = \frac{Eds}{\sqrt{\left(2fg(M+N) - \frac{1}{2}(3-nn)L - nL\cos s\right)}}$$

$$\text{et}\quad dt = \frac{ffds}{(1+n\cos s)^2\sqrt{\left(2fg(M+N) - \frac{1}{2}(3-nn)L - nL\cos s\right)}},$$

unde haud difficulter quantitates $\varphi$ et $t$ per variabilem $s$, ex eaque etiam $v = \frac{f}{1+n\cos s}$ definire licet.

**137. Coroll. 1.** Si $n=0$, ob $v=f$ corpus $N$ in circulo circa $J$ revolvetur motu uniformi, eritque celeritas angularis

$$\frac{d\varphi}{dt}=\frac{E}{ff}=\frac{1}{ff}\sqrt{\left(2fg\,(M+N)+\frac{3g}{f}(cc-aa)\,(M+N)\right)}$$

posito pro $L$ ejus valore, ex quo haec celeritas erit quoque

$$\frac{d\varphi}{dt}=\frac{\sqrt{2g\,(M+N)}}{f\sqrt{f}}\sqrt{\left(1+\frac{3\,(cc-aa)}{2ff}\right)}.$$

**138. Coroll. 2.** At si $n>1$, corpus $N$ ita movebitur, ut absolutis angulis $s=0^\circ$, $360^\circ$, $2.360^\circ$, $3.360^\circ$, etc. semper ad eandem distantiam minimam $v=\frac{f}{1+n}$ revertatur, angulis autem $s=180^\circ$, $3.180^\circ$, $5.180^\circ$, etc. absolutis, ad distantiam maximam $v=\frac{f}{1-n}$ perveniat. Illis scilicet casibus in abside ima, his vero in abside summa versabitur.

**139. Coroll. 3.** Cum autem anguli $s$ non sint angulis $\varphi$ aequales, loca absidum non iisdem angulis $AJN=\varphi$ successive respondebunt, unde hoc motu linea absidum mobilis est censenda, numerus vero $n$, quo discrimen inter distantiam maximam et minimam definitur, haud incongrue excentricitas, angulus $s$ vero anomalia vera dicetur.

**140. Coroll. 4.** Si pro $L$ valorem assumtum restituamus, erit

$$d\varphi=\frac{ds\sqrt{1+\frac{(3+nn)\,(cc-aa)}{2ff}}}{\sqrt{\left(1-\frac{(3-nn)\,(cc-aa)}{2ff}-\frac{n\,(cc-aa)\cos s}{ff}\right)}}$$

$$\text{et}\qquad dt\sqrt{2fg\,(M+N)}=\frac{ffds}{(1+n\cos s)^2\sqrt{\left(1-\frac{(3-nn)\,(cc-aa)}{2ff}-\frac{n\,(cc-aa)\cos s}{ff}\right)}}.$$

Ab harum ergo duarum formularum integratione tota problematis solutio pendet.

**141. Scholion 1.** Fieri posse videtur, ut formulae hae irrationales adeo fiant imaginariae, id quod etiam in formula $\sqrt{\left(1+\frac{3\,(cc-aa)}{2ff}\right)}$ locum haberet, si esset $2ff+3cc<3aa$, quo casu vis attractrix in distantia $f$, quae est $=\frac{MN}{ff}\left(1+\frac{3\,(cc-aa)}{2ff}\right)$, fuerit negativa, quod utique est absurdum. Verum meminisse oportet formulas, quas supra pro vi attractrice invenimus, expressis verbis ex hac hypothesi esse deductas, quod distantia, quae hic est $=f$, fit praegrandis prae corporis attrahentis magnitudine, a qua litterae $a$ et $c$ pendent. Quare in omnibus his solutionibus hoc primarium est requisitum, ut quantitas $f$ vehementer excedat $a$ et $c$, hincque fractio $\frac{cc-aa}{ff}$ semper sit quam minima. Atque ob hanc causam formulae inventae semper realiter motum quaesitum pro nostro quidem instituto definire sunt censendae. Si enim motus ita esset comparatus, ut corpus $N$ nimis prope ad alterum accederet, tum ne quidem ejus determinationem hic quidem suscipere liceret.

**142. Scholion 2.** Cum igitur quantitas $\frac{cc-aa}{ff}$ per hypothesin sit valde exigua, approximationibus adhibendis adipiscemur has formulas

$$d\varphi = ds\left(1 + \frac{3(cc-aa)}{2ff} + \frac{n(cc-aa)}{2ff}\cos s\right)$$

$$\text{et}\quad dt\sqrt{2fg(M+N)} = \frac{ffds}{(1+n\cos s)^2}\left(1 + \frac{(3-nn)(cc-aa)}{4ff} + \frac{n(cc-aa)}{2ff}\cos s\right),$$

quarum illius integrale est

$$\varphi = \text{Const.} + \left(1 + \frac{3(cc-aa)}{2ff}\right)s + \frac{n(cc-aa)}{2ff}\sin s,$$

altera vero, prout excentricitas $n$ fuerit unitate vel minor vel major vel eidem aequalis, singulari modo integrari debet, pro quo negotio ea in hanc formam transfundatur

$$dt\sqrt{2fg(M+N)} = \frac{ffds}{(1+n\cos s)^2}\left(1 + \frac{(1-nn)(cc-aa)}{4ff} + \frac{(cc-aa)\,ds}{2(1+n\cos s)}\right).$$

Jam vero casu $n < 1$ supra ostendimus esse

$$\int\frac{ds}{1+n\cos s} = \frac{1}{\sqrt{(1-nn)}}\,\text{Arc.}\cos\frac{n+\cos s}{1+n\cos s}$$

$$\text{et}\quad \int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2} = \frac{1}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.}\cos\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)},$$

deinde casu, quo $n = 1$,

$$\int\frac{ds}{1+\cos s} = \frac{\sin s}{1+\cos s}\quad\text{et}\quad \int\frac{ds}{(1+\cos s)^2} = \frac{(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2}.$$

Tum vero casu, quo $n > 1$,

$$\int\frac{ds}{1+n\cos s} = \frac{1}{\sqrt{(nn-1)}}\log.\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s},$$

$$\int\frac{ds}{(1+n\cos s)^2} = \frac{n\sin s}{(nn-1)(1+n\cos s)} - \frac{1}{(nn-1)^{\frac{3}{2}}}\log.\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s}.$$

Hinc ergo pro casu $n < 1$ habebimus

$$t\sqrt{2fg(M+N)} = \frac{ff}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.}\cos\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{nff\sin s}{(1-nn)(1+n\cos s)}$$

$$+ \frac{3(cc-aa)}{4\sqrt{(1-nn)}}\,\text{Arc.}\cos\frac{n+\cos s}{1+n\cos s} - \frac{n(cc-aa)\sin s}{4(1+n\cos s)}.$$

Tum vero pro casu $n = 1$

$$t\sqrt{2fg(M+N)} = \frac{ff(2+\cos s)\sin s}{3(1+\cos s)^2} + \frac{(cc-aa)\sin s}{2(1+\cos s)}.$$

Ac denique pro casu $n > 1$

$$t\sqrt{2fg(M+N)} = \frac{nff\sin s}{(nn-1)(1+n\cos s)} - \frac{ff}{(nn-1)^{\frac{3}{2}}}\log.\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s}$$

$$- \frac{n(cc-aa)\sin s}{4(1+n\cos s)} + \frac{3(cc-aa)}{4\sqrt{(nn-1)}}\log.\frac{n+\cos s+\sin s\sqrt{(nn-1)}}{1+n\cos s}.$$

Hunc quidem casum, quo $n > 1$, quoniam in mundo nusquam locum habere videtur, relinquentes, alterum, quo $n < 1$ accuratius persequamur, et quo pacto motus commodissime definiri atque ad datum tempus assignari possit, videamus. Manifestum autem est hunc motum parum a motu in ellipsi facto, quem supra exposuimus, fore diversum.

143. **Problema.** Determinationem motus, quo corpus $N$ in casu praecedentis problematis circa corpus $M$ in plano aequatoris revolvitur, ad calculum revocare.

**Solutio.** Primo cum $s$ exprimat anomaliam veram corporis $N$, hoc est ejus longitudinem ab abside ima computatam, littera vero $\varphi$ longitudinem veram denotet a directione quapiam fixa computatam, ab eadem hac directione fixa longitudo absidis imae erit $= \varphi - s$, quae ergo ita definitur, ut sit

$$\varphi - s = \text{Const.} + \frac{(cc - aa)(3s + n \sin s)}{2ff},$$

unde patet lineam absidum non quiescere, sed in consequentia proferri, si sit $cc > aa$; sin autem fuerit $cc < aa$, retro moveri. Corpus scilicet $N$ ab abside ima egressum ad absidem summam appellet confecto angulo $\varphi = \left(1 + \frac{3(cc-aa)}{2ff}\right) 180^\circ$, hoc est majori quam $180^\circ$ si $cc > aa$; contra autem minori si $cc < aa$. In genere autem inventa anomalia vera $= s$, erit longitudo

$$\varphi = \text{Const.} + \left(1 + \frac{3(cc-aa)}{2ff}\right) s + \frac{n(cc-aa)}{2ff} \sin s.$$

Sin autem anomaliam veram $s$ spectemus ut datam, erit distantia $JN = v = \frac{f}{1 + n \cos s}$, ubi $f$ contemplamur ut semiparametrum orbitae, et $n$ ejus excentricitatem, etiamsi orbita non sit elliptica. Tum vero pro relatione inter tempus $t$ et anomaliam veram $s$ commode exprimenda introducatur anomalia excentrica $\sigma$, ita ut sit

$$\cos\sigma = \frac{n + \cos s}{1 + n\cos s} \quad \text{et} \quad \sin\sigma = \frac{\sin s \sqrt{(1-nn)}}{1 + n\cos s},$$

unde vicissim ex data $\sigma$ fit

$$\cos s = \frac{\cos\sigma - n}{1 - n\cos\sigma} \quad \text{et} \quad \sin s = \frac{\sin\sigma \sqrt{(1-nn)}}{1 - n\cos\sigma}.$$

His positis habebimus

$$t\sqrt{2fg}\,(M+N) = \text{Const.} + \frac{ff(\sigma - n\sin\sigma)}{(1-nn)\sqrt{(1-nn)}} + \frac{(cc-aa)(3\sigma - n\sin\sigma)}{4\sqrt{(1-nn)}},$$

unde vicissim pro dato tempore $t$ primo anomalia excentrica $\sigma$, ex hacque porro vera $s$, hincque tam longitudo $\varphi$ quam distantia $JN = v$ definiri poterit.

144. **Coroll. 1.** Cum fractio $\frac{cc-aa}{ff}$ sit quam minima, motus lineae absidum erit tardissimus, atque singulis revolutionibus corporis $N$ tantum per angulum $\frac{3(cc-aa)}{2ff} \cdot 360^\circ = \frac{cc-aa}{ff} \cdot 540^\circ$ progredietur.

145. **Coroll. 2.** Tempus porro integrae revolutionis, quo corpus ab abside vel ima vel summa egressum iterum ad eandem revertitur, confecto angulo $\varphi = \left(1 + \frac{3(cc-aa)}{2ff}\right) 360^\circ$, reperitur

ponendo $s = 360^0$, unde fit quoque $\sigma = 360^0 = 2\pi$. Ex quo tempus unius revolutionis erit

$$= \frac{2\pi ff}{(1-nn)^{\frac{3}{2}}\sqrt{2fg(M+N)}} + \frac{3\pi(cc-aa)}{2(1-nn)^{\frac{1}{2}}\sqrt{2fg(M+N)}},$$

vel posito semiaxe transverso $\frac{f}{1-nn} = k$, fiet hoc tempus $= \frac{\pi}{\sqrt{2g(M+N)}}\left(2k\sqrt{k} + \frac{3(cc-aa)}{2(1-nn)\sqrt{k}}\right)$.

146. **Coroll. 3.** Si anomaliam mediam seu angulum tempori proportionalem, qui absoluta una revolutione evadat $= 360^0$, introducamus, eamque ponamus $= \tau$, debet esse

$$t\sqrt{2fg}(M+N) = \tau\left(\frac{ff}{(1-nn)\sqrt{(1-nn)}} + \frac{3(cc-aa)}{4\sqrt{(1-nn)}}\right),$$

hincque fiet $$\tau = \sigma - n\left(1 - \frac{(1-nn)(cc-aa)}{2ff}\right)\sin\sigma,$$

unde, ut supra, facile ex data anomalia media $\tau$ anomalia excentrica $\sigma$ colligitur.

147. **Scholion 1.** Ut intelligamus quanta hujusmodi perturbatio ob figuram corporum coelestium non sphaericam oriri debeat, tribuamus corpori $M$, quod ex materia constet homogenea, figuram sphaeroidis elliptici, revolutione ellipsis circa axem $CJ$ geniti, cujus alter semiaxis $JC$, circa quem fit revolutio, sit $= C$, alter vero seu semidiameter aequatoris $= A$, ita ut hoc sphaeroides sit compressum si $A > C$, elongatum vero si $A < C$. Jam supra § 44 vidimus fore pro nostris momentis inertiae $aa = bb = \frac{1}{5}(AA + CC)$ et $cc = \frac{2}{5}AA$, unde fit $cc - aa = \frac{1}{5}(AA - CC)$. Corpus ergo sphaeroidicum compressum, cujusmodi est sol et terra ac sine dubio omnes planetae principales, efficit, ut lineae absidum progrediantur, quae regrederentur, si sphaeroides esset oblongum. Jam in terra est quasi $A = \frac{201}{200}C$ et $AA - CC = \frac{1}{100}CC$, ergo $cc - aa = \frac{1}{500}CC$. Hinc si statuatur $f = 60C$, ut fere evenit in luna, erit $\frac{cc-aa}{ff} = \frac{1}{500.60.60}$. Quare hinc linea absidum orbitae lunaris singulis revolutionibus seu mensibus progrederetur per $\frac{1}{500.60.60}\cdot 540^0 = 1'' 5'''$, et unius anni intervallo per $14''$, qui effectus prae eo, qui ab aliis causis oritur, facile negligi potest. In sole autem $cc - aa$ multo minus est quam $\frac{1}{500}CC$, unde in planetis primariis hinc nulla perturbatio sensibilis oriri est censenda. In Jove autem, quia ob tam celerem motum vertiginis est circiter $A = \frac{11}{10}C$, erit $AA - CC = \frac{1}{5}CC$ hincque $cc - aa = \frac{1}{25}CC$. Cum jam pro primo satellite sit quasi $f = 6C$, una revolutione hujus satellitis linea absidum progreditur per angulum $\frac{1}{25.6.6}\cdot 540^0 = 36'$, siquidem orbitam ejus in plano aequatoris Jovis statuamus, unde cum hic effectus producatur tempore $42\frac{1}{2}$ horarum, intervallo unius diei erit $20'$ et unius anni $121^0\,45'$, cujusmodi velox absidum motus nusquam alibi est observatus; in reliquis autem Jovis satellitibus multo minor esse debet, ob majorem eorum distantiam. At Saturnus, si annulum cum eo conjunctim spectemus, referet sphaeroides multo magis compressum, ex quo in ejus satellitibus multo velocior motus absidum generari debet. Hic certe maxime notatu est dignum in orbitis satellitum Jovis, ac praecipue primi, tam enormem

lineae absidum mutabilitatem inesse debere, quae tantum a figura Jovis non sphaerica proficiscatur; quod phaenomenon si per observationes confirmari posset, mirifice theoriae attractionis universalitatem confirmaret.

148. **Scholion 2.** Quanquam in hoc motu, quem hic definivimus, tam via a corpore descripta, quam temporis ratio areis proportionalis maxime est transcendens, tamen calculum ita commode administrare licuit, ut determinatio motus vix difficilior, quam in casu ellipsis simplicis evaderet. Totum scilicet discrimen huc est perductum, ut linea absidum mobilis statueretur, dum reliqua omnia prorsus cum motu elliptico supra exposito conveniunt. Hoc compendio Astronomi jam pridem feliciter sunt usi, dum motus planetarum primariorum ita repraesentant, ac si in ellipsibus mobilibus circa solem revolverentur, in motu autem lunae insuper tam excentricitatem quam parametrum ellipsis variabilem statui oportere agnoverunt; quae idea eximium calculi alias intricatissimi compendium largitur. Atque non solum haec ita se habent, quando curva percursa sita est in eodem plano, sed etiam quando ejus planum est variabile; tum autem hujus variabilitatis rationem singulari modo ita ad quodpiam planum fixum referri convenit, ut ad quodvis tempus tam intersectio quam inclinatio planorum definiatur.

149. **Scholion 3.** Hoc modo approximationem institui conveniet, quando formulae analyticae, quibus motus determinatur, resolutionem non admittunt, quemadmodum in hoc capite usu venit, ubi hunc solum postremum casum, quo corpus $M$ bina momenta inertiae respectu axium $JA$ et $JB$ aequalia habere, alterumque corpus $N$ in ipso horum axium plano $AJB$ moveri ponebatur, expedire licuit. Fundamentum autem hujus approximationis in hoc est situm, quod inter vires corpus $N$ sollicitantes una prae ceteris eminet, quae ad punctum quasi fixum $J$ dirigitur et quadratis distantiarum reciproce est proportionalis, reliquae autem vires prae hac sint valde exiguae. Tum enim motus corporis $N$ non multum a ratione motus in sectione conica facti differet, cujus aberrationem tantum ab ista lege definivisse sufficiet. Quemadmodum ergo his casibus ope approximationis ad solutionem pervenire liceat, in sequente capite generatim explicabimus, in quo duplex investigatio erit instituenda, prout motus corporis $N$ vel in eodem plano absolvetur, vel secus.

---

## Caput V.

### Determinatio motus corporis, quando inter vires, quibus sollicitatur, una ad punctum fixum tendens, quadrato distantiae ab eo est reciproce proportionalis, reliquae vero vires prae illa sunt valde parvae.

150. **Problema.** (Fig. 182.) Si corpus $N$ circa punctum quasi fixum $J$ in eodem plano moveatur, atque ad id trahatur vi quadrato distantiae reciproce proportionali, praeterea vero a viribus quibuscunque illius respectu valde parvis, corporis motum definire.

**Solutio.** Elapso tempore $T$ sit distantia $JN = v$ et angulus $AJN = \varphi$, ut sint

$$JX = x = v\cos\varphi \quad \text{et} \quad XN = y = v\sin\varphi.$$

Ponamus jam vim secundum directionem $NJ$ esse $=\frac{LN}{vv}$, ac praeterea adesse vires valde parvas $NP$ et $NQ$, secundum directiones $JX$ et $XN$ agentes, et habebimus has aequationes:

$$ddx = -2g\,dt^2\left(\frac{Lx}{v^3}+P\right) \quad \text{et} \quad ddy = -2g\,dt^2\left(\frac{Ly}{v^3}+Q\right),$$

unde concludimus: $x\,ddy - y\,ddx = -2g\,dt^2\,(Qx-Py)$, hincque integrando

$$x\,dy - y\,dx = -2g\,dt\int dt\,(Qx-Py), \quad \text{seu} \quad vv\,d\varphi = -2g\,dt\int v\,dt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi).$$

Statuamus nunc $v=\frac{p}{1+q\cos s}$, ubi non solum angulus $s$, qui denotet anomaliam veram, sed etiam semiparameter $p$ et excentricitas $q$ sint quantitates variabiles, quarum variabilitas autem sit valde parva utpote a viribus $P$ et $Q$ proficiscens, quae si evanescerent, utique tam $p$ quam $q$ forent quantitates constantes. Ponamus brevitatis gratia $S=-2g\int v\,dt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)$, ut habeamus

$$d\varphi = \frac{S\,dt\,(1+q\cos s)^2}{pp}.$$

Deinde ex primis aequationibus concludimus

$$x\,ddx + y\,ddy = -2g\,dt^2\left(\frac{L}{v}+Px+Qy\right);$$

at est $\quad x\,ddx+y\,ddy+dx^2+dy^2 = d.v\,dv = v\,ddv+dv^2$ et $dx^2+dy^2=dv^2+vv\,d\varphi^2$,

hincque

$$x\,ddx+y\,ddy = v\,ddv - vv\,d\varphi^2,$$

$$\text{seu} \quad ddv - v\,d\varphi^2 = -2g\,dt^2\left(\frac{L}{vv}+P\cos\varphi+Q\sin\varphi\right),$$

ubi si pro $d\varphi$ valorem inventum substituamus, nanciscemur

$$\frac{ddv}{dt} = \frac{SS\,dt\,(1+q\cos s)^3}{p^3} - \frac{2gL\,dt\,(1+q\cos s)^2}{pp} - 2g\,dt\,(P\cos\varphi+Q\sin\varphi).$$

Hic primum observo si praeter $P$ et $Q$ etiam excentricitas $q$ evanesceret, prodire debere $ddv=0$, unde necesse est sit $SS=2gLp$ et $S=\sqrt{2gLp}$. Quare habebimus

$$dS = \frac{dp}{2\sqrt{p}}\sqrt{2gL} = -2g\,v\,dt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi),$$

$$\text{ideoque} \qquad dp = \frac{-4g\,dt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,p\sqrt{p}}{(1+q\cos s)\sqrt{2gL}} \quad \text{et} \quad d\varphi = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2gL}}{p\sqrt{p}}.$$

Tum vero nostra aequatio adhuc resolvenda erit

$$\frac{ddv}{dt} = \frac{2gLq\,dt\cos s}{pp}(1+q\cos s)^2 - 2g\,dt\,(P\cos\varphi+Q\sin\varphi).$$

Jam quia per hypothesin dum fit $\sin s=0$, etiam $\frac{dv}{dt}$ evanescere debet, statuamus $\frac{dv}{dt}=Vq\sin s$, eritque

$$Vq\,dt\sin s = dv = \frac{-4g\,dt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,p\sqrt{p}}{(1+q\cos s)^2\sqrt{2gL}} - \frac{pd.\,q\cos s}{(1+q\cos s)^2},$$

ita ut sit

$$d.q\cos s = \frac{-Vqdt\sin s\,(1+q\cos s)^2}{p} - \frac{4gdt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}.$$

Porro autem ob $\frac{ddv}{dt} = qdV\sin s + Vd.q\sin s$, erit

$$d.q\sin s = \frac{-qdV\sin s}{V} + \frac{2gLqdt\cos s}{Vpp}(1+q\cos s)^2 - \frac{2gdt\,(P\cos\varphi + Q\sin\varphi)}{V},$$

ex quibus duabus aequationibus concluditur

$$dq = \frac{-Vqdt\sin s\cos s\,(1+q\cos s)^2}{p} - \frac{4gdt\cos s\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}$$
$$- \frac{qdV\sin^2 s}{V} + \frac{2gLqdt\sin s\cos s}{Vpp}(1+q\cos s)^2 - \frac{2gdt\sin s\,(P\cos\varphi + Q\sin\varphi)}{V},$$

quae expressio evanescere debet casu $P = 0$ et $Q = 0$, ubi simul $V$ fieret constans, ex qua conditione prodit

$$VV = \frac{2gL}{p} \quad \text{et} \quad V = \frac{\sqrt{2gL}}{\sqrt{p}} \quad \text{et} \quad dv = qdt\sin s\,\sqrt{\frac{2gL}{p}}.$$

Praeterea ob

$$\frac{dV}{V} = \frac{-dp}{2p} = \frac{2gdt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,\sqrt{p}}{(1+q\cos s)\,\sqrt{2gL}},$$

erit
$$d.q\cos s = \frac{-qdt\sin s\,(1+q\cos s)^2\,\sqrt{2gL}}{p\sqrt{p}} - \frac{4gdt\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}$$

$$d.q\sin s = \frac{qdt\cos s\,(1+q\cos s)^2\,\sqrt{2gL}}{p\sqrt{p}} - \frac{2gdt\,(P\cos\varphi + Q\sin\varphi)\,\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}$$
$$- \frac{2gqdt\sin s\,(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\,\sqrt{p}}{(1+q\cos s)\,\sqrt{2gL}},$$

unde colligimus

$$dq = \frac{-2gdt\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}\left(2(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\cos s + (P\cos\varphi + Q\sin\varphi)\sin s + \frac{q(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin^2 s}{1+q\cos s}\right),$$

$$qds = \frac{qdt(1+q\cos s)^2\sqrt{2gL}}{p\sqrt{p}} + \frac{2gdt\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}\left(2(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin s - (P\cos\varphi + Q\sin\varphi)\cos s - \frac{q(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin s\cos s}{1+q\cos s}\right),$$

ita ut hinc sit

$$ds = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2\,\sqrt{2gL}}{p\sqrt{p}} + \frac{2gdt\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}\left(\frac{2(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin s}{q} - \frac{(P\cos\varphi + Q\sin\varphi)\cos s}{q} - \frac{(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin s\cos s}{1+q\cos s}\right).$$

Inde autem variatio excentricitatis $q$ definitur, aeque ac semiparametri $p$, quibus inventis pro ipso motu erit

$$v = \frac{p}{1+q\cos s} \quad \text{et} \quad d\varphi = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2\,\sqrt{2gL}}{p\sqrt{p}}.$$

Cum deinde $\varphi - s$ designet longitudinem absidis imae, et haec erit variabilis, habebiturque

$$d.(\varphi - s) = \frac{2gdt\sqrt{p}}{q\sqrt{2gL}}\left((P\cos\varphi + Q\sin\varphi)\cos s - 2(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin s + \frac{q(Q\cos\varphi - P\sin\varphi)\sin s\cos s}{1+q\cos s}\right)$$

sicque omnia, quae ad motus determinationem attinent, sunt determinata.

151. **Coroll. 1.** Si ponamus $Q\cos\varphi - P\sin\varphi = T$ et $Q\sin\varphi + P\cos\varphi = U$, ut aequationes resolvendae sint:

$$vdd\varphi + 2dvd\varphi = -2gTdt^2 \quad \text{et} \quad ddv - vd\varphi^2 = \frac{-2gLdt^2}{vv} - 2gUdt^2,$$

eae posito $v = \frac{p}{1+q\cos s}$ ita resolventur, ut sit

$$1.\ d\varphi = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2}{p\sqrt{p}}\sqrt{2gL}, \qquad 2.\ d\varphi - ds = \frac{2gdt\sqrt{p}}{q\sqrt{2gL}}\left(U\cos s - 2T\sin s + \frac{qT\sin s\cos s}{1+q\cos s}\right),$$

$$3.\ dp = \frac{-4gTpdt\sqrt{p}}{(1+q\cos s)\sqrt{2gL}}, \qquad 4.\ dq = \frac{-2gdt\sqrt{p}}{\sqrt{2gL}}\left(2T\cos s + U\sin s + \frac{qT\sin^2 s}{1+q\cos s}\right).$$

152. **Coroll. 2.** Si ex formulis N⁰ 2. 3. 4. quantitates $T$ et $U$ elidantur, pervenietur ad hanc aequationem:

$$\frac{dp}{p} = \frac{dq\cos s + q\,(d\varphi - ds)\sin s}{1+q\cos s},$$

quae integrata quatenus licet dat

$$l\,\frac{p}{1+q\cos s} = \int\frac{qd\varphi\sin s}{1+q\cos s} = \int\frac{qdt\,(1+q\cos s)\sin s}{p\sqrt{p}}\sqrt{2gL}.$$

153. **Coroll. 3.** Cum quantitates $P$ et $Q$ sint per hypothesin valde parvae, erunt quantitates $p$ et $q$ fere constantes et $d\varphi = ds$, unde fit

$$dt = \frac{pds\sqrt{p}}{(1+q\cos s)^2\sqrt{2gL}},$$

cujus integrale spectatis $p$ et $q$ ut constantibus exhiberi poterit, quod cum sit prope verum, sufficiet deinceps hunc valorem pro $dt$ in formulis 2, 3, 4 posuisse, ex iisque sumta sola $s$ pro variabili, valores proxime veros pro $\varphi - s$, $p$ et $q$ elicuisse.

154. **Coroll. 4.** Hoc autem pro $dt$ valore inducto, aequationes nostrae evolvendae erunt:

$$2\quad d\varphi - ds = \frac{ppds}{Lq\,(1+q\cos s)^2}\left(U\cos s - 2T\sin s + \frac{qT\sin s\cos s}{1+q\cos s}\right),$$

$$3.\quad dp = \frac{-2Tp^3ds}{L\,(1+q\cos s)^3},$$

$$4.\quad dq = \frac{-ppds}{L\,(1+q\cos s)^2}\left(2T\cos s + U\sin s + \frac{qT\sin^2 s}{1+q\cos s}\right).$$

Revera autem in his formulis pro $ds$ scribi oporteret $d\varphi$, sed quia saltem proxime est $d\varphi = ds$, iis in appropinquatione uti licebit.

155. **Scholion 1.** Hoc modo solutio problematis ad determinationem motus in ellipsi variabili perducitur, ita ut ratio motus similis sit illi, quam supra pro casu duorum corporum sphaericorum assignavimus, praeterquam quod hic elementa ellipsis omnia variabilia statuantur. Primo enim tam semiparameter ellipsis $p$ quam excentricitas $q$ est variabilis, tum vero etiam ipsa linea absidum mobilis assumitur, denotante angulo $s$ anomaliam veram, secundum eandem ideam, quam supra constituimus. Atque haec reductio eo magis est notatu digna, quod quaedam operationes prorsus pro

arbitrio nostro sint institutae, ex quo apparet infinitis aliis modis etiam posito $v = \frac{p}{1+q\cos s}$ relationem inter differentialia $dp$, $dq$, $ds$ et $d\varphi$ ita constitui posse, ut motus rationi satisfiat. Loco enim determinationum $SS = 2gLp$ et $VV = \frac{2gL}{p}$, eosdem valores quantitatibus quibusdam exiguis per vires $T$ et $V$ definiendis augere liceret, quo pacto conditiones propositae aeque impleri possent, ut scilicet facto tam $q = 0$ quam $\sin s = 0$, evanescat $\frac{dv}{dt}$, insuperque casu $T = 0$, $V = 0$ et $q = 0$ prodeat $\frac{ddv}{dt^2} = 0$. Cum enim loco unius variabilis $v$ tres novae $p$, $q$ et $s$ introducantur, mirum non est binarum determinationem arbitrio nostro relinqui, quam ita constitui convenit, ut calculus commodissimus reddatur, in quo quidem negotio saepenumero maxima difficultas deprehenditur. Atque in evolutione quidem, qua hic sumus usi, parum congruere videtur, quod expressio pro $d\varphi - ds$ inventa per excentricitatem $q$ sit divisa, qua conditione determinatio motus lineae absidum lubrica redditur, praecipue quando excentricitas $q$ est valde parva. Siquidem calculum perfecte expedire liceret, nullum incommodum hinc esset metuendum, quoniam perpetuo absides ibi existunt, ubi distantia $v$ est vel maxima vel minima, ita ut hic nulli incertitudini locus relinquatur. At cum approximatione contenti esse debeamus, ob hanc causam haud levia impedimenta occurrere possunt.

156. **Scholion 2.** Solutioni igitur summam extensionem tribuamus, et cum aequationes propositae sint:

$$vdd\varphi + 2dvd\varphi = -2gTdt^2, \qquad ddv - vd\varphi^2 = \frac{-2gLdt^2}{vv} - 2gVdt^2,$$

posito $v = \frac{p}{1+q\cos s}$, statuamus $-2g\int Tvdt = \sqrt{2gp}\,(L+X) = \frac{vvd\varphi}{dt}$, eritque

$$\frac{-2gTpdt}{1+q\cos s} = \frac{dp}{2\sqrt{p}}\sqrt{2g}\,(L+X) + \frac{dX\sqrt{2gp}}{2\sqrt{(L+X)}}, \text{ hincque}$$

$$dp = \frac{-2Tpdt\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}} - \frac{pdX}{L+X} \quad \text{et} \quad d\varphi = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2gp}\,(L+X)}{pp}.$$

Porro statuatur $\frac{dv}{dt} = q\sin s\sqrt{\frac{2g(L+Y)}{p}}$, eritque primo

$$qdt\sin s\sqrt{\frac{2g(L+Y)}{p}} = \frac{-2Tpdt\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)^2\sqrt{(L+X)}} - \frac{pdX}{(1+q\cos s)(L+X)} - \frac{pd.q\cos s}{(1+q\cos s)^2},$$

unde colligimus

$$d.q\cos s = \frac{-qdt\sin s\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2g(L+Y)}}{p\sqrt{p}} - \frac{2Tdt\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} - \frac{(1+q\cos s)\,dX}{L+X}.$$

Deinde ex forma $\frac{dv}{dt}$ assumta deducimus

$$\frac{ddv}{dt} = \frac{\sqrt{2g(L+Y)}}{\sqrt{p}}\,d.q\sin s - \frac{qdp\sin s\sqrt{2g(L+Y)}}{2p\sqrt{p}} + \frac{qdY\sin s\sqrt{2g}}{2\sqrt{p(L+Y)}}, \quad \text{seu}$$

$$\frac{ddv}{dt} = \frac{\sqrt{2g(L+Y)}}{\sqrt{p}}\,d.q\sin s + \frac{2gTqdt\sin s\sqrt{(L+Y)}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}} + \frac{qdX\sin s\sqrt{2g(L+Y)}}{2(L+X)\sqrt{p}} + \frac{qdY\sin s\sqrt{2g}}{2\sqrt{p(L+Y)}}.$$

At ex aequatione proposita est

$$\frac{ddv}{dt} = \frac{2gdt\,(1+q\cos s)^3\,(L+X)}{pp} - \frac{2gLdt\,(1+q\cos s)^2}{pp} - 2gVdt, \quad \text{seu}$$

$$\frac{ddv}{dt} = \frac{2gLqdt\cos s\,(1+q\cos s)^2}{pp} + \frac{2gXdt\,(1+q\cos s)^3}{pp} - 2gVdt,$$

qua expressione cum praecedente collata fit

$$d\,.\,q\sin s = \frac{2gLqdt\cos s\,(1+q\cos s)^2}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} + \frac{2gXdt\,(1+q\cos s)^3}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} - \frac{2gVdt\sqrt{p}}{\sqrt{2g}\,(L+Y)} - \frac{Tqdt\sin s\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}}$$

$$- \frac{qdX\sin s}{2(L+X)} - \frac{qdY\sin s}{2(L+Y)}.$$

Hinc concludimus fore

$$dq = \frac{2gXdt\sin s\,(1+q\cos s)^3}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} - \frac{2gVdt\sin s\sqrt{p}}{\sqrt{2g}\,(L+Y)} - \frac{dX\cos s\,(1+q\cos s)}{L+X} - \frac{qdX\sin^2 s}{2(L+X)}$$

$$\frac{-2gYqdt\sin s\cos s(1+q\cos s)^2}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} - \frac{2Tdt\cos s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} - \frac{Tqdt\sin^2 s\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}} - \frac{qdY\sin^2 s}{2(L+Y)},$$

$$qds = \frac{2gLqdt\,(1+q\cos s)^2}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} + \frac{2gYqdt\sin^2 s\,(1+q\cos s)^3}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} + \frac{2Tdt\sin s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} + \frac{dX\sin s\,(1+q\cos s)}{L+X}$$

$$+ \frac{2gXdt\cos s\,(1+q\cos s)^3}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} - \frac{Vdt\cos s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+Y)}} - \frac{qdX\sin s\cos s}{2(L+X)}$$

$$- \frac{Tqdt\sin s\cos s\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}} - \frac{qdY\sin s\cos s}{2(L+Y)}.$$

Si jam quantitates arbitrariae $X$ et $Y$ ita accipi possent, ut haec postrema expressio per $q$ fieret divisibilis, incommodum supra memoratum tolleretur, id quod eveniret, si fieret

$$\frac{2gXdt\cos s}{p\sqrt{2gp}\,(L+Y)} + \frac{2Tdt\sin s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} - \frac{Vdt\cos s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+Y)}} + \frac{dX\sin s}{L+X} = 0,$$

vel formulae per $q$ multiplicatae.

En ergo has determinationes, quae ob binas arbitrarias $X$ et $Y$, maxime generales sunt habendae:

1. $$d\varphi = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2g}\,(L+X)}{p\sqrt{p}} \quad \text{existente} \quad v = \frac{p}{1+q\cos s},$$

2. $$d\varphi - ds = \frac{dt\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2g}}{p\sqrt{p}\,(L+Y)}\Big(\sqrt{(L+X)}\,(L+Y) - L - Y\sin^2 s - \frac{1}{q}X\cos s\,(1+q\cos s)\Big)$$

$$- \frac{2Tdt\sin s\sqrt{2gp}}{q\sqrt{(L+X)}} + \frac{Vdt\cos s\sqrt{2gp}}{q\sqrt{(L+Y)}} + \frac{Tdt\sin s\cos s\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}}$$

$$+ \frac{dX\sin s\cos s}{2(L+X)} + \frac{dY\sin s\cos s}{2(L+Y)} - \frac{dX\sin s\,(1+q\cos s)}{q(L+X)},$$

3. $$dp = \frac{-2Tpdt\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}} - \frac{pdX}{L+X},$$

4. $$dq = \frac{dt\sin s\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2g}}{p\sqrt{p}\,(L+Y)}\Big(X(1+q\cos s) - Yq\cos s\Big)$$

$$- \frac{2Tdt\cos s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} - \frac{Vdt\sin s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+Y)}} - \frac{Tqdt\sin^2 s\sqrt{2gp}}{(1+q\cos s)\sqrt{(L+X)}}$$

$$- \frac{qdX\sin^2 s}{2(L+X)} - \frac{qdY\sin^2 s}{2(L+Y)} - \frac{dX\cos s\,(1+q\cos s)}{L+X}.$$

Notandum autem est quantitates $X$ et $Y$ valde parvas capi debere, easque quatenus a $p$ et $q$ pendent, pro constantibus esse habendas; sin autem insuper angulum $\varphi$ vel $s$ involvant, in earum differentiatione loco $d\varphi$ vel $ds$ scribi posse

$$\frac{dt\,(1+q\cos s)^2\sqrt{2g\,(L+X)}}{p\sqrt{p}}.$$

Denique meminisse juvabit esse $dv = qdt\sin s\sqrt{\frac{2g\,(L+Y)}{p}}$.

157. **Scholion 3.** Ut pro litteris $X$ et $Y$ quovis casu commodissimi valores eligantur, id efficiendum videtur, ut quantitatum $p$ et $q$ variabilitas tam exigua reddatur quam fieri potest. Quodsi enim fieri queat, ut hae duae quantitates $p$ et $q$ evadant constantes, nullum est dubium, quin tum motus simplicissimo modo repraesentetur. Semper quidem has litteras $X$ et $Y$ ita definire liceret, ut fieret tam $dp = 0$ quam $dq = 0$, verum tum plerumque reliquae formulae nimis prodirent complicatae, quam ut hinc ullum commodum consequeremur; quare in hoc negotio ita versari conveniet, ut si non commode formulae pro $dp$ et $dq$ inventae ad nihilum redigi queant, eae saltem tam parvae efficiantur, quam fieri poterit, neque tamen ad hoc valores nimis perplexi pro $X$ et $Y$ adhibeantur: id enim imprimis cavendum est, ne hi valores unquam limites quantitatum prae $L$ valde exiguarum superent. Quo igitur hoc judicium ratione formulae $dq$ facilius instituatur, plerumque conveniet eam ita transformari, ut quantitas $v$ cum suo differentiali $dv$, ponendo

$$1+q\cos s = \frac{p}{v} \quad \text{et} \quad qdt\sin s = \frac{dv\sqrt{p}}{\sqrt{2g\,(L+Y)}},$$

introducatur. Hoc modo obtinebimus

$$dq = \frac{pdv}{qvv\,(L+Y)}\left(\frac{pX}{v} - \frac{pY}{v} + Y\right) - \frac{2\,Tdt\cos s\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} - \frac{pdX\cos s}{v\,(L+X)} - \frac{Vpdv}{q\,(L+Y)} - \frac{Tvdv\sin s}{\sqrt{(L+X)}\,(L+Y)}$$
$$-\frac{qdX\sin^2 s}{2\,(L+X)} - \frac{qdY\sin^2 s}{2\,(L+Y)}.$$

Cum autem sit

$$dp = \frac{-2\,Tvdt\sqrt{2gp}}{\sqrt{(L+X)}} - \frac{pdX}{L+X},$$

si hinc jam valorem idoneum pro $X$ elegerimus, habebimus

$$dq = \frac{pdv}{qv^3\,(L+Y)}\,(pX - pY + vY) + \frac{dp\cos s}{v} - \frac{Vpdv}{q\,(L+Y)} - \frac{Tvdv\sin s}{\sqrt{(L+X)}\,(L+Y)} + \frac{qdp\sin^2 s}{2p}$$
$$+ \frac{Tqvdt\sin^2 s\sqrt{2gp}}{p\sqrt{(L+X)}} - \frac{qdY\sin^2 s}{2\,(L+Y)},$$

ubi termini littera $T$ affecti se mutuo destruunt. Multiplicemus per $q$, et ob $q\cos s = \frac{p}{v} - 1$ et $qq\sin^2 s = qq - \left(\frac{p}{v} - 1\right)^2$, habebimus

$$qdq = \frac{pdv}{v^3\,(L+Y)}\,(pX - pY + vY) + \frac{dp\,(p-v)}{vv} - \frac{Vpdv}{L+Y} + \frac{qq\,dp}{2p} - \frac{dp\,(p-v)^2}{2pvv} - \frac{dY\,(qqvv - (p-v)^2)}{2vv\,(L+Y)},$$

quae reducitur ad hanc formam commodiorem

$$qdq = \frac{pdv\,(pX - pY + vY - Vv^3)}{v^3(L+Y)} - \frac{dp\,(1-qq)}{2p} - \frac{dY\,(qqvv - (p-v)^2)}{2vv\,(L+Y)},$$

unde quovis casu haud difficulter maxime idoneus valor pro $Y$ assumendus colligitur. Vel si ponamus $\frac{p}{1-qq} = r$, fiet

$$\frac{dr}{r} = \frac{2rdv\,(pX - pY + vY - Vv^3) + vdY\,(pr - 2rv + vv)}{v^3\,(L+Y)},$$

quae formula si ad nihilum redigi possit, commodissimam solutionem suppeditabit. Videamus ergo quantum fructum hinc colligere queamus pro casu praecedentis capitis, ubi corpus $N$ circa alterum $M$ in plano $AJB$ movetur.

158. **Problema.** Si corpus sphaericum $N$ circa corpus $M$, figura quacunque praeditum, quod omni motu gyratorio destitutum ponitur, ita moveatur, ut perpetuo in plano binorum axium principalium $AJB$ maneat, ejus motum definire.

**Solutio.** Maneant omnia ut in problemate § 128, ac tantum opus est, ut hic ponamus $z = 0$, unde fiet $x = v\cos\varphi$ et $y = v\sin\varphi$. Quod si jam illas formulas ad has, quibus hic utimur, accommodemus, habebimus $L = M + N$ et

$$P = \frac{3L\cos\varphi}{2v^4}(3aa + bb + cc - 5aa\cos^2\varphi - 5bb\sin^2\varphi),$$

$$Q = \frac{3L\sin\varphi}{2v^4}(aa + 3bb + cc - 5aa\cos^2\varphi - 5bb\sin^2\varphi),$$

unde deducimus

$$T = \frac{3L\,(bb-aa)\sin\varphi\cos\varphi}{v^4} = \frac{3L\,(bb-aa)\sin 2\varphi}{2v^4},$$

$$V = \frac{3L}{4v^4}(2cc - aa - bb + 3\,(bb-aa)\cos 2\varphi).$$

Statuamus brevitatis gratia $bb - aa = n$ et $2cc - aa - bb = 2m$, eritque

$$T = \frac{3nL\sin 2\varphi}{2v^4} \quad \text{et} \quad V = \frac{3mL}{2v^4} + \frac{9nL\cos 2\varphi}{4v^4}.$$

Ponatur nunc $v = \frac{p}{1+q\cos s}$, et cum invenerimus

$$dp = \frac{-3nLdt\sin 2\varphi\sqrt{2gp}}{v^3\sqrt{(L+X)}} - \frac{pdX}{L+X},$$

notetur esse $d\varphi = \frac{dt\sqrt{2gp\,(L+X)}}{vv}$, unde fit

$$dp = \frac{-3nLd\varphi\sin 2\varphi}{v\,(L+X)} - \frac{pdX}{L+X},$$

ad quem valorem diminuendum ponamus

$$X = \frac{3nL}{2pv}(\alpha + \cos 2\varphi) + \beta, \quad \text{fietque} \quad dp = \frac{3nL(\alpha + \cos 2\varphi)}{2\,(L+X)}\left(\frac{dp}{pv} + \frac{dv}{vv}\right),$$

ubi $dp$ est quam minimum, et $dv$ involvit excentricitatem $q$ tanquam factorem. Nunc pro expressione $dq$ diminuenda habebimus

$$\frac{v^3 dr}{r}(L+Y) = 2rdv\left(\frac{3nL(\alpha+\cos 2\varphi)}{2v} + \beta p - pY + vY - \frac{3mL}{2v} - \frac{9nL\cos 2\varphi}{4v}\right) + vdY(pr - 2rv + vv),$$

ubi est $r = \frac{p}{1-qq}$. Statuamus $Y = \zeta + \frac{\eta}{v}$, fietque haec expressio

$$2rdv\left(\frac{3\alpha nL}{2v} - \frac{3nL\cos 2\varphi}{4v} + \beta p - \frac{3mL}{2v} - p\zeta - \frac{p\eta}{v} + v\zeta + \eta\right)$$

$$-\eta dv\left(\frac{pr}{v} - 2r + v\right) + (vd\zeta + d\eta)(pr - 2rv + vv),$$

ut jam termini $vdv$ destruantur, sit $\eta = 2r\zeta$; pro terminis autem $dv$ prodit

$$2r\eta - 2pr\zeta + 2r\eta + 2\beta pr = 0 \quad \text{seu} \quad 2\eta - p\zeta + \beta p = 0,$$

hincque $\beta = \zeta\left(1 - \frac{4r}{p}\right)$. Tum vero termini $\frac{dv}{v}$ tollentur sumendo

$$3\alpha nLr - \tfrac{3}{2}nLr\cos 2\varphi - 3mLr - 3pr\eta = 0, \quad \text{hincque}$$

$$\zeta = \frac{\alpha nL}{2pr} - \frac{nL\cos 2\varphi}{4pr} - \frac{mL}{2pr}.$$

Verum ne variabilitas anguli $\varphi$ in differentiatione novum momentum introducat, omittamus hic potius terminum $\cos 2\varphi$, ponamusque $\alpha = 0$, ut sit

$$X = \frac{3nL\cos 2\varphi}{2pv} + \frac{mL(4r-p)}{2ppr} \quad \text{et} \quad Y = \frac{-mL(2r+v)}{2prv}.$$

Vel eodem res redibit, si ponamus $\zeta = 0$, $\eta = 0$, $\beta = 0$, ut sit $Y = 0$ et $\alpha n = m$, ideoque

$$X = \frac{3L}{2pv}(m + n\cos 2\varphi), \quad \text{eritque} \quad \frac{v^3 dr}{r}(L+Y) = \frac{-3nLrdv\cos 2\varphi}{2v} \quad \text{seu} \quad \frac{dr}{rr} = \frac{-3ndv\cos 2\varphi}{2v^4}.$$

Deinde vero pro motu lineae absidum habemus in genere

$$d\varphi - ds = \frac{dt\sqrt{2gp}}{vv\sqrt{(L+Y)}}\left(\sqrt{(L+X)(L+Y)} - L - Y\sin^2 s - \frac{pX\cos s}{qv}\right)$$

$$+ \frac{dp\sin s}{qv} - \frac{dp\sin s\cos s}{2p} + \frac{Vdt\cos s\sqrt{2gp}}{q\sqrt{(L+Y)}} + \frac{dY\sin s\cos s}{2(L+Y)}.$$

Cum nunc sit $Y = 0$ et $\sqrt{(L+X)(L+Y)} = L + \frac{1}{2}X$, erit

$$d\varphi - ds = \frac{3dt(m+n\cos 2\varphi)\sqrt{2gLp}}{4pv^3} + \frac{3ndt\cos s\cos 2\varphi\sqrt{2gLp}}{4qv^4} + \frac{dp\sin s}{qv} - \frac{dp\sin s\cos s}{2p}$$

existente $d\varphi = \frac{dt\sqrt{2gLp}}{vv}\left(1 + \frac{3(m+n\cos 2\varphi)}{4pv}\right)$, unde fit

$$ds = \frac{dt\sqrt{2gLp}}{vv} - \frac{3ndt\cos s\cos 2\varphi\sqrt{2gLp}}{4qv^4} - \frac{dp\sin s}{qv} + \frac{dp\sin s\cos s}{2p}.$$

Est vero $dp = \frac{3L(m+n\cos 2\varphi)}{2(L+X)}\left(\frac{dp}{pv} - \frac{dv}{vv}\right)$ et $dv = \frac{qdt\sin s\sqrt{2gLp}}{p}$, ideoque

$$dp = \frac{3(m + n\cos 2\varphi)\, qdt \sin s \sqrt{2gLp}}{2pvv}.$$

Cum igitur sit proxime $\frac{dt\sqrt{2gLp}}{vv} = ds$, erit $dp = \frac{3(m + n\cos 2\varphi)\, qdt \sin s}{2p}$ atque

$$\frac{dr}{rr} = \frac{-3nq\, ds \sin s \cos 2\varphi}{2pvv} \quad \text{et}$$

$$d\varphi - ds = \frac{3mds}{4pp}\left(1 + 2\sin^2 s + q\cos s + q\sin^2 s \cos s\right) + \frac{3nds\cos 2\varphi}{4pp}\left(1 - 2\cos 2s - \frac{\cos s}{q} + 2q\sin^2 s \cos s\right),$$

in quibus formulis jam $p$ et $q$ ut constantes et $d\varphi = ds$ spectari possunt. Denique vero ope formulae $d\varphi = \ldots$ omnia ad tempus $t$ revocari poterunt.

### Alia solutio ejusdem problematis.

159. Cum ista solutio formulis differentialibus nimium sit implicata, quoniam eae ex differentio-differentialibus sunt immediate deductae, aliam viam tentemus ad hunc casum accommodatam. Cum enim aequationes principales sint

$$\text{I.} \quad v dd\varphi + 2dv\, d\varphi = \frac{-3ngLdt^2 \sin 2\varphi}{v^4},$$

$$\text{II.} \quad ddv - v d\varphi^2 = \frac{-2gLdt^2}{vv} - \frac{3gLmdt^2}{v^4} - \frac{9gLndt^2\cos 2\varphi}{2v^4},$$

prima per $v$ multiplicata, prius membrum integrabile habebit, integrali existente $vv\,d\varphi$. Integrabile ergo quoque fiet si multiplicetur per $2v^3 d\varphi$, quo pacto in altero membro elementum $dt$ e signo integrali tolletur; prodibit enim

$$v^4 d\varphi^2 = 2gLdt^2\left(C - 3n\int\frac{d\varphi \sin 2\varphi}{v}\right).$$

Sit brevitatis gratia $\int\frac{d\varphi\sin 2\varphi}{v} = S$, ut habeamus $v^4 d\varphi^2 = 2gLdt^2(C - 3nS)$. Deinde prima per $2vd\varphi$ et altera per $2dv$ multiplicatae, in una summa efficiunt

$$2vv\,d\varphi\, dd\varphi + 2v\,dv\,d\varphi^2 + 2dv\,ddv = 2gLdt^2\left(-\frac{2dv}{vv} - \frac{3mdv}{v^4} - \frac{3nd\varphi\sin 2\varphi}{v^3} - \frac{9ndv\cos 2\varphi}{2v^4}\right),$$

quae integrata dat

$$dv^2 + vv\,d\varphi^2 = 2gLdt^2\left(D + \frac{2}{v} + \frac{m}{v^3} + \frac{3n\cos 2\varphi}{2v^3}\right).$$

Cum ergo inde sit $2gLdt^2 = \frac{v^4 d\varphi^2}{C - 3nS}$, hinc commode tempus $t$ eliminatur, obtineturque

$$(C - 3nS)(dv^2 + vv\,d\varphi^2) = v^4 d\varphi^2\left(D + \frac{2}{v} + \frac{2m + 3n\cos 2\varphi}{2v^3}\right)$$

$$\text{et} \quad d\varphi = \frac{dv\sqrt{(C - 3nS)}}{vv\sqrt{\left(D + \frac{2}{v} + \frac{(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2v^3} - \frac{(C - 3nS)}{vv}\right)}}.$$

Jam quoties $dv$ evanescit, necesse est, ut formula irrationalis denominatoris evanescat, quod cum

duobus casibus evenire debeat, quibus angulus quidem $s$ fit vel 0 vel 180°, denominator factorem habebit $\sin s$. Statuamus ergo $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$, et denominator erit

$$D + \frac{2}{p} + \frac{2m + 3n\cos 2\varphi}{2p^3} - \frac{(C - 3nS)}{pp}$$

$$+ \frac{2q\cos s}{p} + \frac{3q\cos s(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p^3} - \frac{2q\cos s(C - 3nS)}{pp}$$

$$+ \frac{3qq\cos^2 s(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p^3} - \frac{qq\cos^2 s(C - 3nS)}{pp}$$

$$+ \frac{q^3\cos^3 s(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p^3}.$$

Fiat nunc $D + \frac{2}{p} + \frac{2m + 3n\cos 2\varphi}{2p^3} - \frac{(C - 3nS)}{pp} + \frac{3qq(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p^3} - \frac{qq(C - 3nS)}{pp} = 0,$

$$1 + \frac{3(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2pp} - \frac{2(C - 3nS)}{p} + \frac{qq(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2pp} = 0,$$

eritque formula irrationalis in denominatore

$$\frac{q\sin s}{p}\sqrt{\left(C - 3nS - \frac{3(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p} - \frac{q\cos s(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p}\right)}$$

$$\text{et} \quad \frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi\sin s}{p}\sqrt{\left(1 - \frac{(3 + q\cos s)(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2p(C - 3nS)}\right)}.$$

Jam ex illis aequationibus quantitates $p$ et $q$ definiantur, quae si esset $m = 0$ et $n = 0$, prodirent: $p = C$ et $qq = 1 + CD$, atque hi erunt quasi valores medii ipsarum $p$ et $q$, qui statuantur $f$ et $k$, ut sit $C = f$ et $D = \frac{kk - 1}{f}$. Deinde cum $m$ et $n$ sint quantitates valde parvae, in terminis per $m$ et $n$ affectis scribere licebit $p = f$ et $q = k$, sicque habebimus

$$\frac{1}{p} = \frac{1}{f} + \frac{(3 + kk)(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2f^3} + \frac{3nS}{ff} \quad \text{et} \quad \frac{qq}{pp} = \frac{kk}{ff} + \frac{(1 + 3kk)(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2f^4} + \frac{3nS(1 + kk)}{f^3},$$

unde fit

$$p = f - \frac{(3 + kk)(2m + 3n\cos 2\varphi)}{4f} - 3nS \quad \text{et} \quad qq = kk + \frac{(1 - k^4)(2m + 3n\cos 2\varphi)}{2ff} + \frac{3n(1 - kk)S}{f}.$$

Quoniam nunc habemus valores litterarum $p$ et $q$, ob $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$ erit

$$S = \int\frac{d\varphi(1 + q\cos s)\sin 2\varphi}{p} \quad \text{et} \quad \frac{dv}{vv} = \frac{dp}{pp} - \frac{dq\cos s}{p} + \frac{qds\sin s}{p} + \frac{qdp\cos s}{pp}, \quad \text{seu}$$

$$\frac{dv}{vv} = \frac{dp}{pp} - \frac{(pdq - qdp)\cos s}{pp} + \frac{qds\sin s}{p}.$$

At est superioribus formulis differentiandis

$$\frac{dp}{pp} = \frac{3n(3 + kk)d\varphi\sin 2\varphi}{2f^3} - \frac{3n(1 + q\cos s)d\varphi\sin 2\varphi}{ffp}, \quad \text{seu} \quad = \frac{3n(1 - 2k\cos s + kk)d\varphi\sin\varphi}{2f^3} \quad \text{et}$$

$$\frac{2q(pdq - qdp)}{p^3} = \frac{-3n(1 + 3kk)d\varphi\sin 2\varphi}{f^4} + \frac{3n(1 + kk)d\varphi(1 + k\cos s)\sin 2\varphi}{f^4},$$

$$\frac{pdq - qdp}{pp} = \frac{3nd\varphi \sin 2\varphi\,(1 + kk\cos s - 2k)}{2f^3},$$

ex quibus colligitur

$$\frac{dv}{vv} = \frac{3n(1+kk)\,d\varphi \sin^2 s \sin 2\varphi}{2f^3} + \frac{qds \sin s}{p}.$$

At est

$$\frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p}\sqrt{\left(1 - \frac{(3+k\cos s)(2m+3n\cos 2\varphi)}{2ff}\right)} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} - \frac{k(3+k\cos s)(2m+3n\cos 2\varphi)\,d\varphi \sin s}{4f^3}.$$

Ergo $\quad d\varphi - ds = \frac{pd\varphi}{4f^3 q}(6n(1+kk)\sin s \sin 2\varphi + k(3+k\cos s)(2m+3n\cos 2\varphi)).$

Hic jam spectatis $p$ et $q$ ut constantibus, nempe $p = f$ et $q = k$, erit

$$d\varphi - ds = \frac{d\varphi}{4ffk}(6mk + 2mkk\cos s + 9nk\cos 2\varphi + 3n(1+\tfrac{3}{2}kk)\cos(2\varphi - s) - 3n(1+\tfrac{1}{2}kk)\cos(2\varphi + s)).$$

Cum igitur proxime sit $d\varphi = ds$, erit integrando

$$\varphi - s = \text{Const.} + \frac{3m\varphi}{2ff} + \frac{mk\sin s}{2ff} + \frac{9n\sin 2\varphi}{8ff} + \frac{3n(2+3kk)\sin(2\varphi - s)}{8ffk} - \frac{n(2+kk)\sin(2\varphi + s)}{8ffk},$$

qua aequatione relatio inter longitudinem $\varphi$ et anomaliam veram $s$ exprimitur. Tum vero quia $S$ per quantitatem minimam $n$ multiplicatur, sufficiet posuisse

$$dS = \frac{d\varphi}{f}(\sin 2\varphi + \tfrac{1}{2}k\sin(2\varphi - s) + \tfrac{1}{2}k\sin(2\varphi + s)),$$

unde fit $\quad S = \frac{-\cos 2\varphi}{2f} - \frac{k\cos(2\varphi - s)}{2f} - \frac{k\cos(2\varphi + s)}{6f},$

hincque deducimus

$$p = f - \frac{m(3+kk)}{2f} - \frac{3n(1+kk)\cos 2\varphi}{4f} + \frac{3nk\cos(2\varphi - s)}{2f} + \frac{3nk\cos(2\varphi + s)}{6f},$$

$$qq = kk + \frac{m(1-k^4)}{ff} + \frac{3nkk(1-kk)\cos 2\varphi}{2ff} - \frac{3nk(1-kk)\cos(2\varphi - s)}{2ff} - \frac{3nk(1-kk)\cos(2\varphi + s)}{6ff}.$$

Denique ut omnia ad tempus $t$ reducamus, habemus

$$dt\sqrt{2gL} = \frac{pp\,d\varphi}{(1+q\cos s)^2\sqrt{(f-3nS)}} = \frac{pp\,d\varphi}{(1+q\cos s)^2}\left(\frac{1}{\sqrt{f}} + \frac{3nS}{2f\sqrt{f}}\right),$$

cujus integratio per praecedentes formulas in potestate est censenda. Cum enim sit

$$d\varphi = ds\left(1 + \frac{3m}{2ff} + \frac{mk\cos s}{2ff} + \frac{9n\cos 2\varphi}{4ff} + \frac{3n(2+3kk)\cos(2\varphi - s)}{8ffk} - \frac{3n(2+kk)\cos(2\varphi + s)}{8ffk}\right),$$

$$pp = ff - m(3+kk) - \tfrac{3}{2}n(1+kk)\cos 2\varphi + 3nk\cos(2\varphi - s) + nk\cos(2\varphi + s),$$

$$1 + \frac{3nS}{2f} = 1 - \frac{3n\cos 2\varphi}{4ff} - \frac{3nk\cos(2\varphi - s)}{4ff} - \frac{nk\cos(2\varphi + s)}{4ff}, \quad \text{erit}$$

$$pp\,d\varphi\left(1 + \frac{3nS}{2f}\right) = ff\,ds\left(1 - \frac{m(3+2kk)}{2ff} + \frac{mk\cos s}{2ff} - \frac{3nkk\cos 2\varphi}{2ff} + \frac{3n(2+9kk)\cos(2\varphi - s)}{8ffk} - \frac{3n(2-kk)\cos(2\varphi + s)}{8ffk}\right).$$

Porro est

$$q = k + \frac{m(1-k^4)}{2ffk} + \frac{3nk(1-kk)\cos 2\varphi}{4ff} - \frac{3n(1-kk)\cos(2\varphi - s)}{4ff} - \frac{n(1-kk)\cos(2\varphi + s)}{4ff},$$

unde tandem concluditur $dt\sqrt{2fgL} = \frac{ffds}{(1+k\cos s)^2} + \frac{ffWds}{(1+k\cos s)^3}$ existente

$$W = \frac{-3m(2+kk)}{4ff} - \frac{m(1+kk)\cos s}{ffk} + \frac{mkk\cos 2s}{4ff} + \frac{n(8-5kk)\cos 2\varphi}{8ff}$$

$$+ \frac{3n(2+7kk)\cos(2\varphi - s)}{8ffk} + \frac{3n(6+5kk)\cos(2\varphi - 2s)}{16ff}$$

$$- \frac{3n(2+kk)\cos(2\varphi + s)}{8ffk} - \frac{n(2+kk)\cos(2\varphi + 2s)}{16ff}.$$

160. **Coroll. 1.** Formula $\varphi - s$ exprimit longitudinem absidis imae, unde si corpus $N$ nunc fuerit in abside ima, ad absidem summam pertinget confecto angulo $\varphi$, ut ob $s = 180^\circ = \pi$ sit

$$\varphi - \pi = \frac{3m\pi}{2ff} + \frac{9n\sin 2\varphi}{8ff} + \frac{3n(2+3kk)\sin(2\varphi - \pi)}{8ffk} - \frac{n(2+kk)\sin(2\varphi + \pi)}{8ffk},$$

$$\text{seu} \quad \varphi - \pi = \frac{3m\pi}{2ff} + \frac{9n\sin 2\varphi}{8ff} - \frac{n(1+2kk)\sin 2\varphi}{2ffk},$$

ubi ob $2\varphi = 2\pi$ proxime, et neglectis terminis binas dimensiones litterarum $m$ et $n$ involventibus, erit $\varphi = \pi + \frac{3m\pi}{2ff}$.

161. **Coroll. 2.** At dum absolvitur anomalia vera $s = 2\lambda\pi$, existente $\lambda$ numero integro valde magno, ob $\varphi = 2\lambda\pi + \frac{3\lambda m\pi}{ff}$, proxime erit

$$\varphi = 2\lambda\pi + \frac{3\lambda m\pi}{ff} + \frac{9n}{8ff}\sin\frac{6\lambda m\pi}{ff} + \frac{n(1+2kk)}{2ffk}\sin\frac{6\lambda m\pi}{ff};$$

unde si sit $\frac{6\lambda m}{ff} = \frac{1}{2}$, seu $\lambda = \frac{ff}{12m}$, post $\frac{ff}{2m}$ revolutiones anomaliae verae, erit

$$\varphi = 2\lambda\pi + \tfrac{1}{4}\pi + \frac{9n}{4ff} + \frac{n(1+2kk)}{2ffk}.$$

162. **Coroll. 3.** Si esset $n = 0$, promotio lineae absidum in singulis revolutionibus anomaliae verae $s$ foret eadem, scilicet $= \frac{3m\pi}{ff} = \frac{3(cc-aa)}{ff}\pi$, uti jam supra invenimus. Sed si $n$ non est $=0$, singulis revolutionibus anomaliae verae non amplius aequalis progressio lineae absidum respondet, quod tamen discrimen demum post plures revolutiones fit sensibile.

163. **Coroll. 4.** Relatio inter angulos $\varphi$ et $s$ ita definitur, ut sit

$$\varphi = \zeta + s + \frac{3ms}{2ff} + \frac{mk\sin s}{2ff} + \frac{9n\sin 2\varphi}{8ff} + \frac{3n(2+3kk)\sin(2\varphi - s)}{8ffk} - \frac{n(2+kk)\sin(2\varphi + s)}{8ffk},$$

ubi in posterioribus terminis pro $\varphi$ scribi potest $\zeta + s + \frac{3ms}{2ff}$, neque vero hic terminum $\frac{3ms}{2ff}$ omittere licet, cum is crescente cum tempore angulo $s$ ad valorem quantumvis magnum assurgere possit. Constans autem $\zeta$ non est arbitraria, sed denotat longitudinem absidis imae ab axe principali $JA$.

164. **Scholion 1.** Pro quavis ergo anomalia vera $s$ et angulo constante $\zeta$ definiri potest longitudo corporis $N$ seu angulus $AJN = \varphi$, qua cognita porro semiparameter $p$ et excentricitas $q$ orbitae ellipticae variabilis innotescit, unde concluditur distantia $JN = v = \frac{p}{1 + q\cos s}$. Superest autem, ut relatio inter tempus $t$ et angulum $s$ assignetur, seu ut haec aequatio

$$dt\sqrt{2fgL} = \frac{ffds}{(1+k\cos s)^2} + \frac{ffWds}{(1+k\cos s)^3}$$

integretur, quod negotium, quia $\varphi$ per $s$ datur, concedendum est. Est enim

$$\int\frac{ds}{1+k\cos s} = \frac{1}{\sqrt{(1-kk)}}\,\text{Arc.}\cos\frac{k+\cos s}{1+k\cos s},$$

$$\int\frac{ds}{(1+k\cos s)^2} = \frac{1}{(1-kk)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.}\cos\frac{k+\cos s}{1+k\cos s} - \frac{k\sin s}{(1-kk)(1+k\cos s)},$$

$$\int\frac{ds}{(1+k\cos s)^3} = \frac{2+kk}{2(1-kk)^{\frac{5}{2}}}\,\text{Arc.}\cos\frac{k+\cos s}{1+k\cos s} - \frac{k\sin s}{2(1-kk)(1+k\cos s)^2} - \frac{3k\sin s}{2(1-kk)^2(1+k\cos s)}.$$

Reliquae partes exigunt integrationem hujusmodi formulae $\int\frac{ds\cos(\alpha s+\beta)}{(1+k\cos s)^3}$, quae si $k$ fuerit fractio valde parva, facile per seriem evolvitur; posito enim

$$\frac{1}{(1+k\cos s)^3} = A + B\cos s + C\cos 2s + D\cos 3s + E\cos 4s + \text{etc.}$$

reperitur integrale $\int\frac{ds\cos(\alpha s+\beta)}{(1+k\cos s)^3}$ ita expressum

$$\frac{A}{\alpha}\sin(\alpha s+\beta) + \frac{B\sin(\alpha s - s + \beta)}{2(\alpha-1)} + \frac{C\sin(\alpha s - 2s + \beta)}{2(\alpha-2)} + \text{etc.}$$
$$+ \frac{B\sin(\alpha s + s + \beta)}{2(\alpha+1)} + \frac{C\sin(\alpha s + 2s + \beta)}{2(\alpha+2)} + \text{etc.}$$

verum nisi $k$ sit fractio valde parva, haec series parum juvat.

165. **Scholion 2.** At si $k$ est quantitas valde exigua, aliud incommodum nascitur, quod in nostris formulis termini per $k$ divisi nimis fiant magni, ideoque determinatio anguli $\varphi - s$ nimis incerta reddatur. Operae ergo pretium erit casum, quo $k = 0$, data opera evolvisse, quo fit

$$p = f - \frac{3(2m + 3n\cos 2\varphi)}{4f} - 3nS \quad \text{et} \quad qq = \frac{2m + 3n\cos 2\varphi}{2ff} + \frac{3nS}{f},$$

quae formula autem locum habere nequit, nisi sit positiva; si enim fieret negativa, hoc indicio esset quantitatem $k$ evanescere non posse, vel tum etiam $\cos s$ imaginarium esse proditurum, ita ut hoc casu positio $v = \frac{p}{1+k\cos s}$ contradictionem involveret. Casu autem, quo $qq$ prodit positivum, reperitur

$$d\varphi = ds + \frac{3nd\varphi\sin s\sin 2\varphi}{f\sqrt{(4m + 6n\cos 2\varphi + 12fnS)}} \quad \text{existente} \quad S = \int\frac{d\varphi\sin 2\varphi}{f} = \frac{-\cos 2\varphi}{2f},$$

ita ut sit

$$d\varphi = ds + \frac{3nd\varphi \sin s \sin 2\varphi}{2f\sqrt{m}} \quad \text{et} \quad qq = \frac{m}{ff} \quad \text{et} \quad p = f - \frac{3m}{2f} - \frac{3n\cos 2\varphi}{4f},$$

ideoque $q = \frac{\sqrt{m}}{f}$, sicque excentricitas $q$ constans. Tum erit

$$dt\sqrt{2fgL} = \frac{d\varphi\,(ff - 3m - \frac{9}{4}n\cos 2\varphi)}{\left(1 + \frac{\sqrt{m}}{f}\cos s\right)^2}, \quad \text{seu} \quad = d\varphi\,(ff - 2f\cos s\sqrt{m} - 3m - \tfrac{9}{4}n\cos 2\varphi).$$

Solutio ergo hujus casus pendet a resolutione hujus aequationis $d\varphi = ds + \frac{3nd\varphi \sin s \sin 2\varphi}{2f\sqrt{m}}$, ex qua, si $\frac{n}{\sqrt{m}}$ est quantitas valde parva, concluditur

$$\varphi = \zeta + s + \frac{3n\sin(2\varphi - s)}{4f\sqrt{m}} - \frac{n\sin(2\varphi + s)}{4f\sqrt{m}}.$$

Reliquis autem casibus, praecipue si $m$ esset $= 0$, alia tractatio requireretur, in valorem scilicet ipsius $S$ accuratius inquiri oporteret, quod difficultatibus haud esset cariturum.

166. **Scholion 3.** Solutio nostri problematis posterior ideo priori est anteferenda, quod binarum aequationum differentio-differentialium propositarum una integratio successerit. In genere igitur, si idem usu veniat, solutio facilior obtineri potest. Propositis enim his duabus aequationibus

$$vdd\varphi + 2dvd\varphi = -gLTdt^2 \quad \text{et} \quad ddv - vd\varphi^2 = -gLdt^2\left(\frac{2}{vv} + V\right),$$

multiplicetur prior per $2v^3 d\varphi$, ut prodeat

$$v^4 d\varphi^2 = 2gLdt^2\,(C - \int Tv^3 d\varphi) = 2gLdt^2\,(C - S),$$

posito $\int Tv^3 d\varphi = S$. Deinde priori per $2vd\varphi$, et posteriori per $2dv$ multiplicata, summa praebet

$$d\,.\,(vvd\varphi^2 + dv^2) = -2gLdt^2\left(Tvd\varphi + Vdv + \frac{2dv}{vv}\right).$$

Quod si jam fuerit $Tvd\varphi + Vdv$ integrabile, ponatur integrale $\int(Tvd\varphi + Vdv) = \frac{R}{v^3}$, ut habeamus

$$dv^2 + vvd\varphi^2 = 2gLdt^2\left(D + \frac{2}{v} - \frac{R}{v^3}\right),$$

hinc eliminando $dt^2$ adipiscemur

$$(C - S)\,dv^2 = v^4 d\varphi^2\left(D + \frac{2}{v} - \frac{R}{v^3} - \frac{(C-S)}{vv}\right) \quad \text{et} \quad \frac{dv}{vv}\sqrt{(C - S)} = d\varphi\sqrt{\left(D + \frac{2}{v} - \frac{(C-S)}{vv} - \frac{R}{v^3}\right)}.$$

Statuamus $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$, sitque

$$D + \frac{2}{p} - \frac{R(1 + 3qq)}{p^3} - \frac{(1 + qq)(C - S)}{pp} = 0 \quad \text{et} \quad 2 - \frac{R(3 + qq)}{pp} - \frac{2(C - S)}{p} = 0,$$

ut fiat formula irrationalis

$$\sqrt{\left(D + \frac{2}{v} - \frac{(C-S)}{vv} - \frac{R}{v^3}\right)} = \frac{q\sin s}{p}\sqrt{\left(C - S + \frac{R(3 + q\cos s)}{p}\right)}, \quad \text{hincque}$$

$$\frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p}\sqrt{\left(1 + \frac{R(3 + q\cos s)}{p(C - S)}\right)}.$$

Inde autem cum $R$ et $S$ sint quantitates valde parvae, posito $C=f$ et $D=\frac{kk-1}{f}$, ut fiat proxime $p=f$ et $q=k$, colligitur

$$\frac{1}{p}=\frac{1}{f}+\frac{S}{ff}-\frac{(3+kk)R}{2f^3} \quad \text{et} \quad p=f-S+\frac{(3+kk)R}{2f}$$

$$\frac{qq}{pp}=\frac{kk}{ff}+\frac{(1+kk)S}{f^3}-\frac{(1+3kk)R}{f^4},$$

unde fit
$$qq=kk+\frac{(1-kk)S}{f}-\frac{(1-k^4)R}{ff}.$$

Deinde ob
$$\frac{dp}{pp}=\frac{-dS}{ff}+\frac{(3+kk)dR}{2f^3} \quad \text{et} \quad \frac{pdq-qdp}{pp}=\frac{(1+kk)dS}{2ffk}-\frac{(1+3kk)dR}{2f^3k}, \quad \text{erit}$$

$$\frac{dv}{vv}=\frac{qdS\sin s}{p}-\frac{dS}{ff}-\frac{(1+kk)dS\cos S}{2ffk}+\frac{(3+kk)dR}{2f^3}+\frac{(1+3kk)dR\cos s}{2f^3k}.$$

Est vero etiam $\frac{dv}{vv}=\frac{qd\varphi\sin s}{p}\left(1+\frac{(3+k\cos s)R}{2ff}\right)$, unde

$$\frac{q\sin s}{p}(d\varphi-ds)=\frac{-dS}{ff}-\frac{(1+kk)dS\cos s}{2ffk}+\frac{(3+kk)dR}{2f^3}+\frac{(1+3kk)dR\cos s}{2f^3k}-\frac{k(3+k\cos s)R\sin s}{2f^3}d\varphi.$$

Denique est
$$dt\sqrt{2fgL}=vvd\varphi\left(1+\frac{S}{f}\right)=\frac{ppd\varphi}{(1+q\cos s)^2}\left(1+\frac{S}{f}\right);$$

ubi notandum est esse ob $dv=\frac{kvvd\varphi\sin s}{f}$ in terminis minimis

$$dS=Tv^3d\varphi \quad \text{et} \quad dR=\frac{3kRvd\varphi\sin s}{f}+Tv^4d\varphi+\frac{kVv^5d\varphi\sin s}{f},$$

unde fit

$$\frac{q}{p}(d\varphi-ds)=\frac{(1+kk)Tv^4\sin s}{2f^3}d\varphi+\frac{Rvd\varphi}{2f^4}(6k+(3+5kk)\cos s+3k^3-k^3\cos^2 s)$$
$$+\frac{Vv^4d\varphi}{2f^4}(k(3+kk)+(1+3kk)\cos s).$$

167. **Scholion 4.** Aliam formam habitura esset solutio, si formula integralis

$$\int(Tvd\varphi+Vdv) \quad \text{non} \quad \frac{R}{v^3}, \quad \text{sed} \quad \frac{R}{v^\lambda},$$

vel aggregato ex pluribus hujusmodi formulis aequalis poneretur. Ponamus ergo

$$\int Tvd\varphi+Vdv)=-\mathfrak{A}-\frac{\mathfrak{B}}{v}-\frac{\mathfrak{C}}{vv}-\frac{D}{v^3}-\frac{E}{v^4}-\frac{F}{v^5}-\text{etc.}$$

existente
$$\int(Tv^3d\varphi=S \quad \text{et} \quad dt\sqrt{2fgL}=vvd\varphi\left(1+\frac{S}{2f}\right),$$

habebimus ergo

$$\frac{dv}{vv}\sqrt{(f-S)}=d\varphi\sqrt{\left(\frac{kk-1}{f}+\mathfrak{A}+\frac{2-\mathfrak{B}}{v}-\frac{(f-S-\mathfrak{C})}{vv}+\frac{D}{v^3}+\frac{E}{v^4}+\frac{F}{v^5}+\text{etc.}\right)},$$

ubi quantitates $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $D$, $E$, $F$ et $S$ ut valde parvae sunt spectandae. Ponamus brevitatis gratia

$$\frac{kk-1}{f}+\mathfrak{A}=A,\quad 2+\mathfrak{B}=B,\quad \text{et}\quad -f+S+\mathfrak{C}=C,$$

ut formula irrationalis sit

$$\sqrt{\left(A+\frac{B}{v}+\frac{C}{vv}+\frac{D}{v^3}+\frac{E}{v^4}+\frac{F}{v^5}\right)},$$

quae posito $v=\frac{p}{1+q\cos s}$ ita comparata esse debet, ut factorem obtineat $\sin s$, seu ut evanescat posito tam $s=0$ quam $s=180^\circ$. Quocirca efficiendum est, ut fiat

$$A+B\left(\frac{1\pm q}{p}\right)+C\left(\frac{1\pm q}{p}\right)^2+D\left(\frac{1\pm q}{p}\right)^3+\text{etc.}=0,$$

fiant ergo necesse est $\frac{1+q}{p}$ et $\frac{1-q}{p}$ binae radices hujus aequationis

$$A+Bz+Czz+Dz^3+Ez^4+Fz^5+\text{etc.}=0,$$

quae rejectis terminis minimis habebit hanc formam $\frac{kk-1}{f}+2z-fzz=0$, unde fit $z=\frac{1\pm k}{f}$, ita ut sit proxime $p=f$ et $q=k$. Ponatur jam in terminis minimis $p=f$ et $q=k$, et habebimus

$$\frac{kk-1}{f}+\mathfrak{A}+\frac{2(1\pm q)}{p}+\frac{\mathfrak{B}(1\pm k)}{f}-\frac{f(1\pm q)^2}{pp}+\frac{(S+\mathfrak{C})(1\pm k)^2}{ff}+\frac{D(1\pm k)^3}{f^3}+\frac{E(1\pm k)^4}{f^4}+\frac{F(1\pm k)^5}{f^5}=0,$$

quae ob signa ambigua resolvitur in has duas

$$\frac{kk-1}{f}+\mathfrak{A}+\frac{2}{p}+\frac{\mathfrak{B}}{f}-\frac{f(1+qq)}{pp}+\frac{(S+\mathfrak{C})(1+kk)}{ff}+\frac{D(1+3kk)}{f^3}+\frac{E(1+6kk+k^4)}{f^4}+\frac{F(1+10kk+5k^4)}{f^5}=0,$$

$$\frac{2q}{p}+\frac{\mathfrak{B}k}{f}-\frac{2fq}{pp}+\frac{2(S+\mathfrak{C})k}{ff}+\frac{D(3k+k^3)}{f^3}+\frac{E(4k+4k^3)}{f^4}+\frac{F(5k+10k^3+k^5)}{f^5}=0.$$

Ponamus jam $\frac{1}{p}=\frac{1+x}{f}$, et prior aequatio abit in hanc

$$\frac{kk}{f}+\mathfrak{A}+\frac{\mathfrak{B}}{f}-\frac{fqq}{pp}+\frac{(S+\mathfrak{C})(1+kk)}{ff}+\frac{D(1+3kk)}{f^3}+\text{etc.}=0,$$

unde deducimus

$$\frac{qq}{pp}=\frac{kk}{ff}+\frac{\mathfrak{A}}{f}+\frac{\mathfrak{B}}{ff}+\frac{(S+\mathfrak{C})(1+kk)}{f^3}+\frac{D(1+3kk)}{f^4}+\frac{E(1+6kk+k^4)}{f^5}+\frac{F(1+10kk+5k^4)}{f^6}+\text{etc.};$$

altera autem per $q$ multiplicata, qui factor in terminis minimis abit in $k$, praebet

$$\frac{2x}{f}=\frac{\mathfrak{B}}{f}+\frac{2(\mathfrak{C}+S)}{ff}+\frac{D(3+kk)}{f^3}+\frac{E(4+4kk)}{f^4}+\frac{F(5+10kk+k^4)}{f^5},$$

unde deducimus

$$\frac{1}{p}=\frac{1}{f}+\frac{\mathfrak{B}}{2f}+\frac{\mathfrak{C}+S}{ff}+\frac{D(3+kk)}{2f^3}+\frac{E(4+4kk)}{2f^4}+\frac{F(5+10kk+k^4)}{2f^5}+\text{etc.}$$

$$p=f\left(1-\frac{\mathfrak{B}}{2}-\frac{\mathfrak{C}-S}{f}-\frac{D(3+kk)}{2ff}-\frac{E(4+4kk)}{2f^3}-\frac{F(5+10kk+k^4)}{2f^4}-\text{etc.}\right)$$

$$qq = kk + \mathfrak{A}f + \mathfrak{B}(1-kk) + \frac{(\mathfrak{C}+S)(1-kk)}{f} + \frac{D(1-k^4)}{ff} + \frac{E(1+2kk-3k^4)}{f^3} + \frac{F(1+5kk-5k^4-k^6)}{f^4}.$$

Tum autem formula irrationalis induit hanc formam

$$\frac{q\sin s}{p}\sqrt{\Big(f - S - \mathfrak{C} - \frac{D(3+k\cos s)}{f} - \frac{E(6+4k\cos s+kk(1+\cos^2 s))}{ff}}$$

$$- \frac{F(10+10k\cos s+5kk(1+\cos^2 s)+k^3\cos s(1+\cos^2 s))}{f^3}\Big),$$

unde concludimus

$$\frac{dv}{vv} = \frac{q\,d\varphi\sin s}{p} - \frac{k\,d\varphi\sin s}{2ff}\Big(\mathfrak{C} + \frac{D(3+k\cos s)}{f} + \frac{E(6+4k\cos s+kk(1+\cos^2 s))}{ff} + \text{etc.}\Big).$$

Est vero etiam $\frac{dv}{vv} = \frac{q\,ds\sin s}{p} + \frac{dp}{pp} - \frac{(pdq-qdp)}{pp}\cos s$, unde

$$\frac{q\sin s}{p}(d\varphi - ds) = \frac{k\,d\varphi\sin s}{2ff}\Big(\mathfrak{C} + \frac{D(3+k\cos s)}{f} + \frac{E(6+4k\cos s+kk(1+\cos^2 s))}{ff} + \frac{F(10+10k\cos s+kk(5+k\cos s)(1+\cos^2 s))}{f^3}\Big)$$

$$+ \frac{dp}{pp} - \frac{(pdq-qdp)\cos s}{pp},$$

ubi quidem haec differentialia ipsarum $dp$ et $dq$ non tam commode exprimere licet, quam ante. Quoties autem unico termino constat integrale $\int(Tv\,d\varphi + V\,dv)$, toties posterius membrum reduci potest ad formam per $k\sin s$ multiplicatam. Est autem in genere

$$\frac{dp}{pp} - \frac{(pdq-qdp)\cos s}{pp} = \frac{-Tv^3\,d\varphi}{2ffk}(2k + (1+kk)\cos s) - \frac{d\mathfrak{A}\cos s}{2k} - \frac{d\mathfrak{B}(k+\cos s)}{2fk} - \frac{d\mathfrak{C}(2k+(1+kk)\cos s)}{2ffk}$$

$$- \frac{dD(3k+k^3+(1+3kk)\cos s)}{2f^3k} - \frac{dE(4k+4k^3+(1+6kk+k^4)\cos s)}{2f^4k} - \frac{dF(5k+10k^3+k^5+(1+10kk+5k^4)\cos s)}{2f^5k} \text{ etc.},$$

quae expressio transmutatur in hanc formam

$$\frac{-(2k+(1+kk)\cos s)vv}{2ffk}\Big(Tv\,d\varphi + d\mathfrak{A} + \frac{d\mathfrak{B}}{v} + \frac{d\mathfrak{C}}{vv} + \frac{dD}{v^3} + \frac{dE}{v^4} + \frac{dF}{v^5} \text{ etc.}\Big)$$

$$+ \frac{vv\sin^2 s}{2ff}\left\{\begin{aligned} &d\mathfrak{A}\Big(1+\frac{f}{v}\Big) + \frac{d\mathfrak{B}}{v} - \frac{dD}{fvv}(1+kk) - \frac{dE}{ffvv}\Big(1+3kk+\frac{(1+kk)f}{v}\Big) \\ &- \frac{dF}{f^3vv}\Big(1+6kk+k^4+\frac{(1+3kk)f}{v}+\frac{(1+kk)ff}{vv}\Big)\end{aligned}\right\}.$$

At ex aequatione assumta est

$$d\mathfrak{A} + \frac{d\mathfrak{B}}{v} + \frac{d\mathfrak{C}}{vv} + \frac{dD}{v^3} + \text{etc.} = -Tv\,d\varphi - V\,dv + \frac{\mathfrak{B}dv}{vv} + \frac{2\mathfrak{C}\,dv}{v^3} \text{ etc.}$$

ita ut prius membrum superioris aequationis abeat in

$$+\frac{(2k+(1+kk)\cos s)}{2ffk}vv\,dv\Big(V - \frac{\mathfrak{B}}{vv} - \frac{2\mathfrak{C}}{v^3} - \frac{3D}{v^4} - \frac{4E}{v^5} - \frac{5F}{v^6} - \text{etc.}\Big).$$

Quare cum in terminis his minimis sit $dv = \frac{kd\varphi \sin s}{f} vv$, evidens est totam aequationem praecedentem dividi posse per sin $s$; reperitur enim

$$d\varphi - ds = \frac{d\varphi}{2f}\Big(\mathfrak{C} + \frac{D(3+k\cos s)}{f} + \frac{E(6+kk+4k\cos s + kk\cos^2 s)}{ff} + \frac{F(10+5kk+k(10+kk)\cos s + 5kk\cos^2 s + k^3\cos^3 s)}{f^3}\Big)$$

$$+ \frac{(2k+(1+kk)\cos s)}{2ffk} v^4 d\varphi \Big(V - \frac{\mathfrak{B}}{vv} - \frac{2\mathfrak{C}}{v^3} - \frac{3D}{v^4} - \frac{4E}{v^5} - \frac{5F}{v^6} - \text{etc.}\Big) +$$

$$\frac{vv \sin s}{2fk}\Big(d\mathfrak{A} + \frac{f}{v}(d\mathfrak{A} + \frac{d\mathfrak{B}}{f}) - \frac{(1+kk)}{fvv}(dD + \frac{dE}{v} + \frac{dF}{vv} + \text{etc.}) - \frac{(1+3kk)}{ffvv}(dE + \frac{dF}{v} + \text{etc.}) - \frac{(1+6kk+k^4)}{f^3 vv}(dF + \text{etc.})\Big)$$

atque haec est methodus generalis hujusmodi problemata tractandi, quoties formula $Tv d\varphi + V dv$ est integrabilis. Deinde etiam pro formula $\int Tv^3 d\varphi$, quam posuimus $= S$, sive sit integrabilis sive minus, poni poterit $\frac{S}{v^\lambda}$, pro numero dimensionum, quas $v$ in ea obtinet, unde solutio saepe commodior reddi potest, ad quod haec solutio pariter extenditur.

## Tertia solutio problematis propositi.

168. Instituantur omnia ut in solutione secunda § 159, sed ponatur

$$\int \frac{d\varphi \sin 2\varphi}{v} = \frac{Q}{v} \quad \text{erit} \quad v^4 d\varphi^2 = 2gL dt^2 \Big(f - \frac{3nQ}{v}\Big),$$

ac porro per integrationem

$$\frac{dv}{vv} \sqrt{\Big(f - \frac{3nQ}{v}\Big)} = d\varphi \sqrt{\Big(\frac{kk-1}{f} + \frac{2}{v} - \frac{f}{vv} + \frac{2m + 3n\cos 2\varphi + 6nQ}{2v^3}\Big)}.$$

Hinc posito $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$, ut fiat

$$\frac{dv}{vv} \sqrt{\Big(f - \frac{3nQ}{v}\Big)} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} \sqrt{\Big(f - \frac{(3+q\cos s)(2m+3n\cos 2\varphi + 6nQ)}{2p}\Big)},$$

seu quia $Q$ est valde parvum,

$$\frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} \sqrt{\Big(1 - \frac{6nQ}{fp} - \frac{(2m+3n\cos 2\varphi)(3+q\cos s)}{2fp}\Big)},$$

statui debet

$$\frac{1}{p} = \frac{1}{f} + \frac{(3+kk)(2m+3n\cos 2\varphi + 6nQ)}{2f^3} \quad \text{et} \quad \frac{qq}{pp} = \frac{kk}{ff} + \frac{(1+3kk)(2m+3n\cos 2\varphi + 6nQ)}{2f^4},$$

unde fit

$$p = f - \frac{(3+kk)(2m+3n\cos 2\varphi + 6nQ)}{4f} \quad \text{et} \quad qq = kk + \frac{(1-k^4)(2m+3n\cos 2\varphi + 6nQ)}{2ff}.$$

Cum nunc sit $vdQ - Qdv = vd\varphi \sin 2\varphi$, ideoque

$$dQ = d\varphi \sin 2\varphi + \frac{Qdv}{v} = d\varphi \sin 2\varphi + \frac{kQvd\varphi \sin s}{f},$$

quia in terminis minimis est $dv = \frac{kvv\, d\varphi \sin s}{f}$, erit

$$\frac{dp}{pp} = \frac{-3nkQv d\varphi \sin s\,(3+kk)}{f^4}, \quad \frac{2q\,(pdq-qdp)}{p^3} = \frac{-3nkQv d\varphi \sin s\,(1+3kk)}{f^5},$$

ob $\frac{dv}{vv} = \frac{dp}{pp} - \frac{(pdq-qdp)\cos s}{pp} + \frac{qds \sin s}{p}$, habebimus

$$\frac{dv}{vv} = \frac{qds\sin s}{p} - \frac{3nQv d\varphi \sin s}{2f^4}(2k(3+kk)-(1+3kk)\cos s).$$

Est vero ex superioribus

$$\frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} - \frac{3nkQd\varphi\sin s}{f^3} - \frac{k(2m+3n\cos 2\varphi)(3+k\cos s)\,d\varphi\sin s}{4f^3},$$

unde concludimus

$$d\varphi - ds = \frac{d\varphi\,(2m+3n\cos 2\varphi)(3+k\cos s)}{4ff} - \frac{3nQv d\varphi}{2f^3 k}(2k(2+kk)-(1+5kk)\cos s).$$

Cum jam sit $\frac{Q}{v} = \frac{1}{f}\int d\varphi\,(\sin 2\varphi + \frac{1}{2}k\sin(2\varphi - s) + \frac{1}{2}k\sin(2\varphi+s))$, et proxime $d\varphi = ds$, erit

$$\frac{Q}{v} = \frac{-\cos 2\varphi}{2f} - \frac{k\cos(2\varphi - s)}{2f} - \frac{k\cos(2\varphi+s)}{6f} \quad \text{et}$$

$$\frac{\cos 2\varphi + 2Q}{v} = \frac{-k\cos(2\varphi - s)}{2f} + \frac{k\cos(2\varphi+s)}{6f} = \frac{-k}{3f}(\cos 2\varphi\cos s + 2\sin 2\varphi \sin s),$$

hincque
$$p = f - \frac{m(3+kk)}{2f} - \frac{nk(3+kk)(\cos(2\varphi+s) - 3\cos(2\varphi - s))}{8f(1+k\cos s)},$$

$$qq = kk + \frac{m(1-k^4)}{ff} + \frac{nk(1-k^4)(\cos(2\varphi+s)-3\cos(2\varphi-s))}{4ff(1+k\cos s)}.$$

Invento valore ipsius $Q$, accuratius relatio inter $d\varphi$ et $ds$ definitur, indeque vera relatio inter $\varphi$ et $s$, qua cognita habebitur

$$dt\sqrt{2fgL} = \frac{vv\,d\varphi}{\sqrt{(1+\frac{n}{2ff}(3\cos 2\varphi + 3k\cos(2\varphi - s) + k\cos(2\varphi+s))}}, \quad \text{seu}$$

$$dt\sqrt{2fgL} = \frac{pp\,d\varphi}{(1+q\cos s)^2} - \frac{nd\varphi\,(3\cos 2\varphi + 3k\cos(2\varphi - s) + k\cos(2\varphi+s))}{4ff(1+k\cos s)^2}.$$

Verum haec solutio minus idonea videtur quam secunda.

169. **Problema.** (Fig 183.) Si corpus $N$ circa punctum quasi fixum $J$ non in eodem plano moveatur, ad quod, praeter vim quadratis distantiarum reciproce proportionalem, sollicitetur viribus exiguis quibuscunque, ejus motum tam in longitudinem quam in latitudinem definire.

**Solutio.** Referatur motus ad planum fixum $AJB$, in quo sumta recta fixa $JA$, sint coordinatae orthogonales $JX = x$, $XY = y$ et $YZ = z$, ac ponatur distantia $JN = \sqrt{(xx+yy+zz)} = v$. Quibus positis sumtoque elemento temporis $dt$ constante, motus hujusmodi tribus aequationibus exprimetur:

$$ddx = -2gLdt^2\left(\frac{x}{v^3} + X\right)$$

$$ddy = -2gLdt^2\left(\frac{y}{v^3} + Y\right)$$

$$ddz = -2gLdt^2\left(\frac{z}{v^3} + Z\right),$$

ubi quantitates $X$, $Y$, $Z$ ut valde parvae sunt spectandae. Consideretur elementum $Nn$ seu directio motus, in qua nunc corpus movetur, quae cum puncto fixo $J$ continet planum, cujus intersectio cum plano assumto $AJB$ sit recta $J☊$, quae vocatur linea nodorum, ac terminus quidem ☊ nodus ascendens, ubi corpus supra planum $AJB$ ascendere incipit. Hic duae res notandae occurrunt, primo longitudo nodi ascendentis seu angulus $AJ☊ = \psi$ et inclinatio plani $☊JN$ ad planum fixum $AJB$, quae sit $= \omega$. Ex $Y$ ad $J☊$ ducatur normalis $Y☊$, junctaque $N☊$, quae etiam ad $J☊$ erit normalis, fiet angulus $Y☊N = \omega$. Statuatur nunc angulus $☊JN = \sigma$, erit $N☊ = v \sin\sigma$ et $J☊ = v\cos\sigma$, hincque $YN = v\sin\sigma\sin\omega = z$ et $☊Y = v\sin\sigma\cos\omega$, unde ob $XY☊ = AJ☊ = \psi$, concluditur $x = v\cos\sigma\cos\psi - v\sin\sigma\cos\omega\sin\psi$ et $y = v\cos\sigma\sin\psi + v\sin\sigma\cos\omega\cos\psi$. Quo autem facilius relationem inter hos angulos $\sigma$, $\omega$, $\psi$ eorumque differentialia investigemus, re ad trigonometriam sphaericam perducta, sit (fig. 183) arcus $A☊ = \psi$, $☊\omega = d\psi$, $☊N = \sigma$, angulus $B☊N = \omega$, $B\omega n = \omega + d\omega$, et $\omega n = \sigma + d\sigma$. Ducto $\omega\pi$ perpendiculo in $☊N$ erit $☊\pi = d\psi\cos\omega$, et ob $\omega Y = \pi N$ habebimus $\sigma - d\psi\cos\omega = \sigma + d\sigma - Nn$, unde fit $d\sigma = Nn - d\psi\cos\omega$. Tum vero est

$\sin\omega : \sin(\omega + d\omega) = \sin(\sigma - d\psi\cos\omega) : \sin\sigma$, seu $\sin\omega : \sin\omega + d\omega\cos\omega = \sin\sigma - d\psi\cos\sigma\cos\omega : \sin\sigma$,

hincque dividendo $\sin\omega : d\omega\cos\omega = \sin\sigma : d\psi\cos\sigma\cos\omega$, unde fit

$$d\omega\sin\sigma = d\psi\cos\sigma\sin\omega \quad \text{seu} \quad d\omega = \frac{d\psi\cos\sigma\sin\omega}{\sin\sigma}.$$

His notatis resumamus nostras aequationes differentio-differentiales ex quibus concludimus (fig. 183)

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = 2gLdt^2\left(D + \frac{2}{v} - 2\int(Xdx + Ydy + Zdz)\right),$$

ubi est $Nn = \sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)}$. At est angulus elementaris

$$NJn = \frac{\sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2 - dv^2)}}{v} = d\sigma + d\psi\cos\omega,$$

unde concludimus

$$dx^2 + dy^2 + dz^2 = dv^2 + vv(d\sigma + d\psi\cos\omega)^2 = 2gLdt^2\left(2D + \frac{2}{v} - 2\int(Xdx + Ydy + Zdz)\right).$$

Statuamus brevitatis ergo $d\sigma + d\psi\cos\omega = d\varphi$, ut sit

$$dv^2 + vvd\varphi^2 = 2gLdt^2\left(2D + \frac{2}{v} - 2\int(Xdx + Ydy + Zdz)\right).$$

Tum vero ob $z = v\sin\sigma\sin\omega$ habebimus

$$\frac{x}{z} = \frac{\cos\sigma\cos\psi}{\sin\sigma\sin\omega} - \frac{\cos\omega\sin\psi}{\sin\omega} \quad \text{et} \quad \frac{y}{z} = \frac{\cos\sigma\sin\psi}{\sin\sigma\sin\omega} + \frac{\cos\omega\cos\psi}{\sin\omega},$$

unde per differentiationem ob $d\omega = \frac{d\psi\cos\sigma\sin\omega}{\sin\sigma}$, colligimus

$$\frac{zdx - xdz}{zz} = \frac{-d\varphi\cos\psi}{\sin^2\sigma\sin\omega} \quad \text{et} \quad \frac{zdy - ydz}{zz} = \frac{-d\varphi\sin\psi}{\sin^2\sigma\sin\omega},$$

hincque porro $\quad zdx - xdz = -vvd\varphi\cos\psi\sin\omega$ et $zdy - ydz = -vvd\varphi\sin\psi\sin\omega$.

Est vero ex aequationibus principalibus:

$$zddx - xddz = 2gLdt^2(Zx - Xz) \quad \text{et} \quad zddy - yddz = 2gLdt^2(Zy - Yz),$$

quarum illa per $2(zdx - xdz)$, haec vero per $2(zdy - ydz)$ multiplicata et integrata dabit

$$(zdx - xdz)^2 = v^4 d\varphi^2\cos^2\psi\sin^2\omega = 4gLdt^2\int vvd\varphi\cos\psi\sin\omega(Xz - Zx),$$
$$(zdy - ydz)^2 = v^4 d\varphi^2\sin^2\psi\sin^2\omega = 4gLdt^2\int vvd\varphi\sin\psi\sin\omega(Yz - Zy),$$

quibus additis prodit

$$v^4 d\varphi^2\sin^2\omega = 4gLdt^2\int v^3 d\varphi\sin\omega(\sin\sigma\sin\omega(X\cos\psi + Y\sin\psi) - Z\cos\sigma).$$

At si illae aequationes differentientur, indeque differentiale ipsius $v^4 d\varphi^2\sin^2\omega$ eliminetur, obtinebimus

$$vd\varphi d\psi\sin\omega = 2gLdt^2\sin\sigma(\sin\omega(Y\cos\psi - X\sin\psi) - Z\cos\omega),$$

ita ut sit

$$d\psi = \frac{2gLdt^2\sin\sigma}{vd\varphi}(Y\cos\psi - X\sin\psi - Z\cot\omega).$$

Ponamus brevitatis gratia

$$\int v^3 d\varphi\sin\omega(\sin\sigma\sin\omega(X\cos\psi + Y\sin\psi) - Z\cos\sigma) = S,$$

ut sit $v^4 d\varphi^2\sin^2\omega = 4gLdt^2(C + S)$, fietque

$$dv^2 = 4gLdt^2\left(D + \frac{1}{v} - \int(Xdx + Ydy + Zdz) - \frac{C - S}{vv\sin^2\omega}\right), \quad \text{seu}$$

$$dv^2(C + S) = v^4 d\varphi^2\sin^2\omega\left(D + \frac{1}{v} - \int(Xdx + Ydy + Zdz) - \frac{C \mp S}{vv\sin^2\omega}\right),$$

ac praeterea $\quad d\psi = \frac{v^3 d\varphi\sin\omega\sin\sigma}{2(C + S)}(\sin\omega(Y\cos\psi - X\sin\psi) - Z\cos\omega).$

Cum igitur $X$, $Y$, $Z$ sint quantitates valde parvae, erit etiam $S$ quantitas minima, et anguli $\psi$ et $\omega$ fere constantes, ita ut sit proxime $d\varphi = d\sigma$, accuratius autem $d\sigma = d\varphi - d\psi\cos\omega$. Denique vero erit

$$\frac{d\omega}{\sin^2\omega} = \frac{v^3 d\varphi\cos\sigma}{2(C + S)}(\sin\omega(Y\cos\psi - X\sin\psi) - Z\cos\omega),$$

et aequationis hujus

$$\frac{dv}{vv}\sqrt{(C + S)} = d\varphi\sin\omega\sqrt{\left(D + \frac{1}{v} - \frac{C - S}{vv\sin^2\omega} - \int(Xdx + Ydy + Zdz)\right)}$$

resolutio est instituenda ut ante docuimus.

170. **Coroll. 1.** Uti $\omega$ inclinatio orbitae et $\psi$ longitudo nodi ascendentis vocari solet, ita angulus ☊ $JN = \sigma$ argumentum latitudinis et angulus $\varphi$ longitudo in orbita appellatur, quae autem tantum ficta, cum tam linea nodorum quam inclinatio continuo mutetur.

171. **Coroll. 2.** Si vires exiguae ita fuerint comparatae, ut sit

$$\sin\omega\,(Y\cos\psi - X\sin\psi) - Z\cos\omega = 0,$$

tum ob $d\psi = 0$ et $d\omega = 0$, tam linea nodorum quam inclinatio nullam patitur mutationem, ideoque corpus $N$ in eodem perpetuo plano feretur.

172. **Coroll. 3.** Cum autem angulus in plano $AJB$ sumtus $AJY$ vocetur corporis longitudo, ea erit $= \psi + \text{Ang.tang}\,(\text{tang}\,\sigma\cos\omega)$, tum vero latitudo corporis, quae est angulus $YJN$, est angulus cujus sinus est $\frac{z}{v} = \sin\sigma\sin\omega$.

173. **Scholion.** Haec methodus motum corporis ad planum fixum reducendi illi multum anteferenda videtur, qua ipsa corporis longitudo seu angulus $AJY$ in calculum introducitur, quo pacto formulae satis intricatae redduntur. Hoc igitur incommodum hic maximam partem sustulimus, dum angulum $\sigma$, quo argumentum latitudinis denotatur, ac praeterea longitudinem in orbita seu angulum $\varphi$ induximus, quoniam hoc modo formulae $zdx - xdz$ et $zdy - ydz$ tam commode exprimuntur, unde etiam fit

$$ydx - xdy = -vv\,d\varphi\cos\omega \quad\text{atque}\quad yddx - xddy = 2gLdt^2\,(Yx - Xy).$$

Haec ergo per $2\,(ydx - xdy)$ multiplicata et integrata dabit

$$(ydx - xdy)^2 = 4gLdt^2 \int vv\,d\varphi\cos\omega\,(Xy - Yx) = v^4\,d\varphi^2\cos^2\omega,$$

quae etsi jam in praecedentibus contineatur, saepe ingentem usum praestat, uti in sequente problemate patebit. Hinc scilicet commode relatio inter $dt$ et $d\varphi$ desumi poterit. Deinde etiam vis hujus methodi in hoc consistit, quod elementum temporis $dt$ penitus e formulis integralibus exclusimus, quo deinceps commode ex calculo eliminari posset.

174. **Problema.** Si corpus $M$, cujus momenta inertiae respectu axium $JA$ et $JB$ sint aequalia, circa tertium axem $JC$ utcunque gyretur, ac circa id corpus sphaericum $N$ quomodocunque moveatur, hujus corporis $N$ motum definire.

**Solutio.** (Fig. 183.) Plano axium $JA$ et $JB$, quod quasi est corporis $M$ planum aequatoris, pro plano fixo assumto, sit $Maa$ momentum inertiae respectu axium $JA$ et $JB$, at $Mcc$ respectu axis $JC$. Pro motu ergo secundum problema praecedens definiendo habebimus ex § 128 has aequationes

$$ddx = \frac{-2g\,(M+N)\,xdt^2}{v^3}\left(1 + \frac{3\,(4aa + cc)}{2vv} - \frac{15\,(aaxx + aayy + cczz)}{2v^4}\right),$$

$$ddy = \frac{-2g\,(M+N)\,ydt^2}{v^3}\left(1 + \frac{3\,(4aa + cc)}{2vv} - \frac{15\,(aaxx + aayy + cczz)}{2v^4}\right),$$

$$ddz = \frac{-2g\,(M+N)\,zdt^2}{v^3}\left(1 + \frac{3\,(2aa + 3cc)}{2vv} - \frac{15\,(aaxx + aayy + cczz)}{2v^4}\right),$$

quibus comparatis cum ante assumtis erit $L = M + N$ et

$$X = \frac{3x(4aa + cc)}{2v^5} - \frac{15x(aaxx + aayy + cczz)}{2v^7},$$

$$Y = \frac{3y(4aa + cc)}{2v^5} - \frac{15y(aaxx + aayy + cczz)}{2v^7},$$

$$Z = \frac{3z(2aa + 3cc)}{2v^5} - \frac{15z(aaxx + aayy + cczz)}{2v^7},$$

hinc ob $xdx + ydy + zdz = vdv$, erit

$$Xdx + Ydy + Zdz = \frac{3(4aa + cc)(xdx + ydy)}{2v^5} + \frac{3(2aa + 3cc)zdz}{2v^5} - \frac{15dv(aaxx + aayy + cczz)}{2v^6}$$

$$= \frac{3(4aa + cc)dv}{2v^4} - \frac{3(aa - cc)zdz}{v^5} - \frac{15aadv}{2v^4} + \frac{15(aa - cc)zzdv}{2v^6}.$$

Ergo $\int(Xdx + Ydy + Zdz) = \frac{(aa - cc)}{2v^3} - \frac{3(aa - cc)zz}{2v^5}$, hincque

$$dv^2 + vvd\varphi^2 = 4gLdt^2\left(D + \frac{1}{v} + \frac{(cc - aa)}{2v^3} - \frac{3(cc - aa)zz}{2v^5}\right).$$

Cum nunc ex § praecedente sit $yddx - xddy = 0$, erit

$$ydx - xdy = -vvd\varphi\cos\omega = -Edt\sqrt{4gL} \quad \text{et} \quad vvd\varphi^2 = \frac{4gLEEdt^2}{vv\cos^2\omega}, \quad \text{hincque}$$

$$dv^2 = 4gLdt^2\left(D + \frac{1}{v} + \frac{cc - aa}{2v^3} - \frac{3(cc - aa)zz}{2v^5} - \frac{EE}{vv\cos^2\omega}\right) \quad \text{et}$$

$$dv^2 = \frac{v^4d\varphi^2\cos^2\omega}{EE}\left(D + \frac{1}{v} + \frac{cc - aa}{2v^3} - \frac{3(cc - aa)zz}{2v^5} - \frac{EE}{vv\cos^2\omega}\right), \quad \text{seu}$$

$$\frac{Edv}{vv} = d\varphi\cos\omega\sqrt{\left(D + \frac{1}{v} + \frac{cc - aa}{2v^3} - \frac{3(cc - aa)\sin^2\sigma\sin^2\omega}{2v^3} - \frac{EE}{vv\cos^2\omega}\right)}$$

atque $2Edt\sqrt{gL} = vvd\varphi\cos\omega$. Deinde vero habemus

$$v^4d\varphi^2\cos^2\psi\sin^2\omega = 12gL(aa - cc)dt^2\int\frac{xzd\varphi\cos\psi\sin\omega}{v^3} \quad \text{et}$$

$$v^4d\varphi^2\sin^2\psi\sin^2\omega = 12gL(aa - cc)dt^2\int\frac{yzd\varphi\sin\psi\sin\omega}{v^3},$$

quibus additis fit

$$v^4d\varphi^2\sin^2\omega = 12gL(aa - cc)dt^2\int\frac{d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega}{v}.$$

Cum porro sit $v^4d\varphi^2\cos^2\omega = 4gLEEdt^2$, erit differentiando

$$2v^4d\varphi^2d\omega\sin\omega\cos\omega + \sin^2\omega d.(v^4d\varphi^2) = 12gL(aa - cc)dt^2\cdot\frac{d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega}{v}$$

$$\text{et} \quad -2v^4d\varphi^2d\omega\sin\omega\cos\omega + \cos^2\omega.d(v^4d\varphi^2) = 0,$$

unde concluditur

$$2v^4 d\varphi^2 d\omega \sin\omega\cos\omega = 12gL(aa-cc)\,dt^2\cdot\frac{d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega\cos^2\omega}{v},\quad \text{seu}$$

$$d\varphi\, d\omega = \frac{6gL(aa-cc)\,dt^2\sin\sigma\cos\sigma\sin\omega\cos\omega}{v^5},\quad \text{ideoque}$$

$$d\omega = \frac{3(aa-cc)\,d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin\omega\cos^3\omega}{2EEv}\quad \text{et}\quad d\psi = \frac{d\omega\sin\sigma}{\cos\sigma\sin\omega} = \frac{3(aa-cc)\,d\varphi\sin^2\sigma\cos^3\omega}{2EEv}.$$

Initio igitur ob $aa-cc$ minimum, elementa $\psi$ et $\omega$ ut constantia spectantur, et cum sit $d\varphi = d\sigma + d\psi\cos\omega$, differentialia $d\varphi$ et $d\sigma$ pro aequalibus habentur. Ponatur jam $EE = F\cos^2\omega$ et $\frac{1}{2}(cc-aa)(1-3\sin^2\sigma\sin^2\omega) = G$, ut habeamus

$$\frac{Edv}{vv} = d\varphi\cos\omega\sqrt{\left(D+\frac{1}{v}-\frac{F}{vv}+\frac{G}{v^3}\right)}.$$

Ponatur nunc $v = \frac{p}{1+q\cos s}$, fiatque $D + \frac{(1\pm q)}{p} - F\left(\frac{1\pm q}{p}\right)^2 + G\left(\frac{1\pm q}{p}\right)^3 = 0$, ut sit

$$D+\frac{1}{p}-\frac{F(1+qq)}{pp}+\frac{G(1+3qq)}{p^3}=0\quad \text{et}\quad 1-\frac{2F}{p}+\frac{G(3+qq)}{pp}=0,$$

ubi cum $G$ sit valde parvum, sit $F = \frac{f}{2}+u$, ut prodeat valor prope verus $p=f$, eritque

$$EE = \frac{1}{2}f\cos^2\omega + u\cos^2\omega = \text{Constanti}.$$

Sit $\varepsilon$ valor medius inclinationis et $EE = \frac{1}{2}f\cos^2\varepsilon$, erit

$$u = \frac{f(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{2\cos^2\omega},\quad \text{atque}\quad 1-\frac{f}{p}-\frac{(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{\cos^2\omega}+\frac{G(3+kk)}{ff}=0,\quad \text{et hinc}$$

$$\frac{1}{p}=\frac{1}{f}-\frac{(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{f\cos^2\omega}+\frac{G(3+kk)}{f^3}.$$

Tum vero prior aequatio erit

$$D+\frac{1}{p}-\frac{f(1+qq)}{2pp}-\frac{(1+kk)(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{2f\cos^2\omega}+\frac{G(1+3kk)}{f^3}=0.$$

Sit constans $D=\frac{kk-1}{2f}$, eritque

$$\frac{qq}{pp}=\frac{kk}{ff}-\frac{(1+kk)(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{ff\cos^2\omega}+\frac{2G(1+3kk)}{f^4},\quad \text{ideoque}$$

$$p=f+\frac{f(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{\cos^2\omega}-\frac{G(3+kk)}{f}\quad \text{et}\quad qq=kk-\frac{(1-kk)(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{\cos^2\omega}+\frac{2G(1-k^4)}{ff},$$

unde formula irrationalis abit in

$$\frac{q\sin s}{p}\sqrt{\left(\frac{f}{2}+\frac{f(\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega)}{2\cos^2\omega}-\frac{G(3+k\cos s)}{f}\right)},$$

ut ob $E=\frac{\cos\varepsilon\sqrt{f}}{\sqrt{2}}$ sit

$$\frac{dv}{vv}=\frac{qd\varphi \sin s \cos\omega}{p \cos\varepsilon}\sqrt{\left(1+\frac{\cos^2\varepsilon-\cos^2\omega}{\cos^2\omega}-\frac{2G(3+k\cos s)}{ff}\right)}, \text{ seu}$$

$$\frac{dv}{vv}=\frac{q\sin s}{p}d\varphi\sqrt{\left(1-\frac{2G(3+k\cos s)\cos^2\omega}{ff\cos^2\varepsilon}\right)}=\frac{q\sin s}{p}\left(d\varphi-\frac{Gd\varphi(3+k\cos s)\cos^2\omega}{ff\cos^2\varepsilon}\right).$$

Per differentiationem autem obtinemus

$$\frac{dp}{pp}=\frac{3(cc-aa)d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega(1-2k\cos s+kk)}{f^3},$$

$$\frac{pdq-qdp}{pp}=\frac{3(cc-aa)d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega(\cos s-2k+kk\cos s)}{f^3},$$

hincque concludimus

$$\frac{dv}{vv}=\frac{qds\sin s}{p}+\frac{3(cc-aa)d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega(1-kk)\sin^2 s}{f^3}$$

$$=\frac{qd\varphi\sin s}{p}-\frac{k(cc-aa)(1-3\sin^2\sigma\sin^2\omega)d\varphi(3+k\cos s)\cos^2\omega\sin s}{2f^3\cos^2\varepsilon},$$

ita ut sit

$$d\varphi-ds=\frac{3(cc-aa)d\varphi\sin\sigma\cos\sigma\sin^2\omega(1-kk)\sin s}{ffk}+\frac{(cc-aa)(1-3\sin^2\sigma\sin^2\omega)(3+k\cos s)d\varphi\cos^2\omega}{2ff\cos^2\varepsilon}.$$

Cum igitur in his terminis minimis liceat ponere $\omega=\varepsilon$, quae est inclinatio media, erit

$$d\varphi-ds=\frac{(cc-aa)(3+k\cos s)d\varphi}{2ff}-\frac{3(cc-aa)(3+k\cos s)d\varphi\sin^2\varepsilon\sin^2\sigma}{2ff}+\frac{3(cc-aa)(1-kk)d\varphi\sin^2\varepsilon\sin s\sin\sigma\cos\sigma}{ffk},$$

ubi statuere licet $d\varphi=ds=d\sigma$. Tum vero habetur

$$p=\frac{f\cos^2\varepsilon}{\cos^2\omega}-\frac{(cc-aa)(1-3\sin^2\varepsilon\sin^2\sigma)(3+kk)}{2f},$$

$$qq=\frac{kk\cos^2\varepsilon}{\cos^2\omega}+1-\frac{\cos^2\varepsilon}{\cos^2\omega}+\frac{(cc-aa)(1-3\sin^2\varepsilon\sin^2\sigma)(1-k^4)}{ff}$$

ac praeterea

$$d\psi=\frac{-3(cc-aa)(1+k\cos s)d\varphi\cos\varepsilon\sin^2\sigma}{ff},\quad d\omega=\frac{-3(cc-aa)(1+k\cos s)d\varphi\sin\varepsilon\cos\varepsilon\sin\sigma\cos\sigma}{ff},$$

eritque $d\varphi=d\sigma+d\psi\cos\varepsilon$, ac tandem pro tempore

$$dt\sqrt{2fgL}=\frac{vvd\varphi\cos\omega}{\cos\varepsilon}=\frac{ppd\varphi\cos\omega}{\cos\varepsilon(1+q\cos s)^2},$$

quae formulae omnes in terminis minimis sine difficultate integrari possunt; postrema tantum formula majorem solertiam postulat. Ponamus enim ad abbreviandum $\frac{cc-aa}{ff}=n$ et evolutis productis sinuum et cosinuum adipiscemur

$$d\psi=-\tfrac{3}{2}nd\varphi\cos\varepsilon\left(1+k\cos s-\cos 2\sigma-\tfrac{1}{2}k\cos(2\sigma-s)-\tfrac{1}{2}k\cos(2\sigma+s)\right),$$

$$d\omega=-\tfrac{3}{2}nd\varphi\sin\varepsilon\cos\varepsilon\left(\sin 2\sigma+\tfrac{1}{2}k\sin(2\sigma-s)+\tfrac{1}{2}k\sin(2\sigma+s)\right),$$

$d\varphi - ds =$

$$\tfrac{1}{2}nd\varphi\,(3+k\cos s) - \tfrac{3}{4}\,nd\varphi\sin^2\varepsilon\,\Big(3+k\cos s - 3\cos 2\sigma - \frac{(2-kk)}{2k}\cos(2\sigma - s) + \frac{2-3kk}{2k}\cos(2\sigma+s)\Big),$$

$$d\varphi - d\sigma = -\tfrac{3}{2}\,nd\varphi\cos^2\varepsilon\,\big(1+k\cos s - \cos 2\sigma - \tfrac{1}{2}k\cos(2\sigma - s) - \tfrac{1}{2}k\cos(2\sigma+s)\big).$$

Hic igitur totum negotium pendet ab integratione hujusmodi formulae $\int d\varphi\cos(\mu s+\nu\sigma)$, ad quam accurate evolvendam ponamus brevitatis gratia

$$d\varphi = ds + \alpha d\varphi + Pd\varphi \quad \text{et} \quad d\varphi = d\sigma + \beta d\varphi + Qd\varphi, \quad \text{ut sit}$$

$$\alpha = \tfrac{3}{2}n - \tfrac{9}{4}n\sin^2\varepsilon, \quad \beta = -\tfrac{3}{2}n\cos^2\varepsilon,$$

$$P = \tfrac{1}{2}nk\cos s - \tfrac{3}{4}\,n\sin^2\varepsilon\,\Big(k\cos s - 3\cos 2\sigma - \frac{(2-kk)}{2k}\cos(2\sigma - s) + \frac{2-3kk}{2k}\cos(2\sigma+s)\Big) \quad \text{et}$$

$$Q = -\tfrac{3}{2}n\cos^2\varepsilon\,\big(k\cos s - \cos 2\sigma - \tfrac{1}{2}k\cos(2\sigma - s) - \tfrac{1}{2}k\cos(2\sigma+s)\big).$$

Quare cum hinc conficiatur $d\varphi = \dfrac{\mu ds + \nu d\sigma + d\varphi(\mu P + \nu Q)}{\mu + \nu - \alpha\mu - \beta\nu}$, erit

$$\int d\varphi\cos(\mu s + \nu\sigma) = \frac{\sin(\mu s + \nu\sigma)}{\mu + \nu - \alpha\mu - \beta\nu} + \int\frac{d\varphi\,(\mu P + \nu Q)\cos(\mu s + \nu\sigma)}{\mu + \nu - \alpha\mu - \beta\nu}.$$

Tum vero cum $\mu P + \nu Q$ habeat hujusmodi formam

$$A\cos s + B\cos 2\sigma + C\cos(2\sigma - s) + D\cos(2\sigma + s),$$

haec per $\cos(\mu s + \nu\sigma)$ multiplicata denuo in simplices cosinus evolvitur, quorum singuli praebent formulas similes integrandas. Qui etsi videntur ob parvitatem rejiciendi, tamen si in iis fiat $\mu + \nu = 0$, ob denominatorem $-\alpha\mu - \beta\nu$ minimum ad notabilem valorem exsurgere possunt.

175. **Coroll. 1.** Cum sit $d\omega = -\tfrac{3}{2}\,nd\varphi\sin\varepsilon\cos\varepsilon\,(\ldots)$ (vide ult. lin. pag. praec.) patet duobus casibus inclinationem orbitae nullam pati mutationem, altero quo $\varepsilon = 0$, seu corpus $N$ in ipso plano aequatoris $AJB$ movetur, altero quo $\varepsilon = 90^0$, seu corpus $N$ in plano ad aequatorem perpendiculari fertur; atque hoc casu etiam linea nodorum est fixa. Ceteris ergo paribus inclinatio obnoxia erit maximae variationi, quando inclinatio $\varepsilon$ est $45^0$.

176. **Coroll. 2.** Pro motu lineae nodorum invenimus longitudinem nodi ascendentis

$$\psi = \text{Const.} - \tfrac{3}{2}n\varphi\cos\varepsilon - \tfrac{3}{2}n\cos\varepsilon\,\big(k\!\int\! d\varphi\cos s - \!\int\! d\varphi\cos 2\sigma - \tfrac{1}{2}k\!\int\! d\varphi\cos(2\sigma - s) - \tfrac{1}{2}k\!\int\! d\varphi\cos(2\sigma + s)\big).$$

Pro motu autem lineae absidum erit longitudo absidis imae

$$\varphi - s = \text{Const.} + \tfrac{3}{2}n\,(1 - \tfrac{3}{2}\sin^2\varepsilon)\varphi + \tfrac{1}{2}nk(1 - \tfrac{3}{2}\sin^2\varepsilon)\int d\varphi\cos s$$

$$+ \tfrac{3}{4}n\sin^2\varepsilon\,\Big(3\!\int\! d\varphi\cos 2\sigma + \frac{2-kk}{2k}\int d\varphi\cos(2\sigma - s) - \frac{(2-3kk)}{2k}\int d\varphi\cos(2\sigma + s)\Big)$$

et pro argumento latitudinis $\sigma$ habemus $\varphi = \sigma + \psi\cos\varepsilon$.

177. **Coroll. 3.** Si partes integrales rejiciamus, innotescet vero proxime motus medius tam lineae nodorum quam lineae absidum, ac si $n = \frac{cc - aa}{ff}$ sit numerus positivus, linea nodorum regreditur, idque eo minus, quo major fuerit inclinatio. Linea autem absidum progreditur, quamdiu $\sin^2 \varepsilon < \frac{2}{3}$, seu $\varepsilon < 54^0 45'$; sin autem fuerit $\varepsilon > 54^0 45'$, etiam linea absidum regreditur.

178. **Coroll. 4.** Cum sit proxime $d\varphi = ds = d\sigma$, erunt integralium valores proximi

$$\int d\varphi \cos s = \sin s, \quad \int d\varphi \cos 2\sigma = \tfrac{1}{2} \sin 2\sigma, \quad \int d\varphi \cos (2\sigma - s) = \sin (2\sigma - s) \quad \text{et}$$

$$\int d\varphi \cos (2\sigma + s) = \tfrac{1}{3} \sin (2\sigma + s),$$

unde praeter motum medium utriusque lineae nodorum et absidum, anomaliae periodicae definiri possunt.

179. **Scholion.** Hae determinationes recte se habere sunt censendae, dummodo fractio $n = \frac{cc - aa}{ff}$ satis fuerit parva, ut termini quadrato $nn$ affecti pro nihilo haberi queant. Sin autem eveniat, ut haec fractio non sit adeo parva, tum jam superiores formulae accuratius evolvi deberent, ut termini per $nn$ multiplicati simul comprehenderentur; hoc autem modo in formulas nimis polixas incideremus. Verum hinc statim ii termini excludi poterunt, qui nullius plane momenti videbuntur, iis tantum retentis, qui per integrationem insignes coëfficientes adipiscuntur, cujusmodi est $\cos(2\sigma - 2s)$, unde per integrationem oritur

$$\int d\varphi \cos (2\sigma - 2s) = \frac{\sin(2\sigma - 2s)}{2\alpha - 2\beta} = \frac{2 \sin (2\sigma - 2s)}{3n\,(2 - 3\sin^2\varepsilon + 2\cos^2\varepsilon)},$$

qui terminus etsi ex ordine per $nn$ multiplicato nascitur, tamen ob denominatorem exiguum ad ordinem per $n$ multiplicatum elevatur. Deinde etiam si excentricitas $k$ fuerit exigua, per integrationes ulterius productas anguli absoluti satis notabiles exsurgere possunt. Scilicet integratio $\int d\varphi \cos(2\sigma - s)$ ducit ad formam

$$\frac{\sin (2\sigma - s)}{1 + \alpha - 2\beta} + \frac{\int d\varphi\, (2Q - P) \cos (2\sigma - s)}{1 + \alpha - 2\beta},$$

at in $2Q - P$ continetur membrum

$$\tfrac{3}{2} nk \cos^2\varepsilon \cos (2\sigma - s) - \frac{3n\,(2 - kk)}{8k} \sin^2\varepsilon \cos (2\sigma - s),$$

quod per $\cos (2\sigma - s)$ multiplicatum praebet quantitatem constantem

$$\tfrac{3}{4} nk \cos^2\varepsilon - \frac{3n\,(2 - kk)}{16k} \sin^2\varepsilon,$$

ita ut inde oritur angulus absolutus

$$\left(\tfrac{3}{4} nk \cos^2\varepsilon - \frac{3n\,(2 - kk)}{16k} \sin^2\varepsilon\right) \varphi$$

ad motum medium adjiciendus. Simili modo ex formula

$$\int d\varphi \cos(2\sigma + s) = \frac{\sin(2\sigma + s)}{3 - \alpha - 2\beta} + \frac{\int d\varphi (2Q + P) \cos(2\sigma + s)}{3 - \alpha - 2\beta},$$

ob $2Q + P$ complectentem terminum $(\frac{3}{2} nk \cos^2\varepsilon - \frac{3n(2-3kk)}{8k} \sin^2\varepsilon) \cos(2\sigma + s)$, nascetur angulus absolutus $(\frac{1}{4} nk \cos^2\varepsilon - \frac{n(2-3kk)}{16k} \sin^2\varepsilon)\varphi$. Cum deinde in motu lineae absidum hi anguli denuo per $\frac{3n(2-kk)}{8k} \sin^2\varepsilon$ et $\frac{-3n(2-3kk)}{8k} \sin^2\varepsilon$ multiplicari debeant, fieri potest, ut inde motus medius non parum afficiatur. Verum si hi termini alicujus sint momenti, etiam ipsas formulas principales accuratius evolvi oporteret, quod autem negotium hic suscipi non convenit, cum nondum satis constet, quibusnam casibus id utilitatem esset habiturum. Quod denique ad integrationem formulae

$$\int \frac{pp\, d\varphi \cos\omega}{\cos\varepsilon (1 + q \cos s)^2} = t \sqrt{2fgL}$$

attinet, in ea vires analyseos experiri oportet, ac tutissima quidem methodus videtur, postquam loco $d\varphi$ valor $ds + \alpha d\varphi + P d\varphi$ est positus, formulam $\frac{pp\, ds \cos\omega}{\cos\varepsilon (1 + q \cos s)^2}$ ita integrare, quasi $p$, $q$ et $\omega$ essent constantes, tum vero invento integrali correctiones ex harum quantitatum variabilitate oriundas investigare. Atque haec de motu duorum corporum se mutuo attrahentium sufficere videntur, ex quo ad considerationem trium corporum progrediamur.

---

## Caput VI.

### De motu trium corporum sphaericorum, se mutuo attrahentium in genere.

180. **Problema.** (Fig. 185.) Si tria corpora sphaerica $L$, $M$, $N$, se mutuo attrahentia moveantur in eodem plano, eorum motum per calculum definire.

**Solutio.** Elapso tempore $= t$ versentur corpora in $L$, $M$, $N$ in plano tabulae, in quo sumta recta fixa $OV$, ad quam eorum situs referatur, per puncta $L$, $M$, $N$ agantur rectae $l\lambda$, $m\mu$, $n\nu$, ipsi $OV$ parallelae, simulque ad eam perpendicula $LP$, $MQ$, $NR$. Quodsi jam longitudinem cujusque corporis ex altero spectati per angulum a recta $OV$ in sensum $Vv$ sumtum aestimemus, statuamus

longitudinem corporis $M$ ex $L$ spectati $lLM = \zeta$
longitudinem corporis $N$ ex $M$ spectati $mMN = \eta$
longitudinem corporis $L$ ex $N$ spectati $nNL = \vartheta$,

qui postremus angulus $\vartheta$ in figura duobus rectis major est intelligendus. Atque iidem anguli duobus rectis vel aucti vel minuti exhibebunt longitudinem corporum $L$, $M$, $N$ ex $M$, $N$, $L$ spectatorum. Ponamus nunc distantias $LM = x$, $MN = y$ et $NL = z$, erunt coordinatae

$$OQ = OP + x\cos\zeta, \quad QM = PL + x\sin\zeta$$
$$OR = OQ + y\cos\eta, \quad RN = QM + y\sin\eta$$
$$OP = OR + z\cos\vartheta, \quad PL = RN + z\sin\vartheta$$

hincque colligimus

$$x\cos\zeta + y\cos\eta + z\cos\vartheta = 0 \quad \text{et} \quad x\sin\zeta + y\sin\eta + z\sin\vartheta = 0$$

ac porro

$$x\sin(\zeta - \vartheta) + y\sin(\eta - \vartheta) = 0, \quad x\sin(\zeta - \eta) + z\sin(\vartheta - \eta) = 0,$$
$$y\sin(\eta - \zeta) + z\sin(\vartheta - \zeta) = 0,$$

$$\text{ideoque} \quad x : y : z = \sin(\eta - \vartheta) : \sin(\vartheta - \zeta) : \sin(\zeta - \eta),$$

unde relatio inter distantias et angulos ita commodissime exhibetur, ut sit

$$x = v\sin(\eta - \vartheta), \quad y = v\sin(\vartheta - \zeta), \quad z = v\sin(\zeta - \eta),$$

ubi $v$ denotat diametrum circuli triangulo $LMN$ circumscripti. Si jam massae corporum litteris cognominibus $L$, $M$, $N$ exprimantur, corpus $L$ a reliquis sollicitatur

$$\text{sec. } OP \text{ vi} = \frac{LM\cos\zeta}{xx} - \frac{LN\cos\vartheta}{zz} \quad \text{et} \quad \text{sec. } PL \text{ vi} = \frac{LM\sin\zeta}{xx} - \frac{LN\sin\vartheta}{zz},$$

corpus vero $M$ a reliquis sollicitatur

$$\text{sec. } OQ \text{ vi} = \frac{MN\cos\eta}{yy} - \frac{LM\cos\zeta}{xx} \quad \text{et} \quad \text{sec. } QM \text{ vi} = \frac{MN\sin\eta}{yy} - \frac{LM\sin\zeta}{xx}$$

et corpus $N$ a reliquis sollicitatur

$$\text{sec. } OR \text{ vi} = \frac{LN\cos\vartheta}{zz} - \frac{MN\cos\eta}{yy} \quad \text{et} \quad \text{sec. } RN \text{ vi} = \frac{LN\sin\vartheta}{zz} - \frac{MN\sin\eta}{yy},$$

unde sequentes aequationes adipiscimur

$$dd\,.\,OP = 2gdt^2\left(\frac{M\cos\zeta}{xx} - \frac{N\cos\vartheta}{zz}\right), \quad dd\,.\,PL = 2gdt^2\left(\frac{M\sin\zeta}{xx} - \frac{N\sin\vartheta}{zz}\right),$$

$$dd\,.\,OQ = 2gdt^2\left(\frac{N\cos\eta}{yy} - \frac{L\cos\zeta}{xx}\right), \quad dd\,.\,QM = 2gdt^2\left(\frac{N\sin\eta}{yy} - \frac{L\sin\zeta}{xx}\right),$$

$$dd\,.\,OR = 2gdt^2\left(\frac{L\cos\vartheta}{zz} - \frac{M\cos\eta}{yy}\right), \quad dd\,.\,RN = 2gdt^2\left(\frac{L\sin\vartheta}{zz} - \frac{M\sin\eta}{yy}\right),$$

ex quibus colligimus sequentes

$$dd.x\cos\zeta = 2gdt^2\left(-\frac{(L+M)\cos\zeta}{xx} + \frac{N\cos\eta}{yy} + \frac{N\cos\vartheta}{zz}\right), \quad dd.x\sin\zeta = 2gdt^2\left(-\frac{(L+M)\sin\zeta}{xx} + \frac{N\sin\eta}{yy} + \frac{N\sin\vartheta}{zz}\right),$$

$$dd.y\cos\eta = 2gdt^2\left(-\frac{(M+N)\cos\eta}{yy} + \frac{L\cos\vartheta}{zz} + \frac{L\cos\zeta}{xx}\right), \quad dd.y\sin\eta = 2gdt^2\left(-\frac{(M+N)\sin\eta}{yy} + \frac{L\sin\vartheta}{zz} + \frac{L\sin\zeta}{xx}\right),$$

$$dd.z\cos\vartheta = 2gdt^2\left(-\frac{(L+N)\cos\vartheta}{zz} + \frac{M\cos\zeta}{xx} + \frac{M\cos\eta}{yy}\right), \quad dd.z\sin\vartheta = 2gdt^2\left(-\frac{(L+N)\sin\vartheta}{zz} + \frac{M\sin\zeta}{xx} + \frac{M\sin\eta}{yy}\right),$$

quae porro transformantur in has

$$\text{I.}\quad 2dxd\zeta + xdd\zeta = 2gdt^2\left(\frac{N\sin(\eta-\zeta)}{yy} + \frac{N\sin(\vartheta-\zeta)}{zz}\right),$$

$$\text{II.}\quad ddx - xd\zeta^2 = 2gdt^2\left(-\frac{(L+M)}{xx} + \frac{N\cos(\eta-\zeta)}{yy} + \frac{N\cos(\vartheta-\zeta)}{zz}\right),$$

$$\text{III.}\quad 2dyd\eta + ydd\eta = 2gdt^2\left(\frac{L\sin(\vartheta-\eta)}{zz} + \frac{L\sin(\zeta-\eta)}{xx}\right),$$

$$\text{IV.}\quad ddy - yd\eta^2 = 2gdt^2\left(-\frac{(M+N)}{yy} + \frac{L\cos(\vartheta-\eta)}{zz} + \frac{L\cos(\zeta-\eta)}{xx}\right),$$

$$\text{V.}\quad 2dzd\vartheta + zdd\vartheta = 2gdt^2\left(\frac{M\sin(\zeta-\vartheta)}{xx} + \frac{M\sin(\eta-\vartheta)}{yy}\right),$$

$$\text{VI.}\quad ddz - zd\vartheta^2 = 2gdt^2\left(-\frac{(L+N)}{zz} + \frac{M\cos(\zeta-\vartheta)}{xx} + \frac{M\cos(\eta-\vartheta)}{yy}\right),$$

ex harum aequationum I, III et V colligimus hanc integralem

$$LMxxd\zeta + MNyyd\eta + LNzzd\vartheta = Cdt,$$

deinde ex I et II deducimus

$$d.(dx^2 + xxd\zeta^2) = 4gdt^2\left(-\frac{(L+M)dx}{xx} + \frac{N(dx\cos(\eta-\zeta) + xd\zeta\sin(\eta-\zeta))}{yy} + \frac{N(dx\cos(\vartheta-\zeta) + xd\zeta\sin(\vartheta-\zeta))}{zz}\right),$$

quae ita repraesentetur

$$\frac{d.(dx^2 + xxd\zeta^2)}{4gNdt^2} = -\frac{(L+M)dx}{Nxx} + \frac{d.x\cos(\eta-\zeta) + xd\eta\sin(\eta-\zeta)}{yy} + \frac{d.x\cos(\vartheta-\zeta) + xd\vartheta\sin(\vartheta-\zeta)}{zz},$$

similesque ex reliquis ortae erunt

$$\frac{d.(dy^2 + yyd\eta^2)}{4gLdt^2} = \frac{-(M+N)dy}{Lyy} + \frac{d.y\cos(\vartheta-\eta) + yd\vartheta\sin(\vartheta-\eta)}{zz} + \frac{d.y\cos(\zeta-\eta) + yd\zeta\sin(\zeta-\eta)}{xx},$$

$$\frac{d.(dz^2 + zzd\vartheta^2)}{4gMdt^2} = \frac{-(L+N)dz}{Mzz} + \frac{d.z\cos(\zeta-\vartheta) + zd\zeta\sin(\zeta-\vartheta)}{xx} + \frac{d.z\cos(\eta-\vartheta) + zd\eta\sin(\eta-\vartheta)}{yy}.$$

Addantur hae tres aequationes, et cum sit

$$x\sin(\eta-\zeta) + z\sin(\eta-\vartheta) = 0, \qquad x\sin(\vartheta-\zeta) + y\sin(\vartheta-\eta) = 0,$$
$$y\sin(\zeta-\eta) + z\sin(\zeta-\vartheta) = 0,$$

summa erit

$$-\frac{(L+M)dx}{Nxx} - \frac{(M+N)dy}{Lyy} - \frac{(L+N)dz}{Mzz} + \frac{d(x\cos(\eta-\zeta) + z\cos(\eta-\vartheta))}{yy} + \frac{d(x\cos(\vartheta-\zeta) + y\cos(\vartheta-\eta))}{zz}$$
$$+ \frac{d(y\cos(\zeta-\eta) + z\cos(\zeta-\vartheta))}{xx}.$$

At ex aequationibus $x\cos\zeta + y\cos\eta + z\cos\vartheta = 0$ et $x\sin\zeta + y\sin\eta + z\sin\vartheta = 0$ colligimus

$$x\cos(\vartheta-\zeta) + y\cos(\vartheta-\eta) + z = 0, \qquad x\cos(\eta-\zeta) + z\cos(\eta-\vartheta) + y = 0,$$
$$y\cos(\zeta-\eta) + z\cos(\zeta-\vartheta) + x = 0,$$

quibus valoribus inductis consequimur

*

$$\frac{d.(dx^2+xx\,d\zeta^2)}{4gN\,dt^2}+\frac{d.(dy^2+yy\,d\eta^2)}{4gL\,dt^2}+\frac{d.(dz^2+zz\,d\vartheta^2)}{4gM\,dt^2}=\frac{-(L+M+N)\,dx}{Nxx}-\frac{(L+M+N)\,dy}{Lyy}-\frac{(L+M+N)\,dz}{Mzz},$$

hincque integrando

$$\frac{dx^2+xx\,d\zeta^2}{N}+\frac{dy^2+yy\,d\eta^2}{L}+\frac{dz^2+zz\,d\vartheta^2}{M}=4g\,(L+M+N)\,dt^2\,(D+\frac{1}{Nx}+\frac{1}{Ly}+\frac{1}{Mz}),\quad \text{seu}$$

$$LM\,(dx^2+xx\,d\zeta^2)+MN\,(dy^2+yy\,d\eta^2)+LN\,(dz^2+zz\,d\vartheta^2)=$$

$$4g\,(L+M+N)\,dt^2\,(E+\frac{LM}{x}+\frac{MN}{y}+\frac{LN}{z})$$

ita ut jam habeamus duas aequationes integrales. Praeterea autem notasse convenit esse

$$LM\,(x\,ddx+dx^2)+MN\,(y\,ddy+dy^2)+LN\,(z\,ddz+dz^2)=$$

$$2g\,(L+M+N)\,dt^2\,(2E+\frac{LM}{x}+\frac{MN}{y}+\frac{LN}{z}),$$

etiamsi hinc nulla via ad novam integrationem aperiatur. Cum igitur septem habeamus quantitates, scilicet tres distantias $x$, $y$, $z$, tres angulos $\zeta$, $\eta$, $\vartheta$ et tempus $t$, quarum relationem mutuam definiri oportet, ad hoc opus est sex aequationibus, ad quarum numerum complendum habemus primo has duas aequationes finitas

$$\text{I.}\quad x\cos\zeta+y\cos\eta+z\cos\vartheta=0,\qquad \text{II.}\quad x\sin\zeta+y\sin\eta+z\sin\vartheta=0,$$

deinde binas aequationes jam per integrationem erutas

$$\text{III.}\quad LMxx\,d\zeta+MNyy\,d\eta+LNzz\,d\vartheta=C\,dt \qquad \text{et}$$

$$\text{IV.}\quad LM\,(dx^2+xx\,d\zeta^2)+MN\,(dy^2+yy\,d\eta^2)+LN\,(dz^2+zz\,d\vartheta^2)=$$

$$4g\,(L+M+N)\,dt^2\,(E+\frac{LM}{x}+\frac{MN}{y}+\frac{LN}{z}).$$

Loco duarum reliquarum binae trium sequentium commodissime accipientur

$$\text{V.}\quad 2\,dx\,d\zeta+x\,dd\zeta=2gN\,dt^2\left(\frac{\sin(\eta-\zeta)}{yy}+\frac{\sin(\vartheta-\zeta)}{zz}\right),$$

$$\text{VI.}\quad 2\,dy\,d\eta+y\,dd\eta=2gL\,dt^2\left(\frac{\sin(\vartheta-\eta)}{zz}+\frac{\sin(\zeta-\eta)}{xx}\right),$$

$$\text{VII.}\quad 2\,dz\,d\vartheta+z\,dd\vartheta=2gM\,dt^2\left(\frac{\sin(\zeta-\vartheta)}{xx}+\frac{\sin(\eta-\vartheta)}{yy}\right),$$

quarum resolutio hoc modo tentanda videtur. Multiplicentur hae tres postremae aequationes seorsim per certas formulas differentiales, ita ut membra posteriora fiant integrabilia seorsim, priorum autem summa talis efficiatur. Ob

$$x:y:z=\sin(\eta-\vartheta):\sin(\vartheta-\zeta):\sin(\zeta-\eta),$$

prior conditio impletur si multiplicetur

$$\text{aequatio V. per } \frac{yz\sin(\vartheta-\zeta)\sin(\zeta-\eta)}{\sin^3(\vartheta-\zeta)-\sin^3(\zeta-\eta)}dP,$$

$$\text{aequatio VI. per } \frac{xz\sin(\zeta-\eta)\sin(\eta-\vartheta)}{\sin^3(\zeta-\eta)-\sin^3(\eta-\vartheta)}dQ,$$

$$\text{aequatio VII. per } \frac{xy\sin(\eta-\vartheta)\sin(\vartheta-\zeta)}{\sin^3(\eta-\vartheta)-\sin^3(\vartheta-\zeta)}dR;$$

tum enim integralia posteriorum membrorum fiunt

$$2gNPdt^2, \quad 2gLQdt^2, \quad 2gMRdt^2;$$

superest ergo, ut priorum membrorum aggregatum reddatur integrabile, quem in finem idoneos valores functionum $P$, $Q$, $R$ investigari convenit. Verum hic calculi subsidiis destituti istud negotium deserere cogimur.

181. **Coroll. 1.** Posito $\sin(\eta-\vartheta)=\frac{x}{v}$, $\sin(\vartheta-\zeta)=\frac{y}{v}$, $\sin(\zeta-\eta)=\frac{z}{v}$, aequationes V. VI. VII. in has abeunt formas

$$\text{V.} \quad d.(xxd\zeta)=\frac{2gNxdt^2}{v}\left(\frac{y}{zz}-\frac{z}{yy}\right),$$

$$\text{VI.} \quad d.(yyd\eta)=\frac{2gLydt^2}{v}\left(\frac{z}{xx}-\frac{x}{zz}\right),$$

$$\text{VII.} \quad d.(zzd\vartheta)=\frac{2gMzdt^2}{v}\left(\frac{x}{yy}-\frac{y}{xx}\right),$$

at $v$ ita per $x$, $y$, $z$ determinatur, ut sit

$$v=\frac{2xyz}{\sqrt{(2xxyy+2xxzz+2yyzz-x^4-y^4-z^4)}}.$$

182. **Coroll. 2.** Si ex illis aequationibus eliminemus $dt^2$, obtinebimus

$$\frac{2gdt^2}{v}=\frac{yyzzd.(xxd\zeta)}{Nx(y^3-z^3)}=\frac{xxzzd.(yyd\eta)}{Ly(z^3-x^3)}=\frac{xxyyd.(zzd\vartheta)}{Mz(x^3-y^3)}.$$

Quin etiam in plures alias formas has aequationes transfundere licet, neque tamen methodus patet hinc novam aequationem integralem eliciendi.

183. **Scholion 1.** Hoc igitur problema, cui vera determinatio omnium motuum coelestium innititur, vires analyseos superat, etiamsi corpora se mutuo attrahentia sphaerica et in eodem plano moveri assumsimus; quae ergo conditiones, si secus se haberent, atque imprimis si numerus corporum ternarium excederet, multo minus de solutione cogitare liceret; ex quo intelligitur in subsidium Astronomiae ingentem analyseos promotionem desiderari. Neque etiam in genere ulla via ad approximationes patet, quibus uti non licet, nisi vel unum trium corporum sit valde parvum, vel vis inde ad motum reliquorum perturbandum nata fuerit vehementer exigua. Si enim corpus $N$ evanescat, nostrae aequationes tantum ad has binas redeunt

$$LMxxd\zeta=Cdt \quad \text{et} \quad LM(dx^2+xxd\zeta^2)=4g(L+M)dt^2\left(E+\frac{LM}{x}\right),$$

quibus motus duorum corporum continetur, unde si massa $N$ sit valde parva, hinc idoneae approxi-

mationes peti poterunt. Deinde si corpus $N$ sit infinite remotum, ut distantiae $y$ et $z$ fiant infinitae, aequationum differentio-differentialium primo expositarum binae priores jam totum negotium conficiunt abeuntes in has formas:

$$2\,dx\,d\zeta + x\,dd\zeta = 0 \quad \text{et} \quad ddx - x\,d\zeta^2 = \frac{-2g\,(L+M)\,dt^2}{xx},$$

ita ut reliquas ne in computum quidem duci necesse sit, qui casus ex posterioribus aequationibus minus perspicitur, cum ibi reliquae quantitates praeter necessitatem calculo sint immixtae. Quare si in mundo ejusmodi casus existeret, ut trium corporum se mutuo attrahentium neque unius massa sit prae reliquis valde parva, neque unius distantia a reliquis vehementer magna, fateri cogimur, talem motum nobis fore imperscrutabilem: verum commode in mundo usu venit, ut hujusmodi casus a nobis nusquam deprehendatur, qua in re nostrae imbecillitati non parum consultum videtur. Quamobrem contenti simus in methodum inquisivisse, cujus beneficio proxime saltem motum trium corporum determinare valeamus, quando inter terna corpora se invicem attrahentia unum reperitur, cujus vis in reliqua sive ob massae parvitatem, sive ob ejus enormem distantiam, quasi evanescat, quippe qui solus casus relinquitur, in quo vires nostras experiri liceat.

184. **Scholion 2.** Cum igitur tam mundus alios motus non offerat, quam analysis ad alios investigandos non sit apta, nisi qui non multum a ratione motus in sectione conica recedant, omnem operam in inventione aberrationum ab hac motus lege collocari conveniet. Hanc ob rem motum regularem vocabimus, qui leges motus, quibus duo tantum corpora sphaerica se mutuo attrahentia ferri sunt inventa, perfecte sequitur, cujusmodi motus, etiamsi forte nusquam in mundo locum habeat, tamen, quoniam discrimen nusquam est valde magnum, aberrationes seu perturbationes motus regularis per approximationes definire conabimur. In proposito igitur problemate motum trium corporum $L$, $M$, $N$ ita comparatum assumamus, ut bina $M$ et $N$ respectu tertii $L$ motu fere regulari revolvantur, unde hoc commodi consequimur, ut dum perturbationes alterius definire studemus, alterius motum tanquam regularem spectare queamus; cum enim perturbationes ab hoc in illo productae per se sint valde parvae, sive hoc posterius regulariter moveatur, sive parumper a regularitate recedat, nullum discrimen in perturbatione illius orietur. Ita quando in perturbationes motus lunae a sole oriundas inquirere volumus, motum solis respectu terrae tanquam regularem spectabimus; ac vicissim, si errores in motu terrae ab actione lunae nati definiri debeant, qui terra ad quietem redacta in motum solis transferuntur, motum lunae tanquam regularem spectare licebit. Cum igitur propositis tribus corporibus unum semper in quiete considerari possit, problema ita tractabimus, ut binorum reliquorum unum motu regulari ferri censeatur, pro alteroque tantum perturbationes investigentur. Quod si praestiterimus, non amplius difficile erit, problemati pro corporibus quotcunque propositis satisfacere, quia enim perturbationes satis sunt exiguae, quantae a singulis seorsim producantur, assignavisse sufficiat, quae deinceps conjunctae omnes perturbationes ab omnibus simul ortas exhibebunt.

185. **Problema.** (Fig. 186.) Si corpus $N$ circa corpus $L$, quod in quiete spectamus, motu regulari feratur, tum vero in eodem plano corpus $M$ circa $L$ ita moveatur, ut ejus motus ab actione corporis $N$ perturbetur, hujus motus perturbationes assignare.

**Solutio.** Cum hic ad motum respectivum attendamus, corpore $L$ in quiete spectato, ductis rectis $LM$, $LN$ et $MN$, attractio mutua corporum $L$ et $M$ est $=\frac{L.M}{LM^2}$, corporum $L$ et $N=\frac{L.N}{LN^2}$, atque corporum $M$ et $N=\frac{M.N}{MN^2}$. Cum nunc corpus $L$ sollicitetur secundum $LM$ vi $=\frac{L.M}{LM^2}$, et secundum $LN$ vi $=\frac{L.N}{LN^2}$, hae vires in sensum oppositum et in ratione massarum mutatae binis reliquis corporibus applicari debent. Ductis ergo rectis $MT$ et $NV$ ipsis $NL$ et $ML$ parallelis, corpus $M$ praeter vires secundum $ML=\frac{L.M}{LM^2}$ et secundum $MN=\frac{M.N}{MN^2}$ sollicitari censendum est viribus secundum $ML=\frac{M.M}{LM^2}$ et secundum $MT=\frac{M.N}{LN^2}$; at corpus $N$ praeter vires secundum $NL=\frac{L.N}{LN^2}$ et secundum $NM=\frac{M.N}{MN^2}$, a viribus secundum $NL=\frac{N.N}{LN^2}$ et secundum $NV=\frac{M.N}{LM^2}$. Sumtis nunc duabus directionibus fixis altera $LA$, altera ad hanc normali, corpus $M$ sollicitabitur

$$\text{sec. } LQ \text{ vi } = \frac{-M(L+M)LQ}{LM^3} + \frac{M.N.MS}{MN^3} - \frac{M.N.LR}{LN^3},$$

$$\text{sec. } QM \text{ vi } = \frac{-M(L+M)QM}{LM^3} + \frac{M.N.SN}{MN^3} - \frac{M.N.RN}{LN^3}.$$

Corpus vero $N$ sollicitabitur

$$\text{sec. } LR \text{ vi } = \frac{-N(L+N)LR}{LN^3} - \frac{M.N.MS}{MN^3} - \frac{M.N.LQ}{LM^3},$$

$$\text{sec. } RN \text{ vi } = \frac{-N(L+N)RN}{LN^3} - \frac{M.N.SN}{MN^3} - \frac{M.N.QM}{LM^3}.$$

Ponamus jam coordinatas pro corpore $M$

$$LQ = x, \quad QM = y, \quad LM = \sqrt{(xx+yy)} = v,$$

pro corpore $N$ vero $\quad LR = \mathfrak{x}, \quad RN = \mathfrak{y}, \quad LN = \sqrt{(\mathfrak{x}\mathfrak{x}+\mathfrak{y}\mathfrak{y})} = \mathfrak{v},$

erit $MN = \sqrt{((\mathfrak{x}-x)^2+(\mathfrak{y}-y)^2)} = w$, et aequationes differentio-differentiales motum utriusque corporis exprimentes, posito elemento temporis $dt$ constante, erunt

$$\text{I.}\quad ddx = 2gdt^2\left(\frac{-(L+M)x}{v^3} + \frac{N(\mathfrak{x}-x)}{w^3} - \frac{N\mathfrak{x}}{\mathfrak{v}^3}\right),$$

$$\text{II.}\quad ddy = 2gdt^2\left(\frac{-(L+M)y}{v^3} + \frac{N(\mathfrak{y}-y)}{w^3} - \frac{N\mathfrak{y}}{\mathfrak{v}^3}\right),$$

$$\text{III.}\quad dd\mathfrak{x} = 2gdt^2\left(\frac{-(L+N)\mathfrak{x}}{\mathfrak{v}^3} - \frac{M(\mathfrak{x}-x)}{w^3} - \frac{Mx}{v^3}\right),$$

$$\text{IV.}\quad dd\mathfrak{y} = 2gdt^2\left(\frac{-(L+N)\mathfrak{y}}{\mathfrak{v}^3} - \frac{M(\mathfrak{y}-y)}{w^3} - \frac{My}{v^3}\right).$$

Cum autem motus corporis $M$ non adeo perturbari sumatur, hypothesis nostra exigit, ut termini $\frac{N}{ww}$ et $\frac{N}{\mathfrak{v}\mathfrak{v}}$ sint prae $\frac{L+M}{vv}$ valde parvi, atque eodem jure termini $\frac{M}{ww}$ et $\frac{M}{vv}$ prae $\frac{L+N}{\mathfrak{v}\mathfrak{v}}$ valde exigui esse debent; quia alioquin determinatio motus vires calculi superaret.

Cum igitur motus corporis $N$ pro cognito habeatur, quantitates $\mathfrak{x}$, $\mathfrak{y}$ et $\mathfrak{v}$ tanquam functiones cognitae temporis $t$ spectari possunt, sicque tantum duae aequationes priores relinquuntur, ex quibus colligimus

$$y\,ddx - x\,ddy = 2g\,dt^2\left(\frac{N(\mathfrak{x}y - x\mathfrak{y})}{w^3} - \frac{N(\mathfrak{x}y - x\mathfrak{y})}{\mathfrak{v}^3}\right),\quad \text{seu}\quad = 2gN(\mathfrak{x}y - x\mathfrak{y})\,dt^2\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{\mathfrak{v}^3}\right),$$

$$\text{et}\quad 2\,dx\,ddx + 2\,dy\,ddy = 4g\,dt^2\left(\frac{-(L+M)\,dv}{vv} - \frac{Nv\,dv}{w^3} + N(\mathfrak{x}\,dx + \mathfrak{y}\,dy)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{\mathfrak{v}^3}\right)\right).$$

Ponamus nunc pro motu corporis $M$ angulum $ALM = \varphi$, distantia existente $LM = v$, ut sit $x = v\cos\varphi$ et $y = v\sin\varphi$, hincque $y\,dx - x\,dy = -vv\,d\varphi$ et $dx^2 + dy^2 = dv^2 + vv\,d\varphi^2$. Porro pro motu corporis $N$ statuatur distantia $LN = u$, quae hactenus erat $= \mathfrak{v}$, et angulus $ALN = \vartheta$, ut sit $\mathfrak{x} = u\cos\vartheta$ et $\mathfrak{y} = u\sin\vartheta$, hincque

$$w = \sqrt{((u\cos\vartheta - v\cos\varphi)^2 + (u\sin\vartheta - v\sin\varphi)^2)} = \sqrt{(uu - 2uv\cos(\varphi - \vartheta) + vv)}$$

$$\text{et}\quad \mathfrak{x}y - x\mathfrak{y} = uv\sin(\varphi - \vartheta),\quad \text{atque}\quad \mathfrak{x}\,dx + \mathfrak{y}\,dy = u\,dv\cos(\varphi - \vartheta) - uv\,d\varphi\sin(\varphi - \vartheta).$$

Unde nostrae aequationes erunt

$$d.(vv\,d\varphi) = -2gNuv\,dt^2\sin(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right),$$

$$d.(dv^2 + vv\,d\varphi^2) = 4g\,dt^2\left(\frac{-(L+M)\,dv}{vv} - \frac{Nv\,dv}{w^3} + N(u\,dv\cos(\varphi - \vartheta) - uv\,d\varphi\sin(\varphi - \vartheta))\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\right),$$

seu si differentialia secundi gradus non reformidemus,

$$2\,dv\,d\varphi + v\,dd\varphi = -2gNu\,dt^2\sin(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\qquad \text{et}$$

$$ddv - v\,d\varphi^2 = -2g(L+M)\frac{dt^2}{vv} - 2gN\,dt^2\left(\frac{v}{w^3} - u\cos(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\right),$$

ubi $u$ et $\vartheta$ tanquam quantitates per $t$ datae sunt spectandae, terminique per $N$ affecti tanquam valde parvi.

Verum illae aequationes ad integrationem magis sunt praeparatae, et posterior ob

$$w\,dw = v\,dv + u\,du - u\,dv\cos(\varphi - \vartheta) - v\,du\cos(\varphi - \vartheta) + uv(d\varphi - d\vartheta)\sin(\varphi - \vartheta),$$

transit in hanc formam

$$d.(dv^2 + vv\,d\varphi^2) = -4g(L+M)\,dt^2\frac{dv}{vv} - 4gN\,dt^2\left(\frac{dv\cos(\varphi - \vartheta) - v\,d\varphi\sin(\varphi - \vartheta)}{uu}\right)$$

$$+ 4gN\,dt^2\left(\frac{u\,du - v\,du\cos(\varphi - \vartheta) - uv\,d\vartheta\sin(\varphi - \vartheta) - w\,dw}{w^3}\right),$$

unde integrando quatenus licet obtinemus

$$dv^2 + vv\,d\varphi^2 = 4g(L+M)\,dt^2\left(D + \frac{1}{v}\right) - 4gN\,dt^2\left(\frac{v\cos(\varphi - \vartheta)}{uu} - \int\frac{v\,d\vartheta\sin(\varphi - \vartheta)}{uu} + 2\int\frac{v\,du\cos(\varphi - \vartheta)}{u^3}\right)$$

$$+ 4gN\,dt^2\left(\frac{1}{w} + \int\frac{du\,(u + v\cos(\varphi - \vartheta))}{w^3} - \int\frac{uv\,d\vartheta\sin(\varphi - \vartheta)}{w^3}\right),$$

sive

$$dv^2 + vv\,d\varphi^2 = 4g(L+M)\,dt^2\left(D + \frac{1}{v}\right) + 4gN\,dt^2\left(\frac{1}{w} - \frac{v\cos(\varphi - \vartheta)}{uu}\right)$$

$$+ 4gN\,dt^2\int du\left(\frac{u - v\cos(\varphi - \vartheta)}{w^3} - \frac{2v\cos(\varphi - \vartheta)}{u^3}\right)$$

$$- 4gN\,dt^2\int uv\,d\vartheta\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\sin(\varphi - \vartheta).$$

Prior vero aequatio per $2vvd\varphi$ multiplicata et integrata dat

$$v^4 d\varphi^2 = 4g(L+M)Cdt^2 - 4gNdt^2 \int uv^3 d\varphi \left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) \sin(\varphi - \vartheta).$$

Ponamus brevitatis gratia

$$\int uv^3 d\varphi \left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) \sin(\varphi - \vartheta) = P, \qquad \int uv\, d\vartheta \left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) \sin(\varphi - \vartheta) = Q,$$

$$\int du \left(\frac{u - v\cos(\varphi - \vartheta)}{w^3} - \frac{2v\cos(\varphi - \vartheta)}{u^3}\right) = R,$$

ut habeamus has aequationes

$$v^4 d\varphi^2 = 4gdt^2 (C(L+M) - NP)$$

$$dv^2 + vvd\varphi^2 = 4gdt^2 \left(D(L+M) + \frac{L+M}{v} + \frac{N}{w} - \frac{Nv\cos(\varphi - \vartheta)}{uu} + NR - NQ\right),$$

unde eliminando $4gdt^2$ nanciscimur

$$dv^2 \left(C(L+M) - NP\right) = v^4 d\varphi^2 \left(D(L+M) + \frac{L+M}{v} + \frac{N}{w} - \frac{Nv\cos(\varphi - \vartheta)}{uu} - NQ + NR - \frac{C(L+M)}{vv} + \frac{NP}{vv}\right).$$

Statuamus porro $\frac{N}{L+M} = n$, fietque

$$\frac{dv\sqrt{(C - nP)}}{vv} = d\varphi \sqrt{\left(D + \frac{1}{v} + \frac{n}{w} - \frac{nv\cos(\varphi - \vartheta)}{uu} - nQ + nR - \frac{C}{vv} + \frac{nP}{vv}\right)}$$

et $\qquad vvd\varphi = 2dt\sqrt{g}\,(L+M)(C - nP),$

ubi termini littera $n$ affecti ut minimi spectantur. Illa autem aequatio etiam hoc modo exhiberi potest

$$\frac{dv\sqrt{(C - nP)}}{vv} = d\varphi \sqrt{\left(D + \frac{1}{v} - \frac{C}{vv} - 2n\int \frac{Pdv}{v^3} - n\int \frac{vdv}{w^3} + n\int udv\cos(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\right)}.$$

Ponatur $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$ et $C = \frac{f}{2}$ atque $D = \frac{kk - 1}{2f}$, fietque $\frac{1}{p} = \frac{1}{f} + \frac{npp\cos(\varphi - \vartheta)}{f(1 - qq)uu} + \frac{2nP}{fp}$ et

$$\frac{qq}{pp} = \frac{kk}{ff} - \frac{2np\cos(\varphi - \vartheta)}{f(1 - qq)uu} + \frac{2n}{fw} - \frac{2nQ}{f} + \frac{2nR}{f} + \frac{2nP(1 + qq)}{fpp}$$

$$\text{et} \qquad \frac{dv\sqrt{(f - 2nP)}}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} \sqrt{\left(f - 2nP + \frac{2np^3\cos(\varphi - \vartheta)}{(1 - qq)(1 + q\cos s)uu}\right)},$$

$$\text{seu} \qquad \frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} \sqrt{\left(1 + \frac{2npp\cos(\varphi - \vartheta)}{(1 - qq)(1 + q\cos s)uu}\right)}.$$

Vel si nullam approximationem admittamus, erit

$$\frac{1}{p} = \frac{1}{f} + \frac{npp\cos(\varphi - \vartheta)}{f(1 - qq)uu} + \frac{2nP}{fp},$$

$$\frac{qq}{pp} = \frac{kk}{ff} + \frac{2n}{fw} - \frac{2nQ}{f} + \frac{2nR}{f} - \frac{3np\cos(\varphi - \vartheta)}{f(1 - qq)uu} + \frac{npp\cos(\varphi - \vartheta)}{ff(1 - qq)uu} + \frac{2nP}{ffp} + \frac{2nPqq}{fpp},$$

hincque $\qquad \frac{dv\sqrt{(f - 2nP)}}{vv} = \frac{qd\varphi \sin s}{p} \sqrt{\left(f - 2nP + \frac{2np^3\cos(\varphi - \vartheta)}{(1 - qq)(1 + q\cos s)uu}\right)},$ seu

$$\frac{dv}{vv}=\frac{qd\varphi\sin s}{p}\sqrt{\left(1+\frac{2np^3\cos(\varphi-\vartheta)}{(f-2nP)(1-qq)(1+q\cos s)uu}\right)}.$$

Est autem
$$\frac{dv}{vv}=\frac{dp}{pp}-\frac{(pdq-qdp)}{pp}\cos s+\frac{qds\sin s}{p}.$$

Cum nunc sint $p$ et $q$ proxime constantes, erit

$$\frac{dp}{pp}=\frac{nf(d\varphi-d\vartheta)\sin(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)uu}+\frac{2nfdu\cos(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)u^3}-\frac{2nuv^3d\varphi}{ff}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\sin(\varphi-\vartheta),$$

$$\frac{2q}{p}\cdot\frac{(pdq-qdp)}{pp}=-\frac{2n}{fu^3}\left(vdv-udv\cos(\varphi-\vartheta)+uvd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)-\frac{(1+kk)uvd\varphi}{(1+k\cos s)^2}\sin(\varphi-\vartheta)\right)$$

$$-\frac{2n(1+kk)vd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)}{f(1+k\cos s)^2uu}+\frac{2nvd\vartheta\sin(\varphi-\vartheta)}{fuu}-\frac{4nvdu\cos(\varphi-\vartheta)}{fu^3}$$

$$+\frac{2n(d\varphi-d\vartheta)\sin(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)uu}+\frac{4ndu\cos(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)u^3},$$

quibus valoribus substitutis, ob $dv=\frac{kvvd\varphi\sin s}{f}$ proxime, fit

$$\frac{dv}{vv}=\frac{qds\sin s}{p}+\frac{nv^3d\varphi\sin s\cos s}{fw^3}-\frac{nuv^3d\varphi\sin s}{ffw^3}(2\sin s\sin(\varphi-\vartheta)+\cos s\cos(\varphi-\vartheta)+k\cos s\cos(\varphi-\vartheta-s))$$

$$+\frac{nv^3d\varphi\sin^2s\sin(\varphi-\vartheta)}{ff(1-kk)uu}(3+3k\cos s-2kk+kk\cos^2s-k^3\cos s)-\frac{nvd\vartheta\sin^2s\sin(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)uu}+\frac{2nvdu\sin^2s\cos(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)u^3}.$$

Ex quibus colligimus

$$\frac{q(d\varphi-ds)}{p}=\frac{nv^3d\varphi\cos s}{fw^3}-\frac{nuv^3d\varphi}{ffw^3}\left(2\sin s\sin(\varphi-\vartheta)+\cos s\cos(\varphi-\vartheta)+k\cos s\cos(\varphi-\vartheta-s)\right)$$

$$-\frac{nkvd\varphi\cos(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)uu}+\frac{nv^3d\varphi\sin s\sin(\varphi-\vartheta)}{ff(1-kk)uu}(3+3k\cos s-2kk+kk\cos^2s-k^3\cos s)$$

$$-\frac{nvd\vartheta\sin s\sin(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)uu}+\frac{2nvdu\sin s\cos(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)u^3},$$

quae formula ita repraesentari potest:

$$\frac{q(d\varphi-ds)}{p}=\frac{nv^3d\varphi\cos s}{fw^3}-nd.\left(\frac{v\sin s\cos(\varphi-\vartheta)}{(1-kk)uu}\right)$$

$$-\frac{nuv^3d\varphi}{ff}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\left(2\sin s\sin(\varphi-\vartheta)+\cos s\cos(\varphi-\vartheta)+k\cos s\cos(\varphi-\vartheta-s)\right),$$

ita ut pro motu lineae absidum sit

$$\varphi-s=\text{Const.}-\frac{nfv\sin s\cos(\varphi-\vartheta)}{k(1-kk)uu}+\frac{n}{k}\int\frac{v^3d\varphi\cos s}{w^3}$$

$$-\frac{n}{fk}\int uv^3d\varphi\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\left(2\sin s\sin(\varphi-\vartheta)+\cos s\cos(\varphi-\vartheta)+k\cos s\cos(\varphi-\vartheta-s)\right):$$

in quibus terminis minimis est $v=\frac{f}{1+k\cos s}$.

Denique quo haec ad tempus revocari queant, erit $vv d\varphi = dt \sqrt{2g(L+M)(f-2nP)}$, ita ut sit proxime $vv d\varphi = dt\sqrt{2fg(L+M)}$ et $ds = d\varphi$.

186. **Coroll. 1.** Si corpus $N$ motu regulari circa $L$ circumferatur, in orbita, cujus semiparameter $= b$, excentricitas $= e$ et anomalia vera $= r$, ut sit $u = \frac{b}{1+e\cos r}$, erit

$$d\vartheta = dr, \quad uu\,d\vartheta = dt\sqrt{2bg(L+N)} \quad \text{et} \quad du = \frac{euu\,d\vartheta \sin r}{b}.$$

Unde posito $\sqrt{\frac{b(L+N)}{f(L+M)}} = m$, erit proxime

$$uu\,d\vartheta = mvv\,d\varphi, \quad \text{seu} \quad d\vartheta = \frac{mvv\,d\varphi}{uu} = dr \quad \text{et} \quad du = \frac{mevv\,d\varphi \sin r}{b},$$

ita ut in superioribus formulis fractione $n$ affectis omnia elementa ad $d\varphi$ reducantur.

187. **Coroll. 2.** His differentialibus introductis etiam differentiale $dw$ ad $d\varphi$ perducemus, obtinebimus enim ob $dv = \frac{kvv\,d\varphi \sin s}{b}$ proxime

$$w\,dw = \frac{kvv\,d\varphi \sin s}{f}(v - u\cos(\varphi-\vartheta)) + \frac{mevv\,d\varphi \sin r}{b}(u - v\cos(\varphi-\vartheta)) + \frac{v\,d\varphi \sin(\varphi-\vartheta)}{u}(uu - mvv).$$

188. **Coroll. 3.** Ex relatione cognita, quae inter differentialia $d\varphi$, $d\vartheta$, $ds$, $dr$, $dv$ et $du$ locum habet, colligi poterunt valores formularum integralium $P$, $Q$ et $R$, unde semiparameter variabilis $p$ cum excentricitate $q$ accuratius definientur.

189. **Scholion 1.** Haec solutio per approximationes instituenda isti innititur fundamento, quod termini littera $n$ affecti sint valde parvi; quod duplici modo evenire potest, vel si ipse numerus $n$ fuerit minimus, dum inter quantitates $v$, $u$, $w$ non enormis inaequalitas versatur, vel si saltem termini $\frac{n}{w}$ et $\frac{n}{u}$ prae $\frac{1}{v}$ sint quam minimi, quod fieri potest, etiamsi $n$ sit numerus valde magnus. Ita si $L$ sit terra, $M$ luna, et $N$ sol, fractio $\frac{N}{L+M} = n$ quidem est maxima. Verum distantia terrae a sole $u$ tantopere superat distantiam lunae a terra $v$, ut termini $\frac{n}{w}$ et $\frac{n}{u}$ nihilominus sint perquam exigui prae $\frac{1}{v}$. At si $L$ sit terra, $M$ sol et $N$ luna, ut perturbationes motus solis apparentis a luna ortae investigentur, erit $n$ fractio minima, et distantiae $v$ et $w$ praemagnae respectu distantiae $u$; interim tamen quantitas $\frac{n}{u}$ prae $\frac{1}{v}$ tanquam evanescens est spectanda, hocque casu terminus $\frac{1}{w}$ prae $\frac{1}{u}$ rejici poterit. Quodsi porro $L$ sit sol, $M$ vero et $N$ duo quicunque planetae primarii, erit $n$ fractio minima, et quia distantiae $u$, $v$, $w$ non adeo sunt inaequales, ut una prae reliquis contemni queat, termini $\frac{n}{w}$ et $\frac{n}{u}$ utique prae $\frac{1}{v}$ rejici poterunt.

190. **Scholion 2.** Terminos autem $\frac{n}{w}$ et $\frac{n}{u}$ tam parvos prae $\frac{1}{v}$ esse oportet, ut termini inde nati per $nn$ affecti nullius futuri essent momenti, quemadmodum etiam in solutione hic exposita omnes terminos, qui altiores ipsius $n$ potestates essent complexuri, rejecimus. Sin autem etiam termini per $nn$ affecti attentionem mereantur, in solutione quidem omnia manerent, donec ad differen-

tialia quantitatum $p$ et $q$ eruenda descendimus, quae accuratius usque ad terminos per $nn$ affectos evolvi deberent, hoc autem modo in ambages inextricabiles incideremus. Verum hic labor etiam tum necessarius videtur, quando termini per $nn$ affecti per se spectati sunt minimi, quoniam inde per integrationem interdum termini multo majores nasci possunt; ita si in formula differentiali occurrat hujusmodi terminus $nnd\varphi\cos(\alpha+n\varphi)$, is quidem ob factorem $nn$ elidendus videri posset, sed per integrationem inde emergit terminus $n\sin(\alpha+n\varphi)$ ad eum ordinem pertinens, quem minime negligere volebamus. Ex quo perspicuum est hunc modum approximandi, quatenus hujusmodi termini in ordinibus negligendis occurrunt, maxime esse lubricum, propterea quod termini haud levis momenti excludantur. Atque hoc potissimum in motus lunae investigatione observandum est, ubi ob talem causam ejusmodi termini ingrediuntur, quorum valores a terminis quadrato $nn$ affectis vel adeo altioribus potestatibus pendent, qui cum nonnisi difficillime per theoriam eruantur, expedit eorum valores ex observationibus definire.

**191. Scholion 3.** Formulae nostrae pro $p$ et $q$ inventae ideo non parum intricatae prodierunt, quod in membro $\frac{nv\cos(\varphi-\vartheta)}{uu}$ naturam quantitatis $v$ spectavimus, ejusque loco valorem $\frac{p}{1+q\cos s}$ substituimus, quod cum in formulis $Q$ et $R$ non fecerimus, etiamsi et hi ab $v$ pendeant, etiam ibi pari jure illi substitutioni supersedere poterimus. Statuamus ergo brevitatis gratia

$$\frac{1}{w}-\frac{v\cos(\varphi-\vartheta)}{uu}-Q+R=S \quad \text{et posito} \quad C=\frac{f}{2} \quad \text{et} \quad D=\frac{kk-1}{2f},$$

sequentes aequationes resolvendae proponuntur

$$vvd\varphi=dt\sqrt{2g}(L+M)(f-2nP) \quad \text{et}$$

$$\frac{dv\sqrt{(f-2nP)}}{vv}=d\varphi\sqrt{\left(\frac{kk-1}{f}+\frac{2}{v}+2nS-\frac{f}{vv}+\frac{2nP}{vv}\right)} \text{ (*)}.$$

Statuamus nunc $v=\frac{p}{1+q\cos s}$, et haec formula signo radicali implicata fit

$$\frac{kk-1}{f}+\frac{2}{p}+2nS-\frac{f}{pp}+\frac{2nP}{pp}+\frac{2q\cos s}{p}-\frac{2fq\cos s}{pp}+\frac{4nPq\cos s}{pp}-\frac{fqq\cos^2 s}{pp}+\frac{2nPqq\cos^2 s}{pp}.$$

Evanescant primo termini per $\cos s$ affecti, eritque

$$1-\frac{f}{p}+\frac{2nP}{p}=0, \quad \text{seu} \quad p=f-2nP;$$

hoc modo illa formula abit in

(*) Si excentricitas $k$ evanescat, alio modo calculum tractari oportet; erit enim
$$\frac{1}{v}=\mathfrak{A}+\mathfrak{B}\cos\eta+\mathfrak{C}\cos^2\eta+\text{etc.} \quad \text{et} \quad \frac{dv}{vv}=d\varphi\sqrt{(A+B\cos\eta+C\cos^2\eta+D\cos^3\eta+\text{etc.})}.$$
Cum nunc $dv$ factorem obtineat $\sin\eta$, necesse est, ut sit $A\pm B+C\pm D+E$ etc. $=0$, hinc $A+C+E+$ etc. $=0$ et $B+D+$ etc. $=0$. Simili modo poni debet $P=..+\cos\eta+\cos^2\eta+..$ et $S=..+\cos\eta+\cos^2\eta..$ Haec methodus aptior videtur illa, qua omnes termini ad sinus vel cosinus angulorum multiplorum ipsius $\eta=\varphi-\vartheta$ reducuntur.

$$\frac{kk-1}{f}+\frac{1}{p}+2nS-\frac{qq}{p}\cos^2 s.$$

Statuatur ergo $\frac{qq}{p}=\frac{kk-1}{f}+\frac{1}{p}+2nS$, eritque

$$\frac{dv\sqrt{p}}{vv}=\frac{qd\varphi\sin s}{\sqrt{p}},\quad \text{seu}\quad \frac{dv}{vv}=\frac{qd\varphi\sin s}{p}.$$

Cum ergo sit $\qquad p=f-2nP \quad$ et $\quad qq=1+\frac{(kk-1)p}{f}+2nSp,$

erit differentiando $\quad dp=-2ndP \quad$ et $\quad 2qdq=\frac{(kk-1)\,dp}{f}+2nSdp+2npdS,\quad$ hincque

$$\frac{dv}{vv}=\frac{dp}{pp}+\frac{qdp\cos s}{pp}-\frac{(kk-1)\,dp\cos s}{2fpq}-\frac{nSdp\cos s}{pq}-\frac{ndS\cos s}{q}+\frac{qds\sin s}{p},$$

unde colligitur $\quad \frac{q\,(d\varphi-ds)\sin s}{p}=\frac{dp}{p}\left(\frac{1}{v}-\frac{(kk-1)\cos s}{2fq}-\frac{nS\cos s}{q}\right)-\frac{ndS\cos s}{q},$

seu $\quad \frac{q\,(d\varphi-ds)\sin s}{p}=\frac{dp\,(\cos s+2q+qq\cos s)}{2ppq}-\frac{ndS\cos s}{q}.$

Est vero $\quad dS=\frac{-vdv+udv\cos(\varphi-\vartheta)-uvd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)}{w^3}-\frac{dv\cos(\varphi-\vartheta)}{uu}+\frac{vd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)}{uu},$

seu $\quad dS=\frac{-qvvd\varphi\sin s}{pw^3}(v-u\cos(\varphi-\vartheta))-\frac{uvd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)}{w^3}-\frac{qvvd\varphi\sin s\cos(\varphi-\vartheta)}{puu}+\frac{vd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)}{uu},$

quo valore substituto orietur

$$\frac{q(d\varphi-ds)\sin s}{p}=\frac{nv^3d\varphi\sin s\cos s}{pw^3}-\frac{nuvvd\varphi\sin s\cos s\cos(\varphi-\vartheta)}{p}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)-\frac{nuvd\varphi\sin^2 s\sin(\varphi-\vartheta)}{(1+q\cos s)^2}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)(2+q\cos s),$$

quae divisa per $\frac{q\sin s}{p}$ praebebit

$$d\varphi-ds=\frac{nvvd\varphi}{q}\left(\frac{v\cos s}{w^3}-u\cos s\cos(\varphi-\vartheta)\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)-\frac{(2+q\cos s)\,u\sin s\sin(\varphi-\vartheta)}{1+q\cos s}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\right),$$

sive hoc modo

$$d\varphi-ds=\frac{nvvd\varphi}{q}\left(\frac{v\cos s}{w^3}-u\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\left(\cos s\cos(\varphi-\vartheta)-\frac{(2+q\cos s)\sin s\sin(\varphi-\vartheta)}{1+q\cos s}\right)\right),$$

ubi nullae plane approximationes sunt adhibitae. Tum vero erit

$$P=\int uv^3d\varphi\sin(\varphi-\vartheta)\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\quad\text{et}$$

$$S=-\int\frac{qv^3d\varphi\sin s}{pw^3}+\int\frac{quvvd\varphi\sin s\cos(\varphi-\vartheta)}{p}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)-\int uvd\varphi\sin(\varphi-\vartheta)\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),$$

sive $\quad S=-\int\frac{qv^3d\varphi\sin s}{pw^3}+\int\frac{uvvd\varphi}{p}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\Big(q\sin s\cos(\varphi-\vartheta)-(1+q\cos s)\sin(\varphi-\vartheta)\Big).$

vel etiam $\quad S=-\int\frac{qv^3d\varphi\sin s}{pw^3}-\int\frac{uvvd\varphi}{p}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\Big(\sin(\varphi-\vartheta)+q\sin(\varphi-\vartheta-s)\Big).$

Quibus valoribus integrabilibus definitis habebitur

$$p = f - 2nP, \quad q = \sqrt{\left(\frac{kkp}{f} + 1 - \frac{p}{f} + 2nSp\right)} \quad \text{et}$$

$$dt\sqrt{2g}(L+M)(f-2nP) = vvd\varphi = dt\sqrt{2gp}(L+M),$$

$$\text{existente } v = \frac{p}{1+q\cos s}, \quad dv = \frac{qvvd\varphi \sin s}{p} \quad \text{et} \quad w = \sqrt{(vv - 2vu\cos(\varphi - \vartheta) + uu)}.$$

Atque haec solutio praecedenti longe praeferenda videtur, cum quod nullis adhuc approximationibus sit restricta, tum vero quod ejus forma simplicior reperiatur.

192. **Problema.** (Fig. 187.) Si corpus $N$ circa corpus $L$, quod in quiete spectamus, motu regulari feratur, tum vero corpus $M$ non in eodem plano circa $L$ ita moveatur, ut ejus motus ab actione corporis $N$ perturbetur, definire has perturbationes.

**Solutio.** Ex corpore $M$, in planum orbitae a corpore $N$ descriptae demittatur perpendiculum $MP$, et ex $P$ ad rectam fixam $LA$ agatur normalis $PQ$, vocenturque coordinatae pro corpore $M$, $LQ = x$, $QP = y$ et $PM = z$, sitque distantia $LM = v = \sqrt{(xx + yy + zz)}$. Tum vero pro corpore $N$ sint coordinatae $LR = \mathfrak{x}$, $RN = \mathfrak{y}$ et distantia $LN = u$. Posito ergo angulo $ALN = \vartheta$, erit $\mathfrak{x} = u\cos\vartheta$ et $\mathfrak{y} = u\sin\vartheta$. Deinde ponatur distantia $MN = w$, ut sit $w = \sqrt{((\mathfrak{x} - x)^2 + (\mathfrak{y} - y)^2 + zz)}$. Jam secundum directiones ternarum coordinatarum vires corpus $M$ sollicitantes resolvantur, et cum primo $M$ ad $L$ trahatur $\text{vi} = \frac{M(L+M)}{vv}$, hinc nascitur vis

$$\text{sec. } LQ = \frac{-M(L+M)x}{v^3}, \quad \text{sec. } QP = \frac{-M(L+M)y}{v^3}, \quad \text{sec. } PM = \frac{-M(L+M)z}{v^3}.$$

Deinde ad corpus $N$ urgetur $\text{vi} = \frac{MN}{ww}$, unde nascitur vis

$$\text{sec. } LQ = \frac{MN(\mathfrak{x} - x)}{w^3}, \quad \text{sec. } QP = \frac{MN(\mathfrak{y} - y)}{w^3}, \quad \text{sec. } PM = \frac{-MNz}{w^3}.$$

Denique cum corpus $L$ ad $N$ sollicitetur $\text{vi} = \frac{LN}{uu}$, hac rite in $M$ translata prodit vis

$$\text{sec. } LQ = \frac{-MN\mathfrak{x}}{u^3} \quad \text{et} \quad \text{sec. } QP = \frac{-MN\mathfrak{y}}{u^3}.$$

Ex his viribus formulae motum continentes ita se habebunt

$$ddx = -2gdt^2\left(\frac{(L+M)x}{v^3} - \frac{N(\mathfrak{x} - x)}{w^3} + \frac{N\mathfrak{x}}{u^3}\right),$$

$$ddy = -2gdt^2\left(\frac{(L+M)y}{v^3} - \frac{N(\mathfrak{y} - y)}{w^3} + \frac{N\mathfrak{y}}{u^3}\right),$$

$$ddz = -2gdt^2\left(\frac{(L+M)z}{v^3} - \frac{Nz}{w^3}\right).$$

Ponamus brevitatis gratia $\frac{N}{L+M} = n$, ut habeamus

$$ddx = -2g\,(L+M)\,dt^2\left(\frac{x}{v^3}+\frac{nx}{w^3}-n\mathfrak{x}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\right),$$

$$ddy = -2g\,(L+M)\,dt^2\left(\frac{y}{v^3}+\frac{ny}{w^3}-n\mathfrak{y}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)\right),$$

$$ddz = -2g\,(L+M)\,dt^2\left(\frac{z}{v^3}+\frac{nz}{w^3}\right).$$

His cum solutione problematis § 169 comparatis, quod ibi erat $L$ hic nobis est $L+M$, ac praeterea

$$X = \frac{nx}{w^3} - nu\cos\vartheta\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),\quad Y = \frac{ny}{w^3} - nu\sin\vartheta\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),\quad Z = \frac{nz}{w^3}.$$

Sit nunc, solutionem secundum praecepta ibi data prosequendo, recta $L\Omega$ linea nodorum et $\Omega$ nodus ascendens, ponaturque angulus $AL\Omega = \psi$ et inclinatio praesens orbitae a corpore $M$ descriptae ad planum orbitae $N = \omega$; tum vocetur angulus $\Omega LM = \sigma$, eritque

$$x = v\,(\cos\sigma\cos\psi - \sin\sigma\sin\psi\cos\omega),\quad y = v\,(\cos\sigma\sin\psi + \sin\sigma\cos\psi\cos\omega)\ \text{ et }\ z = v\sin\sigma\sin\omega,$$

erit $d\omega = \frac{d\psi\cos\sigma\sin\omega}{\sin\sigma}$, atque fiat $d\sigma + d\psi\cos\omega = d\varphi$, ut sit $\varphi$ longitudo corporis $M$ in sua orbita. Quibus positis erit

$$dv^2 + vv\,d\varphi^2 = 2g\,(L+M)\,dt^2\left(\frac{kk-1}{f}+\frac{2}{v}-2\int(Xdx+Ydy+Zdz)\right)$$

$$\text{et}\qquad v^4\,d\varphi^2\cos^2\omega = 4g\,(L+M)\,dt^2\int vv\,d\varphi\cos\omega\,(Xy-Yx)$$

$$\text{atque}\qquad d\psi = \frac{2g\,(L+M)\,dt^2\sin\sigma}{v\,d\varphi}\,(Y\cos\psi + X\sin\psi - Z\cot\omega).$$

Cum autem sit

$$xdy - ydx = vv\,d\varphi\cos\omega,\quad xdz - zdx = vv\,d\varphi\cos\psi\sin\omega,\quad ydz - zdy = vv\,d\varphi\sin\psi\sin\omega,$$

$$\text{erit}\qquad dx = \frac{xdz}{z} - \frac{vv\,d\varphi\cos\psi\sin\omega}{z},\qquad dy = \frac{ydz}{z} - \frac{vv\,d\varphi\sin\psi\sin\omega}{z}$$

$$\text{et}\qquad \frac{dz}{z} = \frac{dv}{v} + \frac{d\sigma\cos\sigma}{\sin\sigma} + \frac{d\psi\cos\sigma\cos\omega}{\sin\sigma} = \frac{dv}{v} + \frac{d\varphi\cos\sigma}{\sin\sigma}.$$

Pro reductione formularum datarum habemus primo

$$Xy - Yx = nu\,(x\sin\vartheta - y\cos\vartheta)\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),\quad\text{seu}$$

$$Xy - Yx = nuv\,(\cos\sigma\sin(\vartheta-\psi) - \sin\sigma\cos\omega\cos(\vartheta-\psi))\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right).$$

Deinde est

$$Xdx + Ydy + Zdz = \frac{nv\,dv}{w^3} - nu\,dv\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)(\cos\sigma\cos(\psi-\vartheta) - \sin\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta))$$

$$+ nuv\,d\varphi\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)(\sin\sigma\cos(\psi-\vartheta) + \cos\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta)),$$

atque

$$v^4\,d\varphi^2 \sin^2\omega = -4ng\,(L+M)\,dt^2 \int uv^3\,d\varphi \sin\sigma \sin^2\omega \cos(\psi-\vartheta)\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),$$

$$v^4\,d\varphi^2 \cos^2\omega = -4ng\,(L+M)\,dt^2 \int uv^3\,d\varphi \cos\omega\,(\cos\sigma \sin(\psi-\vartheta) + \sin\sigma\cos\omega\cos(\psi-\vartheta))\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),$$

unde colligendo fit

$$v^4\,d\varphi^2 = -4ng\,(L+M)\,dt^2 \int uv^3\,d\varphi\,(\sin\sigma\cos(\psi-\vartheta) + \cos\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta))\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right).$$

Ponamus jam brevitatis gratia

$$\int uv^3\,d\varphi\,(\sin\sigma\cos(\psi-\vartheta) + \cos\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta))\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right) = P,$$

$$\int\frac{udv}{w^3} - \int udv\,(\cos\sigma\cos(\psi-\vartheta) - \sin\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta))\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right)$$
$$+ \int uv\,d\varphi\,(\sin\sigma\cos(\psi-\vartheta) + \cos\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta))\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right) = Q,$$

eritque $$v^4\,d\varphi^2 = 2g\,(L+M)\,dt^2\,(f-2nP)$$

et $$dv^2 + v^2\,d\varphi^2 = 2g\,(L+M)\,dt^2\left(\frac{kk-1}{f} + \frac{2}{v} - 2nQ\right),$$

unde fit $$dv^2\,(f-2nP) = v^4\,d\varphi^2\left(\frac{kk-1}{f} + \frac{2}{v} - 2nQ - \frac{f}{vv} + \frac{2nP}{vv}\right)$$

et $$\frac{dv}{vv}\sqrt{(f-2nP)} = d\varphi\sqrt{\left(\frac{kk-1}{f} + \frac{2}{v} - 2nQ - \frac{f}{vv} + \frac{2nP}{vv}\right)}.$$

Quare si ut supra ponamus $v = \frac{p}{1+q\cos s}$, obtinebimus

$$p = f - 2nP, \qquad qq = 1 + \frac{(kk-1)\,p}{f} - 2nQp \qquad \text{et} \qquad \frac{dv}{vv} = \frac{qd\varphi\sin s}{p},$$

ac porro $$\frac{q\,(d\varphi - ds)\sin s}{p} = \frac{dp\,(\cos s + 2q + qq\cos s)}{2ppq} + \frac{ndQ\cos s}{q}.$$

Postea vero reperimus

$$d\psi = \frac{2ng\,(L+M)\,udt^2\sin\sigma\sin(\psi-\vartheta)}{vd\varphi}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right),$$

et ob $2g\,(L+M)\,dt^2 = \frac{v^4\,d\varphi^2}{p}$ erit

$$d\psi = \frac{nuv^3\,d\varphi\sin\sigma\sin(\psi-\vartheta)}{p}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right) \qquad \text{et} \qquad \frac{d\omega}{\sin\omega} = \frac{nuv^3\,d\varphi\cos\sigma\sin(\psi-\vartheta)}{p}\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right).$$

Praeterea ex his valoribus nanciscimur

$$w = \sqrt{\left(vv + uu - 2uv\,(\cos\sigma\cos(\psi-\vartheta) - \sin\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta))\right)}.$$

Ponamus nunc brevitatis gratia

$$\cos\sigma\cos(\psi-\vartheta) - \sin\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta) = \cos\lambda,$$
$$\sin\sigma\cos(\psi-\vartheta) + \cos\sigma\cos\omega\sin(\psi-\vartheta) = \sin\mu,$$

ut sit $P = \int uv^3 d\varphi \sin\mu \left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)$, $Q = \int \frac{vdv}{w^3} + \int (uud\varphi \sin\mu - udv \cos\lambda)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)$.

Cum jam sit $dp = -2nuv^3 d\varphi \sin\mu \left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)$, erit

$$\frac{q(d\varphi - ds)\sin s}{p} = -\frac{nuv^3 d\varphi \sin\mu (\cos s + 2q + qq\cos s)}{ppq}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) + \frac{nv\,dv \cos s}{qw^3}$$
$$+ \frac{nuv\,d\varphi \sin\mu \cos s}{q}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) - \frac{nu\,dv\cos\lambda\cos s}{q}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right),$$

seu $\frac{q(d\varphi - ds)}{p} = -\frac{nuv^3 d\varphi \sin s \sin\mu}{pp}(2 + q\cos s)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) + \frac{nv^3 d\varphi \cos s}{pw^3} - \frac{nuvv\,d\varphi \cos s\cos\lambda}{p}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)$,

estque $w = \sqrt{(vv + uu - 2uv\cos\lambda)}$, unde patet $\lambda$ denotare angulum *MLN*. Cum ergo sit $d\sigma = d\varphi - d\psi\cos\omega$, erit

$$d\sigma = d\varphi - \frac{nuv^3 d\varphi \sin\sigma\cos\omega \sin(\psi - \vartheta)}{p}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) \quad \text{et}$$

$$ds = d\varphi - \frac{nv^3 d\varphi \cos s}{qw^3} + \frac{nuv^3 d\varphi \sin s \sin\mu}{pq}(2 + q\cos s)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) + \frac{nuvv\,d\varphi \cos s \cos\lambda}{q}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right);$$

tum vero ob $dv = \frac{qvv'd\varphi \sin s}{p}$ fit

$$dQ = \frac{qv^3 d\varphi \sin s}{pw^3} + uv\,d\varphi\left(\sin\mu - \frac{qv\cos\lambda \sin s}{p}\right)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right),$$

unde per integrationem valor ipsius $Q$ colligi debet. Denique pro ratione temporis habemus

$$dt\sqrt{2g}(L + M) = \frac{vv\,d\varphi}{\sqrt{p}}.$$

Quodsi jam motus corporis $N$ sit regularis ponaturque $u = \frac{b}{1 + e\cos r}$, erit

$$dt\sqrt{2g}(L + N) = \frac{uud\vartheta}{\sqrt{b}} \quad \text{et} \quad du = \frac{euu\,d\vartheta \sin r}{b};$$

quare posito $\sqrt{\frac{L+M}{L+N}} = \frac{1}{m}$, fit $\frac{1}{m} = \frac{vv\,d\varphi\sqrt{b}}{uud\vartheta\sqrt{p}}$, hinc $d\vartheta = \frac{mvv\,d\varphi\sqrt{b}}{uu\sqrt{p}}$ et

$$du = \frac{mevv\,d\varphi \sin r\sqrt{b}}{b\sqrt{p}} = \frac{mevv\,d\varphi \sin r}{\sqrt{bp}} \quad \text{et} \quad dr = d\vartheta.$$

193. **Coroll. 1.** Cum termini littera $n$ affecti sint minimi, primo his terminis penitus neglectis habebimus $p = f$, $q = k$, $ds = d\varphi$, $v = \frac{f}{1 + k\cos s}$, $d\sigma = d\varphi$ et $d\psi = 0$, $d\omega = 0$, quibus valoribus corpori $N$ motus regularis inducitur.

194. **Coroll. 2.** Deinde hi ipsi valores in terminis littera $n$ affectis adhibeantur, ex quibus per integrationem primo quantitates $P$ et $Q$, tum vero anguli $s$, $\sigma$, $\psi$ et $\omega$ investigentur, quibus inventis erit accuratius $p = f - 2nP$ et $q = \sqrt{\left(\frac{kkp}{f} + \frac{2nP}{f} - 2nQp\right)}$, hincque $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$.

195. **Coroll. 3.** Porro hi valores correcti in formulas integrales introducantur, ac denuo tam quantitates $P$ et $Q$ quam anguli $s$, $\sigma$, $\psi$ et $\omega$ quaerantur, qui valores cum vero sint propiores, etiam quantitates $p$, $q$ et $v$ indeque et $w$ accuratius cognoscentur, unde similis operatio ad majorem consensum cum veritate obtinendum suscipi poterit.

196. **Scholion 1.** Hinc intelligitur istum calculum ob formularum complicationem non solum esse operosissimum, sed etiam alia via singulas harum formularum partes integrandi non patet, nisi ut eae in simplices sinus vel cosinus evolvantur, et integrationes omnes ad hujusmodi terminos $\int d\varphi \cos \xi$ perducantur, ubi relatio inter $d\varphi$ et $d\xi$ proxime saltem detur. Quodsi enim fuerit $d\xi = d\varphi(\alpha + \beta \cos x + \text{etc.})$, ubi terminus $\alpha$ sequentes plurimum superet, ob

$$d\varphi = \frac{d\xi}{\alpha} - \frac{\beta d\varphi \cos x}{\alpha} - \text{etc.}, \quad \text{fit} \quad \int d\varphi \cos \xi = \frac{1}{\alpha} \sin \xi - \frac{\beta}{\alpha} \int d\varphi \cos x \cos \xi \text{ etc.},$$

$$\text{at} \quad \int d\varphi \cos x \cos \xi = \tfrac{1}{2} \int d\varphi \cos(\xi - x) + \tfrac{1}{2} \int d\varphi \cos(\xi + x),$$

ita ut hic similis ratio integrationis sit adhibenda. Verum si eveniat, ut ipse numerus $\alpha$ sit perquam exiguus, hoc modo parum proficimus, hocque casu si fuerit $x = \mathfrak{b}\xi + \mathfrak{B}$, integrari oporteret hujusmodi formulam

$$\frac{d\xi \cos \xi}{\alpha + \beta \cos(\mathfrak{b}\xi + \mathfrak{B}) + \gamma \cos(\mathfrak{c}\xi + \mathfrak{C}) \text{ etc.}},$$

in qua coëfficientes $\beta$ et $\gamma$ prae $\alpha$ non sint exigui, sed potius valde magni. Quare si hujusmodi casus occurrant, ista consueta integrandi methodus minime ad scopum est accommodata. Praeterea quantitas irrationalis $w = \sqrt{(vv + uu - 2vu \cos \lambda)}$ maximum affert obstaculum, nisi insignis inaequalitas inter distantias $v$ et $u$ adsit, ita ut fractio $\frac{1}{w^3}$ facile in seriem valde convergentem transmutari possit. Ob has tantas difficultates optandum esset, ut geometrae potius in alias methodos integrandi, quae non ad evolutionem in simplices sinus cosinusve adstringerentur, inquirerent, quod negotium si minus successerit, cognitio motuum coelestium non tam ob defectum Mechanicae, quam ob sufficientem Analyseos promotionem arceri est censenda.

197. **Scholion 2.** Quando autem resolutio formulae irrationalis $w$ in seriem convergentem minus commode succedit, quemadmodum imprimis usu venit, quando perturbatio motus cujusdam planetae ab actione alius planetae vel etiam cometae oriunda definiri debet, ob calculi defectum vix alia via relinquitur, nisi ut pro singulis temporis momentis perturbationes ex formulis differentialibus definiantur, ac deinceps in unam summam colligantur. Planeta scilicet vel cometa assumitur, nisi alter planeta adesset, sectionem conicam circa solem secundum regulas Keplerianas esse descriptur tum vero quasi singulis temporis momentis vis perturbans accedere concipitur, ubi quanta mutatio tam in ipsa orbita, quam in motu inde efficiatur, determinari oportet; id quod, quia tempus minimum accipiatur, ipsae formulae differentiales ostendent. Quodsi deinceps has perturbationes momentaneas in unam summam colligamus, evidens est conclusionem eo fore certiorem, quo minores fuerint temporis particulae, quamquam etiam hinc errores accumulari sunt censendi.

## Caput VII.

### De perturbatione motus momentanea a vi quacunque sollicitante oriunda.

198. **Problema.** (Fig. 188.) Si corpus, dum circa aliud corpus motu regulari sectionem conicam esset descripturum, per exiguum temporis intervallum a corpore quodam tertio in orbitae suae plano sito sollicitetur, determinare motus perturbationem momentaneam.

**Solutio.** Mente primum removeamus corpus perturbans et consideremus motum corporis $M$, qualis spectaretur ex corpore $L$, dum haec duo corpora $L$ et $M$ sola existerent ac se mutuo attraherent in ratione reciproca duplicata distantiarum. Describet ergo corpus $M$ sectionem conicam $BM$, cujus alter focus erit in $L$, sitque $B$ punctum orbitae ab $L$ minime distans, seu absis ima, cujus longitudo a directione fixa $LA$ computata, sit angulus $ALB = \alpha$. Orbitae vero vocetur semiparameter $= p$ et excentricitas $= q$, erit absidis imae distantia $LB = \frac{p}{1 + q}$; absidis vero summae distantia ab $L = \frac{p}{1 - q}$, unde fit axis transversus $= \frac{2p}{1 - qq}$, cujus semissis $\frac{p}{1 - qq}$ ponatur $= r$. Versetur jam corpus, cujus motum investigamus, in $M$, sitque angulus $BLM = s$, qui ejus anomalia vera appellatur, et distantia $LM = v$, erit $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$; ipsa vero longitudo a directione fixa $LA$ computata sit angulus $ALM = \varphi$, erit utique $\varphi = \alpha + s$ et $\varphi - s = \alpha$. Quodsi jam tempusculo $dt$ corpus ab $M$ in $m$ progredi sumamus, et litterae $L$ et $M$ massas corporum denotent, erit

$$vv\,ds = dt\sqrt{2gp\,(L + M)}, \qquad \text{ideoque} \quad dt\sqrt{2gp\,(L + M)} = \frac{pp\,ds}{(1 + q\cos s)^2},$$

ita ut sit angulus elementaris tempusculo $dt$ confectus

$$MLm = d\varphi = ds = \frac{dt}{vv}\sqrt{2gp\,(L + M)},$$

ubi quidem litterae $L$ et $M$ massas ita denotare sunt intelligendae, ut $\frac{L}{vv}$ exprimat vim absolutam, qua corpora in distantia $= v$ ad $L$ attrahuntur, posita gravitate absoluta $= 1$ in superficie terrae, ubi grave uno minuto secundo per altitudinem $= g$ delabi assumitur, ut tempus $t$ in minutis secundis exprimatur. At quantitates $L$ et $M$ etiam ex tempore periodico colligere licet. Cum enim quantitates $p$ et $q$ sint constantes, erit

$$\int \frac{ds}{(1 + q\cos s)^2} = \frac{1}{(1 - qq)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.cos}\,\frac{q + \cos s}{1 + q\cos s} - \frac{q\sin s}{(1 - qq)(1 + q\cos s)},$$

erit integrando:

$$t\sqrt{2gp\,(L + M)} = \frac{pp}{(1 - qq)^{\frac{3}{2}}}\,\text{Arc.cos}\,\frac{q + \cos s}{1 + q\cos s} - \frac{ppq\sin s}{(1 - qq)(1 + q\cos s)},$$

seu ob $\frac{p}{1 - qq} = r$ habebitur

$$t\sqrt{2g\,(L + M)} = r\sqrt{r}\,.\,\text{Arc.cos}\,\frac{q + \cos s}{1 + q\cos s} - qr\sqrt{p}\cdot\frac{\sin s}{1 + q\cos s},$$

ubi $t$ denotat tempus, quo corpus $M$ ab abside ima $B$ anomaliam veram $BLM = s$ absolvit. Quare si totum tempus periodicum vocetur $= \Theta$ min. sec. posito $s = 360^0 = 2\pi$, obtinebitur

$$\Theta \sqrt{2g(L+M)} = 2\pi r \sqrt{r}, \quad \text{ita ut sit} \quad \sqrt{2g(L+M)} = \frac{2\pi r\sqrt{r}}{\Theta}.$$

His definitis ponamus dum corpus in $M$ versatur, unde motu assignato ulterius esset progressurum, quasi subito in $N$ existere corpus in plano orbitae cujus massa $= N$, voceturque distantia $LN = u$, angulus $ALN = \vartheta$, sitque distantia $MN = \sqrt{(uu - 2uv\cos(\varphi - \vartheta) + vv)} = w$ brevitatis gratia. Ob actionem hujus corporis $N$, cujus effectum tantum pro tempusculo $dt$ hic definire statuimus, corpus $M$ tempusculo $dt$ non in $m$ sed in $\mu$ perveniet, ejusque motus ita perturbabitur, ut, si corpus $N$, elapso tempusculo $dt$ subito iterum tolleretur, aliam deinceps orbitam esset descripturum, a priori infinite parum recedentem, puta $\beta\mu$, pro qua statuamus longitudinem absidis imae $AL\beta = \alpha + d\alpha$, semiparametrum $= p + dp$, excentricitatem $= q + dq$, et semiaxem transversum $= r + dr$. Nunc autem elapso tempusculo $dt$ erit anomalia vera $= \beta L\mu$, quas mutationes momentaneas ex problemate § 185 ac praecipue ejus scholio § 191 colligamus. Ponamus ergo, ut ibi, brevitatis gratia $\frac{N}{L+M} = n$, tum vero

$$dP = uv^3 d\varphi \sin(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) \quad \text{et}$$

$$dS = -\frac{qv^3 d\varphi \sin s}{pw^3} + \frac{q}{p} uvv\, d\varphi \sin s \cos(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right) - uv\, d\varphi \sin(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right),$$

atque § 191 invenimus fore, posito $v = \frac{p}{1 + q\cos s}$,

I. $vv\,d\varphi = dt\sqrt{2g(L+M)}\,(f - 2nP)$, II. $dv = \frac{qvv\,d\varphi \sin s}{p}$,

III. $p = f - 2nP$, IV. $\frac{qq}{p} = \frac{kk-1}{f} + \frac{1}{p} + 2nS$,

$$\text{V.}\quad d\varphi - ds = \frac{nvv\,d\varphi}{q}\left(\frac{v\cos s}{w^3} - u\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\left(\cos s\cos(\varphi - \vartheta) + \frac{(2 + q\cos s)\sin s\sin(\varphi - \vartheta)}{1 + q\cos s}\right)\right),$$

ubi $f$ denotat semiparametrum et $k$ excentricitatem pro initio temporis $t$. Quoniam igitur hic istud initium in principio tempusculi $dt$ constituimus, erit nobis $f = p$ et $k = q$, litterae autem $p$ et $q$ denotant earundem valores jam variatos $p + dp$ et $q + dq$, at $d\varphi$ angulum $ML\mu$. Ex quo colligimus

$$dp = -2n\,dP, \quad \text{et} \quad d\cdot\frac{1 - qq}{p} = -2n\,dS = d\cdot\frac{1}{r}, \quad \text{atque}$$

$$vv\,d\varphi = dt\sqrt{2g(L+M)}\,(p + dp), \quad \text{seu} \quad = dt\left(\sqrt{p} + \frac{dp}{2\sqrt{p}}\right)\sqrt{2g(L+M)}.$$

Variationes ergo tempusculo $dt$ productae ita se habebunt:

1. semiparameter $p$ augmentum capit $dp$, ut sit

$$dp = -2nuv^3 d\varphi \sin(\varphi - \vartheta)\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right);$$

2. semiaxis transversus $r$, ob $\frac{dr}{rr} = 2ndS$, augmentum capit $dr$, ut sit

$$dr = \frac{-2nqrrv^3\,d\varphi\,\sin s}{pw^3} + 2nrruv\,d\varphi\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\left(\frac{qv}{p}\sin s\cos(\varphi-\vartheta) - \sin(\varphi-\vartheta)\right);$$

3. pro variatione excentricitatis $q$ habemus

$$\frac{-2q\,dq}{p} - \frac{(1-qq)\,dp}{pp} = -2\,ndS, \quad \text{seu} \quad \frac{2qdq}{p} = 2ndS + \frac{2n(1-qq)\,dp}{pp},$$

unde fit

$$dq = \frac{-nv^3\,d\varphi\,\sin s}{w^3} + \frac{nuv^3\,d\varphi}{p}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\Big((1+q\cos s)\sin s\cos(\varphi-\vartheta) - (2\cos s + q + q\cos^2 s)\sin(\varphi-\vartheta)\Big);$$

4. angulus autem elementaris $d\varphi$ tempusculo $dt$ descriptus omissa particula infinite parva, ita definitur

$$d\varphi = \frac{dt}{vv}\sqrt{2gp}\,(L+M),$$

ubi si tempusculo $dt$ valor notabilis tribuatur, quantitatibus $p$ et $v$ valor medius inter eos, quos initio et fine obtinent, assignari poterit;

5. denique cum sit $\varphi - s = \alpha$, variatio momentanea ipsius $\alpha$ erit

$$d\alpha = \frac{nvv\,d\varphi}{q}\left(\frac{v\cos s}{w^3} - u\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\left(\cos s\cos(\varphi-\vartheta) + \frac{(2+q\cos s)\sin s\sin(\varphi-\vartheta)}{1+q\cos s}\right)\right),$$

vel etiam

$$d\alpha = \frac{nv^3\,d\varphi}{q}\left(\frac{\cos s}{w^3} - \frac{u}{p}\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\Big((1+q\cos s)\cos s\cos(\varphi-\vartheta) + (2+q\cos s)\sin s\sin(\varphi-\vartheta)\Big)\right).$$

Posset hinc etiam variatio in distantia $v$ facta definiri, sed cum semper sit $v = \frac{p}{1+q\cos s}$, praestat quovis tempore ipsam distantiam $v$ definiri. Omnes ergo perturbationes momentaneae tempusculo $dt$ productae ita determinabuntur:

1. Angulus elementaris interea confectus $d\varphi$ fit

$$d\varphi = \frac{dt}{vv}\sqrt{2gp}\,(L+M).$$

2. Semiparameter orbitae $p$ accipiet augmentum $dp$, ut sit

$$dp = -2nuv^3\,d\varphi\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\sin(\varphi-\vartheta).$$

3. Semiaxis transversus orbitae $r = \frac{p}{1-qq}$ accipiet augmentum $dr$, ut sit

$$dr = \frac{2nrrvv\,d\varphi}{p}\left(\frac{-qv\sin s}{w^3} + u\left(\frac{1}{w^3} - \frac{1}{u^3}\right)\Big(q\sin s\cos(\varphi-\vartheta) - (1+q\cos s)\sin(\varphi-\vartheta)\Big)\right),$$

$$l\frac{c}{u} = 9{,}9564413$$
$$l\frac{c^3}{u^3} = 9{,}8693239$$
$$\frac{c^3}{u^3} = 0{,}740.$$
$$\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3} = 456{,}81$$
$$l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2{,}6597356$$

Pro variatione parametri $p$:

$$l\frac{v^3}{c^3} = 0{,}0100584$$
$$lu = 5{,}0435587$$
$$l \sin \mu = -7{,}2764618$$
$$l\ldots\ldots = 2{,}6597356$$
$$ld\varphi = -9{,}2225609$$
$$+3{,}2123754$$

Ergo $dp = -2n\,.\,1631$

seu $dp = -3262n$

$$ldp = -3{,}5134054$$

Pro variatione semiaxis transversi $r$:

$$l\frac{qrr}{p} = 3{,}2404707$$
$$l\frac{v^3}{c^3} = 0{,}0100584$$
$$l\frac{c^3}{w^3} = 2{,}6604408$$
$$ld\varphi = -8{,}2225609$$
$$l \sin s = -9{,}9451255$$
$$+4{,}0786563$$
$$\text{pars I} = -2n\,.\,11985$$
$$\text{pars II} = +2n\,.\,11478$$
$$dr = -2n\,.\,507$$

seu $dr = -1014n$

$$ldp = -3{,}5134054$$
$$lqr = 3{,}2278867$$
$$-0{,}2855187$$
$$+1{,}9298$$
$$-0{,}5829$$
$$2\,dq = +1{,}3469n \quad \text{et} \quad dq = +0{,}6735n.$$

$$l\frac{q}{p} = 3{,}2404707$$
$$lv \cos \lambda = 5{,}0019312$$
$$l \sin s = -9{,}9451255$$
$$-8{,}1875274$$
$$\ldots\ldots + 0{,}01540$$
$$\sin \mu = -0{,}00189$$
$$\ldots\ldots\ 0{,}01351$$
$$l\ldots\ldots\ 8{,}1306553$$
$$lu = 5{,}0435587$$
$$l\frac{v}{c} = 0{,}0033528$$
$$ld\varphi = -8{,}2225609$$
$$l\left(\frac{c^3}{v^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2{,}6597356$$
$$-4{,}0598633$$
$$lp = 4{,}9874160$$
$$ldr = 3{,}0060380$$
$$-7{,}9934540$$
$$lqrr = 8{,}2278867$$
$$-9{,}7655673$$

Pro variatione anguli $\Omega LB = \alpha$:

$$
\begin{aligned}
lp &= 4{,}9874160\\
lv &= 5{,}0033528\\
l(1+q\cos s) &= 9{,}9840632\\
l\cos\lambda &= 9{,}9985784\\
l\cos s &= -9{,}6744485\\
&\phantom{=}\ -9{,}6570901
\end{aligned}
\qquad
\begin{aligned}
2+q\cos s &= 1{,}96397\\
l(2+q\cos s) &= 0{,}2931349\\
l\sin\mu &= -7{,}2764618\\
l\sin s &= -9{,}9451255\\
&\phantom{=}\ +7{,}5147222
\end{aligned}
$$

$$\text{pars postrema} = -0{,}45404 + 0{,}00327 = -0{,}45077$$

$$
\begin{aligned}
l\text{ partis postr.} &= -9{,}6539550\\
l\left(\frac{c^3}{w^3}-\frac{c^3}{u^3}\right) &= +2{,}6597356\\
l\frac{u}{p} &= 0{,}0561427\\
&\phantom{=}\ -2{,}3698333\\
\text{pars post.} &= +234{,}33\\
\text{pars prior} &= -216{,}21\\
\text{aggreg.} &= +\ 18{,}12
\end{aligned}
\qquad
\begin{aligned}
l\frac{c^3}{w^3} &= 2{,}6604408\\
l\cos s &= -9{,}6744485\\
&\phantom{=}\ -2{,}3348893\\
l\,\text{aggr.} &= 1{,}2581582\\
l\frac{v^3}{c^3} &= 0{,}0100584\\
ld\varphi &= -3{,}5369860\\
l\frac{1}{q} &= 1{,}7721133\\
&\phantom{=}\ -6{,}5773159.
\end{aligned}
$$

Ergo $d\alpha = -3778470n$ min. sec.

Pro variatione nodi et inclinationis:

$$
\begin{aligned}
l\frac{u}{p} &= 0{,}0561427\\
l\frac{v^3}{c^3} &= 0{,}0100584\\
l\ldots &= 2{,}6597356\\
ld\varphi &= -3{,}5369860\\
l\sin\sigma\sin(\vartheta-\psi) &= 8{,}8156935\\
l-d\psi &= -5{,}0786162
\end{aligned}
\qquad
\begin{aligned}
\text{Ergo}\quad d\psi &= +119840n \text{ min. sec.}\\
ld\psi &= +5{,}0786162\\
l\sin\omega &= 9{,}4884240\\
l\cot\sigma &= 0{,}5899546\\
&\phantom{=}\ +5{,}1569948\\
\text{ergo}\quad d\omega &= 143550n \text{ min. sec.}
\end{aligned}
$$

### Calculus pro intervallo a 29 ad 30 Aprilis.

Hic erit $v = 100800$; $u = 112155$; $\sigma = 13^\circ\,23'$, $s = -119^\circ\,10'$ et $\vartheta - \psi = 16^\circ\,6'$, unde pro $d\varphi$ inveniendo

$$
\begin{aligned}
lv &= 5{,}0034605\\
lu &= 5{,}0498200\\
lp &= 4{,}9874160\\
l\frac{u}{p} &= 0{,}0624040
\end{aligned}
\qquad
\begin{aligned}
lcd\zeta\sqrt{cp} &= 13{,}5436916\\
lvv &= 10{,}0069210\\
ld\varphi &= -\ 3{,}5367706\\
&\phantom{=}\ \ 4{,}6855749\\
ld\varphi &= -\ 8{,}2223455
\end{aligned}
$$

nunc pro angulis $\lambda$ et $\mu$

$$
\begin{array}{rl}
l\cos(\vartheta-\psi) = & 9{,}9826236 \\
l\cos\sigma = & 9{,}9879223 \\
l\sin\sigma = & 9{,}3666036 \\
 & 9{,}9705459 \\
 & 9{,}3492272 \\
 & +0{,}93443 \\
 & +0{,}06137 \\
\cos\lambda = & 0{,}99580 \\
\lambda = & 5^0\,15'
\end{array}
\qquad
\begin{array}{rl}
l\sin(\vartheta-\psi) = & 9{,}4429728 \\
l\cos\omega = & 9{,}9783702 \\
 & 9{,}4213430 \\
l\sin\sigma = & 9{,}3666036 \\
l\cos\sigma = & 9{,}9879223 \\
 & 8{,}7879466 \\
 & 9{,}4092653 \\
 & +0{,}22347 \\
 & -0{,}25660 \\
\sin\mu = & -0{,}03313 \\
l\sin\mu = & -8{,}5203525,
\end{array}
$$

unde colligitur distantia $MN = w$

$$
\begin{array}{rl}
lv = & 5{,}0034605 \\
l\sin\lambda = & 8{,}9614288 \\
l\cos\lambda = & 9{,}9981743 \\
lv\sin\lambda = & 3{,}9648893 \\
lv\cos\lambda = & 5{,}0016348 \\
l\sin\nu = & 9{,}7899880 \\
lw = & 4{,}1749013 \\
l\frac{c}{w} = & 0{,}8250987 \\
l\frac{c^3}{w^3} = & 2{,}4752961 \\
\frac{c^3}{w^3} = & 298{,}74 \\
\frac{c^3}{w^3}-\frac{c^3}{u^3} = & 298{,}03
\end{array}
\qquad
\begin{array}{rl}
u = & 112155 \\
v\cos\lambda = & 100377 \\
\ldots\ldots & 11778 \\
lv\sin\lambda = & 3{,}9648893 \\
l\ldots\ldots & 4{,}0710715 \\
l\,\mathrm{tang}\,\nu = & 9{,}8938178 \\
\nu = & 38^0\,4' \\
l\frac{c}{u} = & 9{,}9501800 \\
l\frac{c^3}{u^3} = & 9{,}8505400 \\
\frac{c^3}{u^3} = & 0{,}7088 \\
l\left(\frac{c^3}{w^3}-\frac{c^3}{u^3}\right) = & 2{,}4742600.
\end{array}
$$

Pro variatione semiparametri $p$:

$$
\begin{array}{rl}
l\frac{v^3}{c^3} = & 0{,}0103815 \\
l\left(\frac{c^3}{w^3}-\frac{c^3}{u^3}\right) = & 2{,}4742600 \\
lu = & 5{,}0498200 \\
l\sin\mu = & -8{,}5203525 \\
ld\varphi = & -8{,}2223455 \\
 & +4{,}2771595
\end{array}
$$

Ergo $dp = -2n\,.\,18930$

seu $dp = -37860\,n$

et $ldp = -4{,}5781895$

Pro variatione semiaxis transversi $r$:

$$l\frac{qrr}{p} = 3,2404707$$
$$l\frac{v^3}{c^3} = 0,0103815$$
$$l\frac{c^3}{w^3} = 2,4752961$$
$$ld\varphi = -8,2223455$$
$$l\sin s = -9,9411166$$
$$+3,8896104$$

$$\text{pars I} = -2n.7756$$
$$\text{pars II} = -2n.10052$$
$$dr = -2n.17808$$
seu $$dr = -35616n$$

$$l\frac{q}{p} = 3,2404707$$
$$lv\cos\lambda = 5,0016348$$
$$l\sin s = -9,9411166$$
$$-8,1832221$$
$$l\cos s = -9,6878425$$
$$\frac{-qv\cos\lambda\sin s}{p} = +0,01525$$
$$\sin\mu = -0,03313$$
$$\text{aggreg.} \quad -0,01788$$
$$l\,\text{aggreg.} = -8,2523675$$
$$l\frac{u}{c} = 5,0532805$$
$$l - d\varphi = 8,2223455$$
$$l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2,4742600$$
$$-4,0022535.$$

Quia ex $p$ et $r$ datur $q = \sqrt{\left(1 - \frac{p}{r}\right)}$, non opus est quaerere $dq$.

Pro variatione anguli ☊$LB = \alpha$:

$$lp = 4,9874160$$
$$lv = 5,0034605$$
$$l(1+q\cos s) = 9,9839555$$
$$l\cos\lambda = 9,9981743$$
$$l\cos s = -9,6878425$$
$$-9,6699723$$

$$2 + q\cos s = 1,96373$$
$$l(2+q\cos s) = 0,2930751$$
$$l\sin\mu = -8,5203525$$
$$l\sin s = -9,9411166$$
$$+8,7545442$$

$$\text{pars postrema} = \frac{-0,46771}{+0,05683} = -0,41088$$

$$l\,\text{part. postr.} = -9,6137150$$
$$l - \frac{u}{p} = -0,0624040$$
$$l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2,4742600$$
$$+2,1503790$$

$$\text{pars posterior} = +141,38$$
$$\text{pars prior} = -145,59$$
$$\text{aggreg.} = -4,21$$

$$l\frac{c^3}{w^3} = 2,4752961$$
$$l\cos s = -9,6878425$$
$$-2,1631386$$
$$l\,\text{aggr.} = -0,6242821$$
$$l\frac{v^3}{c^3} = 0,0103815$$
$$ld\varphi = -3,5367706$$
$$l\frac{1}{q} = 1,7721133$$
$$+5,9435475$$

Erit ergo $$d\alpha = +878107n \text{ min. sec.}$$

Pro variatione nodi et inclinationis:

$$l\frac{u}{p} = 0,0624040$$
$$l\frac{v^3}{c^3}\left(\frac{c^3}{w^3}-\frac{c^3}{u^3}\right) = 2,4846415$$
$$ld\varphi = -3,5367706$$
$$l\sin\sigma\sin(\vartheta-\psi) = 8,8095764$$
$$-4,8933925$$

ergo $d\psi = +78234n$ min. sec.

$$ld\psi = 4,8933925$$
$$l\sin\omega = 9,4884240$$
$$l\cot\sigma = 0,6213187$$
$$ld\omega = 5,0031352$$

ergo $d\omega = +100724n$ min. sec.

**Calculus pro intervallo a 30 Aprilis ad 1 Maji.**

Hic erit $v = 100825$; $u = 113745$; $\sigma = 12^0\,29'$; $s = -120^0\,8'$ et $\vartheta - \psi = 16^0\,56'$, unde pro $d\varphi$ inveniendo

$$lv = 5,0035682$$
$$lu = 5,0559323$$
$$lp = 4,9874160$$
$$l\frac{u}{p} = 0,0685163$$

$$lcd\zeta\sqrt{cp} = 13,5436916$$
$$lvv = 10,0071364$$
$$ld\varphi = -3,5365552$$
$$4,6855749$$
$$ld\varphi = -8,2221301.$$

Nunc pro angulis $\lambda$ et $\mu$

$$l\cos(\vartheta-\psi) = 9,9807505$$
$$l\cos\sigma = 9,9896095$$
$$l\sin\sigma = 9,3347665$$
$$9,9703600$$
$$9,3155170$$
$$+0,93403$$
$$+0,05990$$
$$\cos\lambda = +0,99393$$
$$\lambda = 6^0\,38'$$

$$l\sin(\vartheta-\psi) = 9,4642790$$
$$l\cos\omega = 9,9783702$$
$$9,4426492$$
$$l\sin\sigma = 9,3347665$$
$$l\cos\sigma = 9,9896095$$
$$8,7774157$$
$$9,4322587$$
$$+0,20678$$
$$-0,27055$$
$$\sin\mu = -0,06377$$
$$l\sin\mu = -8,8046164,$$

unde colligitur distantia $MN = w$

$$lv = 5,0035682$$
$$l\cos\lambda = 9,9973554$$
$$l\sin\lambda = 9,0414852$$
$$lv\cos\lambda = 5,0009236$$
$$lv\sin\lambda = 4,0450534$$
$$l\sin\nu = 9,8019735$$
$$lw = 4,2430799$$
$$l\frac{c}{w} = 0,7569201$$
$$l\frac{c^3}{w^3} = 2,2707603$$
$$\frac{c^3}{w^3} = 186,536$$

$$u = 113745$$
$$v\cos\lambda = 100213$$
$$u - v\cos\lambda = 13532$$
$$lv\sin\lambda = 4,0450534$$
$$l(u - v\cos\lambda) = 4,1313620$$
$$l\tang\nu = 9,9136914$$
$$\nu = 39^0\,20'$$
$$l\frac{c}{u} = 9,9440677$$
$$l\frac{c^3}{u^3} = 9,8322031$$
$$\frac{c^3}{u^3} = 0,680.$$

ergo $\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3} = 185,856$ et $l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2,2691700.$

Pro variatione semiparametri $p$:

$l\frac{v^3}{c^3} = 0{,}0107046$
$l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2{,}2691700$
$lu = 5{,}0559323$
$l \sin\mu = -8{,}8046164$
$ld\varphi = -8{,}2221301$
$+ 4{,}3625534$

Ergo
$dp = -2n \,.\, 23044$
seu $dp = -46088n$

Pro variatione semiaxis transversi $r$:

$l\frac{qrr}{p} = 3{,}2404707$
$l\frac{v^3}{c^3} = 0{,}0107046$
$l\frac{c^3}{w^3} = 2{,}2707603$
$ld\varphi = -8{,}2221301$
$l \sin s = -9{,}9369456$
$+ 3{,}6810113$

pars I $= -2n \,.\, 4797{,}5$
pars II $= -2n \,.\, 17308$
$dr = -2n \,.\, 22105$
$dr = -44210n$

$l\frac{q}{p} = 3{,}2404707$
$lv \cos\lambda = 0{,}0009236$
$l \sin s = -9{,}9369456$
$- 8{,}1783399$
$+ 0{,}01508$
$\sin\mu = -0{,}06377$
$\ldots\ldots = -0{,}04869$
$l\ldots\ldots = -8{,}6874398$
$lu = 5{,}0559323$
$l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2{,}2691700$
$ld\varphi = -8{,}2221301$
$l\frac{v}{c} = 0{,}0035682$
$+ 4{,}2382404$

Pro variatione anguli $☊ LB = \alpha$:

$lp = 4{,}9874160$
$lv = 5{,}0035682$
$l(1 + q\cos s) = 9{,}9838478$
$l\cos\lambda = 9{,}9973554$
$l\cos s = -9{,}7007158$
$- 9{,}6819190$

$2 + q\cos s = 1{,}9635$
$l(2 + q\cos s) = 0{,}2930309$
$l\sin\mu = -8{,}8046164$
$l\sin s = -9{,}9369456$
$+ 9{,}0345929$

$$\text{pars postrema} = \frac{-0{,}48075}{+0{,}10829} = -0{,}37246.$$

$l$ part. postr. $= -9{,}5710796$
$l\frac{u}{p} = 0{,}0685163$
$l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2{,}2691700$
$l$ part. post. $= -1{,}9087659$
pars posterior $= +81{,}052$
pars prior $= -89{,}676$
aggreg. $= -8{,}624$

$l\frac{c^3}{w^3} = 2{,}2707603$
$l\cos s = -9{,}6819190$
$l$ part. I $= -1{,}9526793$
$l$ aggreg. $= -0{,}9357087$
$l\frac{v^3}{c^3} = 0{,}0107046$
$ld\varphi = -3{,}5365552$
$l\frac{1}{q} = 1{,}7721133$
$+ 6{,}2550818$

Ergo $d\alpha = + 1799210n$ min. sec.

Pro variatione nodi et inclinationis

$$l\frac{u}{p} = 0{,}0685163$$
$$lv^3\left(\frac{1}{w^3}-\frac{1}{u^3}\right) = 2{,}2798746$$
$$ld\varphi = -3{,}5365552$$
$$l\sin\sigma\sin(\vartheta-\psi) = 8{,}7990455$$
$$l - d\psi = -4{,}6839916$$

Ergo
$$d\psi = +48305\,n \text{ min sec.}$$
$$ld\psi = 4{,}6839916$$
$$l\sin\omega = 9{,}4884240$$
$$l\cos\sigma = 0{,}6548430$$
$$ld\omega = 4{,}8272586$$
$$d\omega = 67183\,n \text{ min. sec.}$$

**Calculus pro intervallo a 1 ad 2 Maji.**

Hic erit $v = 100850$; $u = 115380$; $\sigma = 11^0\,31'$, $s = -121^0\,6'$, et $\vartheta - \psi = 17^0\,45'$, unde pro $d\varphi$ inveniendo

$$lv = 5{,}0036759$$
$$lu = 5{,}0621305$$
$$lp = 4{,}9874160$$
$$l\frac{u}{p} = 0{,}0747145$$

$$lcd\zeta\sqrt{cp} = 13{,}5436916$$
$$lvv = 10{,}0073518$$
$$ld\varphi = -3{,}5363398$$
$$4{,}6855749$$
$$ld\varphi = -8{,}2219147.$$

Nunc pro angulis $\lambda$ et $\mu$

$$l\cos(\vartheta-\psi) = 9{,}9788175$$
$$l\cos\sigma = 9{,}9911670$$
$$l\sin\sigma = 9{,}3002758$$
$$9{,}9699845$$
$$9{,}2790933$$

$$+0{,}93322$$
$$+0{,}05791$$
$$\cos\lambda = 0{,}99113$$
$$\lambda = 7^0\,38'$$

$$l\sin(\vartheta-\psi) = 9{,}4841066$$
$$l\cos\omega = 9{,}9783702$$
$$9{,}4624768$$
$$l\sin\sigma = 9{,}3002758$$
$$l\cos\sigma = 9{,}9911670$$
$$8{,}7627526$$
$$9{,}4536438$$
$$+0{,}19015$$
$$-0{,}28421$$
$$\sin\mu = -0{,}09406$$
$$l\sin\mu = -8{,}9734050$$

unde colligitur distantia $MN = w$:

$$lv = 5{,}0036759$$
$$l\cos\lambda = 9{,}9961343$$
$$l\sin\lambda = 9{,}1233061$$
$$lv\cos\lambda = 4{,}9998102$$
$$lv\sin\lambda = 4{,}1269820$$
$$l\sin\nu = 9{,}8166521$$
$$lw = 4{,}3103299$$
$$l\frac{c}{w} = 0{,}6896701$$
$$l\frac{c^3}{w^3} = 2{,}0690103$$
$$\frac{c^3}{w^3} = 117{,}22$$
$$\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3} = 116{,}75$$

$$u = 115380$$
$$v\cos\lambda = 99956$$
$$u - v\cos\lambda = 15424$$
$$lv\sin\lambda = 4{,}1269820$$
$$l(u - v\cos\lambda) = 4{,}1881970$$
$$l\tan\nu = 9{,}9387850$$
$$\nu = 40^0\,58'$$
$$l\frac{c}{u} = 9{,}9378695$$
$$l\frac{c^3}{u^3} = 9{,}8136085$$
$$\frac{c^3}{u^3} = 0{,}65$$

et $l\left(\frac{c^3}{w^3} - \frac{c^3}{u^3}\right) = 2{,}0665868.$

Pro variatione semiparametri $p$:

$l\frac{v^3}{c^3} = \phantom{-}0,0110277$
$l\ldots = \phantom{-}2,0665868$
$lu = \phantom{-}5,0621305$
$l\sin\mu = -8,9734050$
$ld\varphi = -8,2219147$
$+4,3350647$

Ergo
$dp = -2n.21630$
seu $dp = -43260n$

Pro variatione semiaxis $r$:

$l\frac{qrr}{p} = \phantom{-}3,2404707$
$l\frac{v^3}{c^3} = \phantom{-}0,0110277$
$l\frac{c^3}{w^3} = \phantom{-}2,0690103$
$ld\varphi = -8,2219147$
$l\sin s = -9,9326092$
$+3,4750326$

$\text{pars I} = -2n.\ 2985,6$
$\text{pars II} = -2n.17900$
$dr = -2n.20886$
$dr = -41772n$

$l\frac{q}{p} = \phantom{-}3,2404707$
$lv\cos\lambda = \phantom{-}4,9998102$
$l\sin s = -9,9326092$
$-8,1728901$
$+0,01489$
$\sin\mu = -0,09406$
$-0,07917$
$l\ldots = -8,8985606$
$l\frac{uv}{c} = \phantom{-}5,0658064$
$ld\varphi = -8,2219147$
$l\ldots = \phantom{-}2,0665868$
$+4,2528685$

Pro variatione anguli $☊LB = \alpha$:

$lp = \phantom{-}4,9874160$
$lv = \phantom{-}5,0036759$
$l(1+q\cos s) = \phantom{-}9,9837401$
$l\cos\lambda = \phantom{-}9,9961343$
$l\cos s = -9,7130983$
$-9,6929727$

$2+q\cos s = \phantom{-}1,9633$
$l(2+q\cos s) = \phantom{-}0,2929867$
$l\sin\mu = -8,9734050$
$l\sin s = -9,9326092$
$+9,1990009$

$$\text{pars postrema} = \begin{matrix}-0,49314\\+0,15812\end{matrix} = -0,33502.$$

$l\,\text{part. postr.} = -9,5250707$
$l\ldots = \phantom{-}2,0665868$
$l\frac{u}{p} = \phantom{-}0,0747145$
$-1,6662720$
$\text{pars posterior} = +46,373$
$\text{pars prior} = -60,549$
$\text{aggreg.} = -14,176$

$l\frac{c^3}{w^3} = \phantom{-}2,0690103$
$l\cos s = -9,7130983$
$-1,7821086$
$l\,\text{aggreg.} = -1,1515537$
$l\frac{v^3}{c^3} = \phantom{-}0,0110277$
$ld\varphi = -3,5365398$
$l\frac{1}{q} = \phantom{-}1,7721133$
$+6,4712345$

Ergo $d\alpha = +2959610\,n$ min. sec.

Pro variatione nodi et inclinationis:

$$l\frac{u}{p}\left(\frac{c^3}{w^3}-\frac{c^3}{u^3}\right) = \phantom{-}2,1413013$$
$$l\frac{v^3}{c^3} = -0,0110277$$
$$ld\varphi = -3,5365398$$
$$l\sin\sigma\sin(\vartheta-\psi) = \phantom{-}8,7843824$$
$$-4,4732512$$

ergo $d\psi = +29734\,n$ min. sec.

$$ld\psi = 4,4732512$$
$$l\sin\omega = 9,4889240$$
$$l\cot\sigma = 0,6908912$$
$$4,6525664$$

ergo $d\omega = 44933\,n$ min. sec.

---

## Conclusio.

Cum variationes inventae sint admodum notabiles, simili modo tam ante terminum 25 Aprilis quam post 2 Maj. definiri debent. Quas igitur computavi hic simul aspectui exponam:

| Intervallum Aprilis | $dp$ | $dr$ | $da$ | $d\psi$ | $d\omega$ |
|---|---|---|---|---|---|
| 15 — 16 | | | | | |
| 16 — 17 | | | | | |
| 17 — 18 | | | | | |
| 18 — 19 | | | | | |
| 19 — 20 | | | | | |
| 20 — 21 | + 45310$n$ | + 144570$n$ | − 4937360$n$ | + 8903$n$ | + 6717$n$ |
| 21 — 22 | | | | | |
| 22 — 23 | | | | | |
| 23 — 24 | | | | | |
| 24 — 25 | | | | | |
| 25 — 26 | + 155650$n$ | + 154346$n$ | − 19059570$n$ | + 112880$n$ | + 111364$n$ |
| 26 — 27 | + 135314$n$ | + 135466$n$ | − 18445310$n$ | + 152436$n$ | + 159996$n$ |
| 27 — 28 | + 66010$n$ | + 67438$n$ | − 11593600$n$ | + 155398$n$ | + 173911$n$ |
| 28 — 29 | − 3262$n$ | − 1014$n$ | − 3778470$n$ | + 119840$n$ | + 143550$n$ |
| 29 — 30 | − 37860$n$ | − 35616$n$ | + 878107$n$ | + 78234$n$ | + 100724$n$ |
| 30 — 1 Maj. | − 46088$n$ | − 44210$n$ | + 1799210$n$ | + 48305$n$ | + 67183$n$ |
| 1 — 2 | − 43260$n$ | − 41772$n$ | + 2959610$n$ | + 29734$n$ | + 44933$n$ |
| 2 — 3 | | | | | |
| 3 — 4 | | | | | |
| 4 — 5 | | | | | |
| 5 — 6 | | | | | |
| 6 — 7 | − 19031$n$ | − 17736$n$ | + 1554230$n$ | + 3608$n$ | + 9506$n$ |

Si certiores essemus de elementis motus hujus cometae, operae pretium esset hunc calculum ulterius tam in antecedentia quam consequentia extendere; nunc autem sufficiat conjectura tantum perturbationes in motu terrae ortas crassa minerva colligere.

*De variatione parametri.*

Semiparameter $p$ usque ad 28 Aprilis augetur, tum vero iterum minuitur; verumtamen augmenta multum praevalent. Videtur autem totum augmentum exsurgere ad $700000\,n$, unde cum ante cometae adventum fuerit semiparameter $p = 97144$, is deinceps erit $= 97144 + 700000\,n$. Quare si massa cometae aequalis esset massae terrae, ob $n = \frac{1}{200000}$, fieret is $= 97144 + 3\frac{1}{2}$; ac si massa cometae ad massam terrae rationem $= m : 1$ habere ponatur, in postremum erit semiparameter $= 97144 + \frac{7m}{2}$.

*De variatione axis transversi.*

Semiaxis transversus $r$, qui ante cometae adventum sumtus est $= 100000$, fere similes mutationes patitur, quae autem aliquantillum erunt minores, ita ut augmentum totum aestimari queat quasi $= 690000\,n$, et semiaxis post discessum cometae $= 100000 + 690000\,n$. Hinc posita ratione massae cometae ad massam terrae $= m : 1$, erit semiaxis in posterum $= 100000 + \frac{69m}{20}$.

*De variatione excentricitatis.*

Cum sit in genere excentricitas $q = \sqrt{\left(1 - \frac{p}{r}\right)}$, eaque ante cometae adventum fuerit $= 0{,}0169$,

erit ea deinceps $\quad = \sqrt{\left(1 - \frac{97144 - 3{,}5m}{100000 + 3{,}45m}\right)} = \sqrt{(0{,}01856 - 0{,}0000015m)}$,

ideoque fiet excentricitas $\quad = 0{,}0169 - 0{,}000044m$

hoc est aliquanto minor quam ante. Quare si massa cometae centies superaret massam terrae, ut esset $m = 100$, foret excentricitas $= 0{,}0125$, maximaque solis aequatio multo minor esset futura.

*De variatione anni solaris.*

Ob auctum axem transversum quantitas anni solaris augebitur in ratione

$$1 : \left(1 + \frac{69m}{2000000}\right)^{\frac{3}{2}} = 1 : 1 + \frac{207m}{4000000}.$$

Cum igitur ante adventum cometae annus fuerit $365^d\,5^h\,49' = 525949'$, annus in posterum augmentum capiet $= 27m$ min. primorum. Dum ergo cometa esset terrae aequalis, annus 27 min. primis produceretur, fieretque $= 365^d\,6^h\,16'$. Ac si cometa adeo centies terram superaret, anni quantitas augmentum caperet 45 horarum, qui effectus sane foret stupendus.

*De variatione lineae absidum.*

Usque ad diem 29 Aprilis linea absidum maxime promovetur, tum vero iterum repellitur; sed promotio plurimum praevalet atque ad minimum $100000000\,n$ aestimanda videtur. Hinc si ut hactenus massa cometae $m$ vicibus major ponatur, quam massa terrae, ab actione cometae linea absidum orbitae terrae per spatium $500\,m$ min. sec. promovebitur. Ergo si cometa terrae esset aequalis, haec promotio esset $= 8'\,20''$, sin autem centies esset major, foret ea $13^0\,23'\,20''$.

*

*De variatione lineae nodorum et inclinationis.*

Linea nodorum seu intersectio $L☊$ ab actione cometae super ejus orbita ad minimum promovebitur per spatium $950000\,n$ min. sec. et inclinatio fere tantundem augebitur: unde utraque perturbatio erit $47\frac{1}{2}m$ min. sec., quae eo minus est dubia, cum actio cometae perpetuo augmenta producat.

Fig. 191. Consideremus haec elementa in coelo, sitque $☊C$ via cometae, $☊♎♋$ ecliptica ante adventum cometae, erit angulus $♎☊C = 17^0\ 56' = ☊$, et arcus $☊♎ = 51^0\ 16'$, per $♎$ vero transibit aequator $Æ♎Q$ faciens cum ecliptica angulum $Æ♎♋ = 23^0\ 28\frac{1}{2}'$. Post effectum autem cometae sit circulus $\varepsilon o\lambda\omega$ ecliptica secans priorem in $o$, erit $☊\omega = d\psi$ et $C\omega o = ☊ + d\omega$. Ducatur arculus $\omega u$ ad $☊o$ normalis, erit $☊u = d\psi \cos ☊$ et $\omega u = d\psi \sin ☊$; ponatur tantisper $☊o = z$, erit $\sin z : \sin(z - d\psi \cos ☊) = \sin(☊ + d\omega) : \sin ☊$, unde fit $\operatorname{tang} z = \frac{d\psi \sin ☊}{d\omega}$. Quia ergo $d\omega = d\psi$, erit $l \operatorname{tang} z = l \sin ☊ = 9{,}4884240$, ac propterea $z = ☊o = 17^0\ 7'$; tum vero ob $o \sin z = d\psi \sin ☊$ erit $o = \frac{d\psi \sin ☊}{\sin z} = 1{,}0512 d\psi = 50m$ min. sec., ob $d\psi = d\omega = 47\frac{1}{2}m$. Cum ergo sit $♎o = -34^0\ 9'$, ecliptica quasi gyratur circa punctum ♏ $4^0\ 9'$ per angulum $50m$ min. sec., ita ut punctum solstitiale ♋ magis ab aequatore removeatur et obliquitas eclipticae augeatur. Ducta $♎\mu$ ad $o\omega$ normali, erit $♎\mu = -50m \sin 34^0\ 9'$,

hincque $$♎\lambda = \frac{-50m \,.\, \sin 34^0\ 9'}{\sin 23^0\ 28\frac{1}{2}'}, \quad \text{et} \quad \mu\lambda = \frac{-50m \,.\, \sin 34^0\ 9'}{\operatorname{tang} 23^0\ 28\frac{1}{2}'}.$$

Unde si obliquitas eclipticae pristina vocetur $= \varepsilon$ et nova $= \varepsilon + d\varepsilon$, erit

$$\sin \varepsilon : \sin(\varepsilon + d\varepsilon) = \sin(-34^0\ 9' - \mu\lambda) : \sin - 34^0\ 9' \quad \text{seu} \quad d\varepsilon = 50m \cos 34^0\ 9' = 41m \text{ sec.}$$

et cum sit $\mu\lambda = -63m$ sec. puncta aequinoctialia super ecliptica per $63m$ sec. promota erunt censenda, super aequatore autem per spatium $70m$ sec. In latitudine igitur stellarum, quarum longitudo est ♌ $4^0\ 9'$, iste effectus maxime spectabitur, dum stellarum borealium latitudo minuetur, australium vero augebitur particula $50m$ sec. In stellis vero sub longitudine ♒ $4^0\ 9'$ sitis contrarium eveniet.

Si massa cometae multum superet massam terrae, hae perturbationes ad enormem quantitatem exsurgere poterunt, ita ut effectum non solum in Astronomia, sed etiam in vita communi simus sensuri. Quin etiam, cum de elementis orbitae cometae non simus satis certi, error in eam partem incidere posset, ut omnes hae perturbationes multo adeo majores essent proditurі, quam hic invenimus. Omnino autem etiamsi ob errores has perturbationes minui oporteret, et massa cometae minor esset quam terrae, tamen ab hoc tempore novam quasi epocham constitui conveniet, pro qua novae tabulae solares ante omnia essent condendae, quod negotium nonnisi pluribus elapsis annis perfici poterit. Lunares autem tabulae multo majorem ac difficiliorem emendationem requisiturae videntur.

# XII.

## Solutio duorum problematum, Astronomiam mechanicam spectantium.

---

1. **Problema.** (Fig. 192). Si corpus sphaeroidicum ex materia homogenea conflatum, attrahatur ad centrum virium $O$, cujus vis sit reciproce proportionalis quadratis distantiarum, invenire mediam directionem, secundum quam hoc corpus urgebitur.

**Solutio.** Repraesentet circulus $AGBH$ sectionem hujus corporis per ejus centrum $C$ ad axem normaliter factam, seu sit iste circulus planum aequatoris hujus corporis sphaeroidici propositi, in plano tabulae exhibitum, et recta $EF$, quae huic plano normaliter insistere concipienda est, referat axem corporis, cujus idcirco poli sint in $E$ et $F$. Ponatur radius aequatoris $CA = CB = a$, semissis axis $CE = CF = b$. Sit centrum virium ubicunque situm in $O$, unde ad planum aequatoris demittatur perpendiculum $OD$; per $D$ et centrum $C$ agatur recta $DACB$, huicque diameter perpendicularis $GH$. Vocetur distantia $CD = f$ et $OD = g$, ita ut sit $\sqrt{(ff + gg)}$ distantia centri virium $O$ a centro corporis $C$. Jam consideretur corporis quaecunque particula $M$, unde ad planum aequatoris demittatur perpendicularis $MQ$, et per $Q$ diametro $AB$ normalis ducatur corda $NPN'$. Vocentur nunc coordinatae $CP = x$, $PQ = y$ et $QM = z$; per $P$ quoque axi $EF$ parallela agatur recta $RPR'$, et per $M$ ipsi $NN'$ parallela $MRM'$, atque per $R$ trajiciatur $TR$ ipsi $DC$ parallela, erit

$$DT = PR = QM = z, \quad MR = PQ = y, \quad TR = DP = f - x \quad \text{et} \quad TO = g - z.$$

Hinc fiet $TM = \sqrt{((f-x)^2 + yy)}$, et distantia puncti $M$ a centro virium $O$, nempe recta

$$MO = \sqrt{(yy + (f-x)^2 + (g-z)^2)},$$

quae brevitatis gratia ponatur $= v$. Urgebitur ergo punctum $M$ in directione $MO$ vi acceleratrice, quadrato $v^2$ reciproce proportionali; sit ergo haec vis $= \frac{kk}{vv}$, qua punctum $M$ in directione $MO$ sollicitatur. Resolvatur haec vis secundum directiones $Mm$ ipsi $DO$ parallelam, et $MT$, eritque vis

in directione $Mm = \frac{kk(g-z)}{v^3}$, et vis in directione $MT = \frac{kk\sqrt{(yy+(f-x)^2)}}{v^3}$, quae ulterius resolvatur secundum directiones $M\mu$ ipsi $RT$ vel $CD$ parallelam, et $MR$, eritque vis in directione $M\mu = \frac{kk(f-x)}{v^3}$, et vis in directione $MR = \frac{kky}{v^3}$. Sicque quodlibet punctum $M$ tribus urgetur viribus secundum directiones ternis coordinatis $x$, $y$, $z$ parallelas, nimirum:

$$\text{secundum directionem } Mm, \text{ vi} = \frac{kk(g-z)}{v^3},$$

$$\text{secundum directionem } M\mu, \text{ vi} = \frac{kk(f-x)}{v^3},$$

$$\text{secundum directionem } MR, \text{ vi} = \frac{kky}{v^3}.$$

Sumta jam $RM' = RM$ consideretur punctum $M'$, quod iisdem coordinatis definietur, quibus punctum $M$, nisi quod sit $y$ negativa; erit enim demisso ex $M'$ in planum aequatoris perpendiculo $M'Q'$, $CP = x$, $PQ' = -y$ et $Q'M' = z$; unde punctum $M'$, quia ejus distantia ab $O$ quoque est $= v$, urgebitur his viribus:

$$\text{secundum directionem } M'm' = \frac{kk(g-z)}{v^3},$$

$$\text{secundum directionem } M'\mu' = \frac{kk(f-x)}{v^3},$$

$$\text{secundum directionem } M'R = \frac{kky}{v^3}.$$

Quodsi ergo haec duo puncta junctim considerentur, vires in directionibus $MR$ et $M'R$ se mutuo destruent, et reliquae revocabuntur ad binas sequentes in puncto $R$ applicatas

$$\text{secundum directionem } Rr, \text{ vis} = \frac{2kk(g-z)}{v^3},$$

$$\text{secundum directionem } RT, \text{ vis} = \frac{2kk(f-x)}{v^3}.$$

Sumantur jam in inferiori hemisphaerio bina puncta $M''$ et $M'''$ his respondentia, ita ut sit $QM'' = Q'M''' = QM$, ideoque $PR' = PR$, eritque pro his punctis coordinata $z$ negativa. Ponatur eorum distantia a centro virium $O$

$$\sqrt{(yy+(f-x)^2+(g+z)^2)} = u,$$

atque ex istis binis punctis nascentur hae duae vires

$$\text{sec. directionem } R'r', \text{ vis} = \frac{2kk(g+z)}{u^3},$$

$$\text{sec. directionem } R'T', \text{ vis} = \frac{2kk(f-x)}{u^3}.$$

Fiat nunc abscissa $x$ negativa, seu capiatur $CP' = CP$, atque ex reliquis coordinatis definiantur simili modo quaterna puncta $M^{IV}$, $M^{V}$, $M^{VI}$ et $M^{VII}$, ponaturque

$$\sqrt{(yy + (f+x)^2 + (g-z)^2)} = (v) \quad \text{et} \quad \sqrt{(yy + (f+x)^2 + (g+z)^2)} = (u),$$

ac puncta haec quatuor praebebunt sequentes vires

$$\text{sec. directionem } R''r'', \quad \text{vis} = \frac{2kk(g-z)}{(v)^3},$$

$$R''T, \quad \text{vis} = \frac{2kk(f+x)}{(v)^3},$$

$$R'''r''', \quad \text{vis} = \frac{2kk(g+z)}{(u)^3},$$

$$R'''T', \quad \text{vis} = \frac{2kk(f+x)}{(u)^3}.$$

Omnia ergo haec octo puncta, in singulis corporis octantibus similiter posita, conjunctim has praebebunt vires, quibus corpus sollicitabitur:

$$\text{sec. directionem } PR, \quad \text{vis} = 2kkg(v^{-3} + u^{-3}) - 2kkz(v^{-3} - u^{-3}),$$

$$P'R'', \quad \text{vis} = 2kkg((v)^{-3} + (u)^{-3}) - 2kkz((v)^{-3} - (u)^{-3}),$$

$$Ss, \quad \text{vis} = 2kkf(v^{-3} + (v)^{-3}) - 2kkx(v^{-3} - (v)^{-3}),$$

$$S's', \quad \text{vis} = 2kkf(u^{-3} + (u)^{-3}) - 2kkx(u^{-3} - (u)^{-3}).$$

Quemadmodum ergo hae vires sunt natae ex puncto $M$ in primo sphaeroidis octante quadranti $ACG$ sursum imminente assumto: si omnia istius octantis puncta hoc modo colligantur, prodibunt vires, quibus totum sphaeroides sollicitatur, eaeque jam habebuntur reductae ad binas directiones, quarum alterae axi $EF$, alterae diametro aequatoris $AB$ sint parallelae.

Quo autem hae vires facilius colligi queant, eae, quae directiones habent parallelas, primo summari, tum vero earum momentum exprimi debet. Ita vires $PR$ et $P'R''$ dabunt

$$\text{vim } Yy = 2kkg(v^{-3} + u^{-3} + (v)^{-3} + (u)^{-3}) - 2kkz(v^{-3} - u^{-3} + (v)^{-3} - (u)^{-3}),$$

ejusque momentum respectu centri $C$ seu axis $GH$ sumtum erit

$$Yy \,.\, CY = 2kkgx(v^{-3} + u^{-3} - (v)^{-3} - (u)^{-3}) - 2kkxz(v^{-3} - u^{-3} - (v)^{-3} + (u)^{-3}).$$

Deinde vis $Ss$ et $S's'$ coalescent in unam vim

$$Xx = 2kkf(v^{-3} + u^{-3} + (v)^{-3} + (u)^{-3}) - 2kkx(v^{-3} + u^{-3} - (v)^{-3} - (u)^{-3}),$$

cujus momentum respectu ejusdem axis $GH$ erit

$$Xx \,.\, CX = 2kkfz(v^{-3} + (v)^{-3} - u^{-3} - (u)^{-3}) - 2kkxz(v^{-3} - (v)^{-3} - u^{-3} + (u)^{-3}).$$

Tribuatur nunc puncto $M$ massa elementaris $dxdydz$, per eamque singulae istae expressiones multiplicentur et integratione ter debito modo instituta prodibunt tam vires totales $Yy$ et $Xx$ ex attractione

totius sphaeroidis oriundae, quam earum momenta $Yy.CY$ et $Xx.CX$; quae deinceps in unam vim toti attractioni aequivalentem conjungi poterunt. Quo autem hae integrationes commodius absolvi possint, transformemus formulas $v^{-3}$, $u^{-3}$, $(v)^{-3}$ et $(u)^{-3}$ in series, quae, si distantia centri virium $\sqrt{(ff+gg)}$, quam ponamus $= h$, a centro sphaeroidis $C$ fuerit valde magna, convergant. Cum igitur sit $v = \sqrt{(hh - 2fx - 2gz + yy + xx + zz)}$, erit

$$v^{-3} = \frac{1}{h^3} + \frac{3fx + 3gz}{h^5} - \frac{3yy - 3xx - 3zz}{2h^5} + \frac{15ffxx + 30fgxz + 15ggzz}{2h^7},$$

$$u^{-3} = \frac{1}{h^3} + \frac{3fx - 3gz}{h^5} - \frac{3yy - 3xx - 3zz}{2h^5} + \frac{15ffxx - 30fgxz + 15ggzz}{2h^7},$$

$$(v)^{-3} = \frac{1}{h^3} - \frac{3fx + 3gz}{h^5} - \frac{3yy - 3xx - 3zz}{2h^5} + \frac{15ffxx - 30fgxz + 15ggzz}{2h^7},$$

$$(u)^{-3} = \frac{1}{h^3} - \frac{3fx - 3gz}{h^5} - \frac{3yy - 3xx - 3zz}{2h^5} + \frac{15ffxx + 30fgxz + 15ggzz}{2h^7}.$$

Hinc igitur erit vis tota $Yy$ ex attractione totius sphaeroidis orta

$$Yy = \frac{8kkg}{h^3}\int dx\,dy\,dz\left(1 - \frac{3yy - 3xx - 9zz}{2hh} + \frac{15ffxx + 15ggzz}{2h^4}\right),$$

et vis tota $Xx$ pro toto sphaeroide orta

$$Xx = \frac{8kkf}{h^3}\int dx\,dy\,dz\left(1 - \frac{3yy - 9xx - 3zz}{2hh} + \frac{15ffxx + 15ggzz}{2h^4}\right).$$

Deinde vero erunt momenta totalia

$$Yy.CY = \frac{24kkfg}{h^5}\int xx\,dx\,dy\,dz - \frac{120kkfg}{h^7}\int xxzz\,dx\,dy\,dz,$$

$$Xx.CX = \frac{24kkfg}{h^5}\int zz\,dx\,dy\,dz - \frac{120kkfg}{h^7}\int xxzz\,dx\,dy\,dz.$$

Quoniam triplici integratione opus est, ponantur primo $x$ et $z$ constantes, ut obtineantur vires ex elementis secundum rectas $RM$ sitis oriunda, eritque

$$Yy = \frac{8kkg}{h^3}\int y\,dx\,dz\left(1 - \frac{yy - 3xx - 9zz}{2hh} + \frac{15ffxx + 15ggzz}{2h^4}\right),$$

$$Xx = \frac{8kkf}{h^3}\int y\,dx\,dz\left(1 - \frac{yy - 9xx - 3zz}{2hh} + \frac{15ffxx + 15ggzz}{2h^4}\right),$$

$$Yy.CY = \frac{24kkfg}{h^5}\int xxy\,dx\,dz - \frac{120kkfg}{h^7}\int xxzzy\,dx\,dz,$$

$$Xx.CX = \frac{24kkfg}{h^5}\int zzy\,dx\,dz - \frac{120kkfg}{h^7}\int xxzzy\,dx\,dz.$$

Concipiatur jam recta $RM$ usque ad superficiem sphaeroidis producta, atque $y$ determinari debebit ex aequatione locali pro hac superficie sphaeroidica, inter coordinatas $x$, $y$ et $z$ expressa

quae est $yy = aa - xx - \frac{aazz}{bb}$. Ponatur nunc $z$ constans, ut integrationes pateant ad sectiones sphaeroidis parallelas aequatori secundum $MR$ factas: hunc in finem ponatur $\sqrt{\left(aa - \frac{aazz}{bb}\right)} = p$, ut $p$ sit radius hujus sectionis, atque integrationem eousque extendi oportebit, donec fiat $x = p$. Sit $\frac{aa}{bb} = n$, eritque pro hoc casu

$$\text{vis } Yy = \int \frac{8kkgdz}{h^3} \int dx \left(1 - \frac{aa - 2xx + (n-9)zz}{2hh} + \frac{15ffxx + 15ggzz}{2h^4}\right) \sqrt{(pp - xx)},$$

$$\text{vis } Xx = \int \frac{8kkfdz}{h^3} \int dx \left(1 - \frac{aa - 8xx + (n-3)zz}{2hh} + \frac{15ffxx + 15ggzz}{2h^4}\right) \sqrt{(pp - xx)},$$

$$\text{momentum } Yy \,.\, CY = \int \frac{24kkfgdz}{h^5} \int xxdx \sqrt{(pp - xx)} - \int \frac{120kkfgdz}{h^7} \int xxzzdx \sqrt{(pp - xx)},$$

$$\text{momentum } Xx \,.\, CX = \int \frac{24kkfgdz}{h^5} \int zzdx \sqrt{(pp - xx)} - \int \frac{120kkfgdz}{h^7} \int xxzzdx \sqrt{(pp - xx)}.$$

Posita autem ratione diametri ad peripheriam $= 1 : \pi$, si post integrationem fiat $x = p$, erit

$$\int dx \sqrt{(pp - xx)} = \frac{1}{4}\pi pp, \qquad \int xxdx \sqrt{(pp - xx)} = \frac{1}{16}\pi p^4,$$

quibus valoribus substitutis erit

$$\text{vis } Yy = \int \frac{2\pi kkgppdz}{h^3}\left(1 - \frac{aa - \frac{1}{2}pp + (n-9)zz}{2hh} + \frac{\frac{15}{4}ffpp + 15ggzz}{2h^4}\right),$$

$$\text{vis } Xx = \int \frac{2\pi kkfppdz}{h^3}\left(1 - \frac{aa - 2pp + (n-3)zz}{2hh} + \frac{\frac{15}{4}ffpp + 15ggzz}{2h^4}\right),$$

$$\text{mom. } Yy \,.\, CY = \int \frac{3\pi kkfgp^4}{2h^5} dz - \int \frac{15\pi kkfgp^4zz}{2h^7} dz,$$

$$\text{mom. } Xx \,.\, CX = \int \frac{6\pi kkfgppzz}{h^5} dz - \int \frac{15\pi kkfgp^4zz}{2h^7} dz.$$

Est autem $pp = aa - nzz = aa - \frac{aazz}{bb}$, uti assumsimus, erit ergo $aa = nbb$ et $pp = n(bb - zz)$. Instituatur nunc ultima integratio, ac ponatur $z = b$, quoniam est

$$\int ppdz = n\int dz(bb - zz) = \frac{2}{3}nb^3, \qquad \int p^4dz = nn\int dz(bb - zz)^2 = \frac{8}{15}nnb^5,$$

$$\int ppzzdz = n\int zzdz(bb - zz) = \frac{2}{15}nb^5, \qquad \int p^4zzdz = nn\int zzdz(bb - zz)^2 = \frac{8}{105}nnb^7,$$

integralia quaesita ita se habebunt

$$\text{vis } Yy = \frac{2\pi kkg}{h^3}\left(\frac{2}{3}nb^3 - \frac{3nb^5}{5hh} - \frac{2nnb^5}{5hh} - \frac{nnb^5ff + nb^5gg}{h^4}\right),$$

$$\text{vis } Xx = \frac{2\pi kkf}{h^3}\left(\frac{2}{3}nb^3 - \frac{nb^5}{5hh} - \frac{4nnb^5}{5hh} + \frac{nnb^5ff + nb^5gg}{h^4}\right),$$

$$\text{mom. } Yy \,.\, CY = \frac{4\pi nnkkb^5fg}{5h^5} - \frac{4\pi nnkkb^7fg}{7h^7},$$

$$\text{mom. } Xx \,.\, CX = \frac{4\pi nkkb^5fg}{5h^5} - \frac{4\pi nnkkb^7fg}{7h^7},$$

Massa autem totius sphaeroidis est $= \frac{4}{3}\pi aab = \frac{4}{3}\pi nb^3$, quae si dicatur $= M$, eaque in formulas inventas introducatur, reperietur

$$\text{vis } Yy = \frac{Mkkg}{h^3}\left(1 - \frac{9bb}{10hh} - \frac{3aa}{5hh} + \frac{3aaff}{2h^4} + \frac{3bbgg}{2h^4}\right),$$

$$\text{vis } Xx = \frac{Mkkf}{h^3}\left(1 - \frac{3bb}{10hh} - \frac{6aa}{5hh} + \frac{3aaff}{2h^4} + \frac{3bbgg}{2h^4}\right),$$

$$\text{mom. } Yy \,.\, CY = \frac{3Mkkaafg}{5h^5} - \frac{3Mkkaabbfg}{7h^7},$$

$$\text{mom. } Xx \,.\, CX = \frac{3Mkkbbfg}{5h^5} - \frac{3Mkkaabbfg}{7h^7}.$$

Neglectis ergo in viribus $Yy$ et $Xx$ terminis praeter primum omnibus, erit

$$CY = \frac{3aaf}{5hh} \quad \text{et} \quad CX = \frac{3bbg}{5hh},$$

sicque cognitis punctis $Y$ et $X$, in quibus applicatae sunt concipiendae vires $Yy$ et $Xx$, quarum directiones sunt axi sphaeroidis $CE$ et diametro aequatoris $BCA$ respective parallelae, innotescet media directio virium, quibus totum corpus ad centrum virium $O$ sollicitatur. Ad hoc perficiendum concipiatur (fig. 194) sectio sphaeroidis per ejus axem $ECF$ facta, in cujus plano situm sit centrum virium $O$, et $AB$ sit diameter aequatoris in eodem plano ducta, erit $CE = CF = b$, $CA = CB = a$, $CD = f$, $OD = g$ et $CO = \sqrt{(ff + gg)} = h$, atque tang $DCO = \frac{g}{f}$. Cum jam directiones binarum virium $Xx$ et $Yy$ se mutuo in $z$ intersecent, media directio earum per punctum $z$ transibit. Transit vero etiam per centrum virium $O$, eritque ergo haec media directio $zO$. Quantum autem a centro $C$ distet, fiat haec proportio

$$CD\,(f) : DO\,(g) = CY\left(\frac{3aaf}{5hh}\right) : Yt\left(\frac{3aag}{5hh}\right);$$

erit ergo
$$zt = Yt - CX = \frac{3(aa - bb)g}{5hh} = Cc \quad \text{proxime.}$$

Media ergo directio virium corpus sollicitantium transit non per centrum $C$, sed per axis

punctum inferius quodpiam $c$, ut sit $Cc = \frac{3(aa-bb)g}{5hh}$, atque haec directio $cO$ per centrum virium $O$ transibit. Denique tota haec vis erit proxime $cO = \frac{Mkk}{hh}$, seu accuratius: $cO = \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{3(aa-bb)(2gg-ff)}{10h^4}\right)$, unde actio vis centripetae determinari poterit. Q. E. I.

2. **Coroll. 1.** Nisi ergo corpus sit sphaericum seu $a = b$, neque directio vis, qua id versus centrum virium $O$ sollicitatur, per centrum corporis $C$, quod simul est ejus centrum gravitatis, transit, neque vis ipsa $cO$ quadrato distantiae $CO$ amplius est reciproce proportionalis.

3. **Coroll. 2.** Cum igitur motus corporis progressivus perinde se habeat, ac si ipsi in centro gravitatis $C$ applicata esset vis aequalis ipsi

$$cO = \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{3(aa-bb)(2gg-ff)}{10h^4}\right),$$

et in directione ipsi $cO$ parallela, haec vis neque per punctum $O$ transibit, neque quadratis distantiarum $CO$ erit reciproce proportionalis. Quamobrem semita corporis non erit ellipsis, in cujus altero foco sit punctum $O$: haecque aberratio eo erit notabilior, quo magis figura sphaeroidica a sphaerica discrepet.

4. **Coroll. 3.** Hoc quoque casu axis $EF$ non situm sibi parallelum tenebit, sed a momento vis sollicitantis continuo declinabitur. Quoniam vero momenta $Yy \cdot CY$ et $Xx \cdot CX$ sunt inter se contraria, illud praevalebit si $a > b$, ideoque vis $cO$ momentum ad axem $EF$ versus situm $ef$ inclinandum erit $= \frac{3Mkkfg(aa-bb)}{5h^5}$. Interim tamen haec vis, quia per axem transit, motum vertiginis non afficiet.

5. **Coroll. 4.** Sit nunc angulus, quo axis sphaeroidis $ECF$ ad rectam $CO$ inclinatur, $ECO = \varphi = COD$, et manente distantia $CO = h$, erit $CD = f = h \sin\varphi$ et $OD = g = h\cos\varphi$. Hinc itaque erit intervallum $Cc = \frac{3(aa-bb)\cos\varphi}{5h}$, denotante $a$ semidiametrum aequatoris $AC$, et $b$ semiaxem sphaeroidis $CE$.

6. **Coroll. 5.** Angulo porro hoc $ECO = \varphi$ loco rectarum $f$ et $g$ introducto, erit vis, qua sphaeroides in puncto $c$ ad centrum virium $O$ sollicitatur,

$$= \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{3(aa-bb)(2\cos^2\varphi - \sin^2\varphi)}{10hh}\right),$$

seu ob $\cos^2\varphi = \frac{1+\cos 2\varphi}{2}$ et $\sin^2\varphi = \frac{1-\cos 2\varphi}{2}$, erit haec vis

$$= \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{3(aa-bb)(1+3\cos 2\varphi)}{20hh}\right).$$

7. **Coroll. 6.** Si haec vis in directione parallela centro gravitatis $C$ concipiatur applicata, eaque resolvatur secundum directiones $CO$, et $C\gamma$ ad $CO$ in plano $ECO$ normalem, reperietur

$$\text{vis } CO = \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{3(aa-bb)(1+3\cos 2\varphi)}{20hh}\right) \text{ et vis } C\gamma = \frac{Mkk}{hh} \cdot \frac{3(aa-bb)\sin 2\varphi}{10hh}.$$

8. **Coroll. 7.** Ob illam igitur vim $CO$, quatenus quadratis distantiarum $CO$ non exacte est reciproce proportionalis, orbita, quam centrum $C$ describet, aliquantum ab elliptica discrepabit; alterius autem vis $C\gamma$ effectus in hoc consistet, ut punctum $C$ non in eodem plano moveatur.

9. **Coroll. 8.** Momentum denique, quo haec vis pollet ad axem corporis $EF$ inclinandum et in situm $ef$ compellendum erit

$$=\frac{2Mkk(aa-bb)\sin\varphi\cos\varphi}{5h^3}=\frac{Mkk(aa-bb)\sin 2\varphi}{5h^3}.$$

Est itaque ceteris paribus reciproce ut cubus distantiae $CO$. Ratione anguli $ECO=\varphi$ vero hoc momentum erit maximum, si hic angulus $ECO$ fiat semirectus.

10. **Scholion 1.** Cum igitur ex observationibus summa cura ab Illustris Academiae Regiae Parisinae Membris tam in Gallia quam in Lapponia et America institutis certissime evictum sit figuram terrae non esse sphaericam, sed sphaeroidicam compressam, cujus axis per polos ductus minor sit quam diameter aequatoris, hinc non levis mutatio tam in motu terrae quam in axis positione oriri debet. Quae ut definiri possit, non solum veram rationem inter axem terrae et diametrum aequatoris determinari oportet, sed etiam utriusque quantitatem absolutam, quod sequenti modo non difficulter fieri poterit. Sit semidiameter aequatoris $=a$, et semiaxis per polos ductus $=b$, ponatur $b:a=1:1+\varpi$, ut sit $a=b+\varpi b$, erit $\varpi$ fractio valde parva. Sit in quapiam terrae regione elevatio poli $=p$, erit quantitas gradus meridiani in hac regione

$$=0{,}017453292\left(b+\frac{1}{2}\varpi b-\frac{3}{2}\varpi b\cos 2p\right),$$

$$\text{seu}=\frac{b+\frac{1}{2}\varpi b-\frac{3}{2}\varpi b\cos 2p}{57{,}29577951}.$$

Gradus vero secundum longitudinem in circulo aequatori parallelo mensuratus erit

$$=0{,}017453292\left(b+\frac{3}{2}\varpi b-\frac{1}{2}\varpi b\cos 2p\right)\cos p.$$

Cum jam in Gallia sub elevatione poli 49° 21′ 24″ mensura gradus in meridiano inventa sit 57183 hexapedarum parisinarum; hinc deducitur sequens aequatio

$$b+0{,}7087569\,.\,\varpi b=3276344\tfrac{1}{2}.$$

Sub circulo autem polari ab Illustri Praeside nostro de Maupertuis gradus meridiani definitur 57438 hexapedarum, pro elevatione poli 66° 30′ („19′ 34″"), unde sequitur haec aequatio:

$$b+1{,}5229976\varpi b=3290955,$$

ex quibus duabus aequatoribus invenitur

$$\varpi b = 17943 \text{ hexaped. paris.}, \; b = 3263626, \text{ ac propterea } a = 3281570 \text{ *)}.$$

Erit ergo semiaxis terrae $b = 3263626$ hexaped. paris. et semidiameter aequatoris $a = 3281570$ hexaped. paris. illiusque numeri ad hunc ratio proxime erit ut 182 ad 183, ita ut sit $\varpi = \frac{1}{182}$ et $a = \frac{183}{182} b$.

11. **Scholion 2.** Definita ergo figura et quantitate terrae, si vim, qua ad solem urgetur, spectamus, primum ejus orbita aliquantillum ab elliptica recedet, quia vis, qua centrum terrae ad centrum solis sollicitatur, non perfecte est quadratis distantiarum reciproce proportionalis. Erit autem ob $a = \left(1 + \frac{1}{182}\right) b$, $aa = \left(1 + \frac{1}{91}\right) bb$ proxime; ideoque vis, qua centrum terrae $C$ ad solem pellitur, fiet $= \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{(1 + 3\cos 2\varphi) bb}{607 hh}\right)$ proxime. Cum autem posita parallaxi solis horizontali sub polis terrae $= 10''$, sit $\frac{b}{h} = \sin 10''$, ideoque $\frac{bb}{hh} = 0{,}00000000235$, erit haec vis $= \frac{Mkk}{hh}\left(1 - \frac{(1 + 3\cos 2\varphi)}{258249300000}\right)$, cujus differentia ab $\frac{Mkk}{hh}$ tantilla est, ut ejus effectus omnino sentiri nequeat. Tum vero adest vis, qua terra de plano eclipticae detorquetur, cujus directio ad hoc planum normalis et sursum, seu boream versus terram sollicitans erit $= \frac{Mkk}{hh} \cdot \frac{\sin 2\varphi}{129124650000}$, quae maxima est quando sol proxime ad polum arcticum accedit, ubi fit $\varphi = 66\frac{1}{2}^0$ ac

$$\sin 2\varphi = \sin 47^0 = 0{,}7313537;$$

sole autem in tropico capricorni versante, pari vi terra de ecliptica deorsum urgebitur; cum autem et haec vis sit minima, effectus erit imperceptibilis. Momentum autem, quo axis terrae inclinatur, polusque soli propior ab eo detorquetur, erit $= \frac{Mkk(aa - bb)\sin 2\varphi}{5h^3} = \frac{Mkkbb \sin 2\varphi}{455 h^3}$. Quia vero effectus minimus ab hac vi oriundus in accuratissimis observationibus animadverti potest, eam negligere non licebit.

12. **Scholion 3.** Terra deinde quoque ad lunam attrahitur, verum haec vis prae illa, qua ad solem urgetur, tam est exigua, ut in motu terrae vix perceptibilem alterationem efficiat. Quanquam ergo haec vis ad lunam tendens, ob figuram terrae sphaeroidicam, quadratis distantiarum non est reciproce proportionalis, sed ab hac proportione aliquantum recedit, tamen multo minus effectus inde in motu terrae oriundus ullo modo observabilis esse poterit. Aliter vero se res habet in illa vi, qua terra de plano eclipticae detruditur, quae ob lunae vicinitatem multo major est simili illa vi a sole orta. Sit enim distantia lunae a terra $= H$, et vis attractiva acceleratrix $= \frac{KK}{HH}$, erit vis lunae ad terram de plano eclipticae depellendam tendens $= \frac{3MKK(aa - bb)\sin 2\varphi}{10 H^4}$; vis solis autem similem

*) *Script. autogr. ad marg.* Sub aequatore lat. $1^0$ : 56725 tois. $b - \varpi b = 3250103$, et ex circ. polari $\varpi b = 16192$, $b = 3266295$, $a = 3282487$, ergo

$$a : b = 203 : 202 \quad , \quad a : b = 201 : 200.$$

effectum edens $= \frac{3Mkk(aa-bb)\sin 2\varphi}{10h^4}$. Erit ergo vis lunae ad vim solis in similibus positionibus ut $\frac{KK}{H^4}$ ad $\frac{kk}{h^4}$. Verum ex aestu maris Newtonus conclusit esse vim lunae ad mare movendum ad similem vim solis ut 4 ad 1, quam rationem quidem Cel. Dan. Bernoulli multo minorem statuit, scilicet ut 5 : 2. Vires autem illae ad mare movendum sunt ut $\frac{KK}{H^3}$ ad $\frac{kk}{h^3}$; facto ergo $\frac{KK}{H^3} = \frac{4kk}{h^3}$, prodibit vis lunae ad terram de plano eclipticae deturbandam ad vim solis ut $\frac{4}{H}$ ad $\frac{1}{h}$, hoc est ut $4h$ ad $H$, quae ratio proxime erit ut 1333 ad 1, siquidem ponamus $h = 20000$ semid. terrae et $H = 60$; quare haec vis lunae plus quam millies excedit similem vim solis, ejusque ergo effectus non erit negligendus. Tum vero vis lunae ad axem terrae inclinandum impensa erit $= \frac{MKK(aa-bb)\sin 2\varphi}{5H^3}$, quae propterea secundum Newtonum quadruplo major esse deberet quam vis solis; atque ex hoc fonte tam praecessio aequinoctiorum, quam nutatio quaepiam axis terrae sequi debet, quem utrumque effectum, quantum principia Mechanicae etiamnunc cognita id permittunt, determinare conabor.

13. **Problema II.** (Fig. 195). Determinare motum axis terrae, quatenus is a vi solis perturbatur, seu nutationem axis terrae a vi solis oriundam definire.

**Solutio.** Concipiamus centrum terrae in $C$ quiescere, solemque in ellipsi circa id revolvi; ad praesens enim propositum perinde est, sive motum annuum soli tribuamus sive terrae. Repraesentet ergo planum tabulae planum eclipticae, sitque $AOB$ orbita, in qua sol moveri videtur; sit $A$ ejus apogaeum, $B$ perigaeum, et post tempus quodpiam $t$ sol ex apogaeo pervenerit in situm $O$; vocetur semiaxis transversus orbitae solaris $= c$, excentricitas $= n$, erit $CA = (1+n)c$ et $CB = (1-n)c$. Anomalia autem vera tempori $t$ respondens, seu angulus $ACO$ sit $= v$, et anomalia media $= u$, distantia $CO = z$. Hoc autem tempore axis terrae teneat situm $CE$, ita ut sumto $E$ pro polo boreali sit $CE = b$. Ex $E$ in planum eclipticae demittatur perpendiculum $EP$, ductaque $CP$ vocentur anguli $ACP = \vartheta$ et $ECP = \varphi$, erit $EP = b\sin\varphi$ et $CP = b\cos\varphi$. Jam axis $EC$ cum directione $ECO$ facit angulum $ECO$, ad quem inveniendum ex $P$ in $CO$ demittatur perpendiculum $PQ$, eritque et $EQ$ ad $CO$ perpendicularis. Cum jam sit ang. $OCP = v - \vartheta$, erit $PQ = b\cos\varphi\sin(v-\vartheta)$ et $CQ = b\cos\varphi\cos(v-\vartheta)$, unde fit $\frac{CQ}{CE} = \cos OCE = \cos\varphi\cos(v-\vartheta)$, qui est ille ipse angulus, quem superius $= \varphi$ vocavimus. Erit autem

$$\sin OCE = \sqrt{(1-\cos^2\varphi\cos^2(v-\vartheta))} \quad \text{et} \quad \sin 2\,OCE = 2\cos\varphi\cos(v-\vartheta)\sqrt{(1-\cos^2\varphi\cos^2(v-\vartheta))}.$$

Quoniam erit momentum vis solis ad hunc angulum $OCE$ augendum

$$= \frac{2Mkk(aa-bb)\cos\varphi\cos(v-\vartheta)\sqrt{(1-\cos^2\varphi\cos^2(v-\vartheta))}}{5z^3},$$

pro quo brevitatis gratia scribatur $Mp$. Ducatur $TEt$ normalis ad $CE$, eritque $Et$ directio, secundum quam punctum $E$ ab ista vi detorquebitur. Quantum autem detorqueatur, cognoscetur ex momento inertiae totius terrae, respectu axis ad $CE$ normalis, hoc est respectu diametri aequatoris. Si igitur terra ex materia homogenea statuatur composita, respectu axis per aequatorem ducti reperitur momentum inertiae $= \frac{1}{5}M(aa+bb)$. Quodsi jam angulus $OCE$ brevitatis gratia ponatur $= s$,

mutatio ita erit comparata, ut tempusculo $dt$ fiat

$$\frac{2dds}{dt^2} = \frac{Mp}{\frac{1}{5}(aa+bb)M} = \frac{5p}{aa+bb}, \text{ ita ut sit } dds = \frac{5pdt^2}{2(aa+bb)}.$$

At est $p = \frac{2kk(aa-bb)\sin s\cos s}{5z^3}$, ergo $dds = \frac{kkdt^2(aa-bb)\sin s\cos s}{(aa+bb)z^3}$. Capiatur ergo $Ee$ tantum, ut sit ang. $ECe = dds$, erit $e$ punctum, in quod polus $E$ tempusculo $dt$ detorqueretur, si ante quievisset. Cum autem polo motus jam impressus concipi debeat, is ita erit comparatus, ut, si a nullis viribus urgeretur, uniformiter secundum circulum maximum esset progressurus. Quantum ergo hic motus a vi illa solis afficiatur, sequenti modo determinari poterit.

Concipiatur (fig. 196) in superficie sphaerae $AO$ ecliptica, in eaque polus $E$, sumto $A$ pro apogaeo solis. Ducatur $ER$ ad $AO$ normalis, erit $AR = \vartheta$ et $ER = \varphi$. Progrediatur motu jam concepto polus $E$ tempusculo $dt$ in $e$, erit $Rr = d\vartheta$ et $eG = d\varphi$, atque si motu uniformi secundum circulum maximum progrederetur, perveniret sequenti tempusculo in $e'$, ut esset $rr' = d\vartheta + 2d\varphi d\vartheta \operatorname{tang}\varphi$ et $e'g = d\varphi - d\vartheta^2 \sin\varphi\cos\varphi$, quarum formularum demonstrationem deinceps tradam. Jam capiatur $AO = \nu$, junganturque circulo maximo puncta $O$ et $e'$, erit arcus $Oe' = s$, sumto puncto $e'$ pro primo $E$, et $r'O$ seu $RO = \nu - \vartheta$, atque $r'e' = RE = \varphi$, unde erit $\cos s = \cos\varphi\cos(\nu-\vartheta)$, at erit $\sin Oe'r' = \frac{\sin(\nu-\vartheta)}{\sin s}$, seu $\operatorname{tang} Oe'r' = \frac{\operatorname{tang}(\nu-\vartheta)}{\sin\varphi}$, et $\cos Oe'r' = \frac{\sin\varphi\cos(\nu-\vartheta)}{\sin s}$. Nunc quia polus in hoc circulo $Oe'$ pellitur, capiatur

$$e'\varepsilon = dds = \frac{kkdt^2(aa-bb)\sin s\cos s}{(aa+bb)z^3},$$

eritque $\varepsilon$ punctum, ad quod polus fine alterius tempusculi $dt$ reperietur; ducatur perpendiculum $\varepsilon\varrho$, et $e'\gamma$ ad $\varepsilon\varrho$ normalis, erit

$$\varepsilon\gamma = \frac{kkdt^2(aa-bb)\cos s\sin\varphi\cos(\nu-\vartheta)}{(aa+bb)z^3} \quad \text{et} \quad e'\gamma = \frac{kkdt^2(aa-bb)\cos s\sin(\nu-\vartheta)}{(aa+bb)z^3} = r'\varrho\cos\varphi,$$

ita ut sit

$$r'\varrho = \frac{kkdt^2(aa-bb)\sin(\nu-\vartheta)\cos(\nu-\vartheta)}{(aa+bb)z^3}.$$

At est $r\varrho = d\vartheta + dd\vartheta = rr' - r'\varrho$ et $e'g + \varepsilon\gamma = d\varphi + dd\varphi$, unde fit

$$dd\vartheta = 2d\varphi d\vartheta \operatorname{tang}\varphi - \frac{kkdt^2(aa-bb)\sin(\nu-\vartheta)\cos(\nu-\vartheta)}{(aa+bb)z^3},$$

Par conséquent $-P = 49^0 28' 37''$

ou $P = 10^s\ 10\ 31\ 23$

$\frac{f+m}{2} = 4\ \ 8\ 24\ 34$

$Q = 2^s\ 18^\circ 55' 57''$

$\frac{g+n}{2} = 10\ \ 9\ 42\ 29$

$R = 8\ 20\ 13\ 52$

$\frac{m+f}{4} = 64\ 12\ 17$

$P + \frac{m+f}{4} = 14\ 43\ 40$

$l \sin \frac{m+f}{4} = 9{,}9544136$

$l \cos (P + \frac{m+f}{4}) = 9{,}9854914$

$l2 = 0{,}3010300$

10,2409350

Pour réduire ce sinus en sec.

ôtez 4,6855749

5,5553601

$l \frac{m-f}{2} = 3{,}7840464$

on aura $lv = 8{,}2286863$

d'où $lv^2 = 6{,}4573726$

$l8 = 0{,}9030900$

$l \frac{v^2}{8} = 5{,}5542826$

Pour la réduction des sinus

en secondes, otez 4,6855749

0,8687077

$2P = 8^s 21^\circ\ 2'\ 46''$

$\sin 2P = - \sin 81\ \ 2\ 46$

$2Q = 5^s\ 7^\circ 51' 54''$

$\sin 2Q = \sin 22\ \ 8\ \ 6$

$2R = 5^s\ 10^\circ 27' 44''$

$\sin 2R = \sin 19\ 32\ 16$

$\frac{v^2}{8} \sin 2P = -7'',30$

$\frac{v^2}{8} \sin 2Q = +2{,}78$

$\frac{v^2}{8} \sin 2R = +2{,}47$

donc $M = 4^s\ 8^\circ 24' 24''$

et $N = 10\ \ 9\ 42\ 19$

et partant $m - M = +1\ 41\ 32 = 6092''$

$n - N = -0\ 12\ 57 = -777$

$l(m-M) = 3{,}7847599$

$l.-(n-N) = 2{,}8904210$

$l.-\alpha = 0{,}8943389$

$\sin M = \sin 51^\circ 35' 36''$

$\sin v. M = 1 + \cos 51\ 35\ 36$

$\sin N = -\sin 50\ 17\ 41$

$\sin v. N = \sin. v. 50\ 17\ 41$

$l.-\sin N = 9{,}8861187$

$l.-\alpha = 0{,}8943389$

$l\alpha \sin N = 0{,}7804576$

$-\alpha \sin N = 6{,}031950$

$\sin M = 0{,}783621$

le numérateur $= -5{,}248329$

$l \sin v. N = 9{,}5577011$

$l.-\alpha = 0{,}8943389$

$l.-\alpha \sin v. N = 0{,}4520400$

$-\alpha \sin v. N = 2{,}831653$

$\sin v. M = 1{,}621239$

le dénominateur $= 4{,}452892$

donc $-\text{tang}\, P = 1{,}17863$

et $-P = 49^\circ 41' 15''$

ou $P = 10^s\ 10\ 18\ 45$

$\frac{1}{2} M = 64\ 12\ 12$

$P + \frac{1}{2} M = 14\ 30\ 57$

$l \sin \frac{1}{2} M = 9{,}9544085$

$l \cos (P + \frac{1}{2} M) = 9{,}9859105$

$l2 = 0{,}3010300$

$10{,}2413490$

ôtez $4{,}6855749$

$5{,}5557741$

$l(m - M) = 3{,}7847599$

$lv = 8{,}2289858$

et $v = 0{,}0169428$

Pour convertir les sinus en secondes, de $lv = 8{,}2289858$

retranchez $4{,}6855749$

$lv = 3{,}5434109$

$\sin P = - \sin 49^\circ 41' 15''$

$l. - \sin P = 9{,}8822553$

$lv = 3{,}5434109$

$l. - v \sin P = 3{,}4256662$

et partant $v \sin P = - 44' 24'',8 = - 2664'',8$

$lv^2 = 6{,}4579716$

$l4 = 0{,}6020600$

$l \frac{v^2}{4} = 5{,}8559116$

ôtez $4{,}6855749$

reste $1{,}1703367$

$\sin 2P = - \sin 80^\circ 37' 30''$

$l. - \sin 2P = 9{,}9941602$

$l \frac{v^2}{4} = 1{,}1703367$

$1{,}1644969$

$- \frac{v^2}{4} \sin 2P = 14'',6$

Or $P = 10^s 10^\circ 18' 45''$

$+ v \sin P = \quad - 44 \quad 25$

Par conséquent l'anomalie moyenne $x = 10 \quad 9 \quad 34 \quad 20$

$- v \sin P + \frac{v^2}{4} \sin 2P = \quad + 44 \quad 10$

et l'anomalie vraie $z = 10 \quad 11 \quad 2 \quad 55$

et l'équation $= \quad 1 \quad 28 \quad 35$

La longitude vraie du soleil au moment de la I observat. $1 \quad 19 \quad 25 \quad 57$

la longitude moyenne $1 \quad 17 \quad 57 \quad 22$

ôtez l'anomalie moyenne $x = 10 \quad 9 \quad 34 \quad 20$

restera la longitude de l'apogée $= 3 \quad 8 \quad 23 \quad 2$

et la plus grande équation $= \quad 1 \quad 56 \quad 29$

§ 27. Ayant trouvé ces déterminations pour le temps de la première observation, nous en pourrons déduire les mêmes observations pour tout autre temps donné, par exemple pour le midi du dernier décembre 1700.

| | Longitude moyenne du soleil | | | | Anomalia moyenne du soleil | | | | Lieu de l'apogée du soleil | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1726 Avril 29 — 4′ | $1^s$ | $17^\circ$ | $57'$ | $22''$ | $10^s$ | $9^\circ$ | $34'$ | $20''$ | $3^s$ | $8^\circ$ | $23'$ | $2''$ |
| ajoutez 4′ | | | | 10 | | | | 10 | | | | |
| A. 1726 Avril 29 midi | 1 | 17 | 57 | 32 | 10 | 9 | 34 | 30 | 3 | 8 | 23 | 2 |
| ôtez 29 jours | 0 | 28 | 35 | 2 | 0 | 28 | 34 | 58 | | | | 4 |
| A. 1726 Avril | 0 | 19 | 22 | 30 | 9 | 10 | 59 | 32 | 3 | 8 | 22 | 58 |
| ôtez l'Avril | 2 | 28 | 42 | 29 | 2 | 28 | 42 | 17 | | | | 12 |
| A. 1726 commencement | 9 | 20 | 40 | 1 | 6 | 12 | 17 | 15 | 3 | 8 | 22 | 46 |
| ôtez 5 ans | 11 | 29 | 47 | 30 | 11 | 29 | 43 | 20 | | | 4 | 10 |
| A. 1721 commencement | 9 | 20 | 52 | 31 | 6 | 12 | 33 | 55 | 3 | 8 | 18 | 36 |
| ôtez 20 ans | 0 | 0 | 9 | 6 | 11 | 29 | 52 | 26 | | | 16 | 40 |
| A. 1701 commencement | 9 | 20 | 43 | 25 | 6 | 12 | 41 | 29 | 3 | 8 | 1 | 56 |

§ 28. Ces déterminations que nous venons de trouver, diffèrent trop des autres tables, pour oser les donner pour parfaites, et il semble que M. Leadbetter ait grand tort, tant en louant si fort son instrument, qu'en rapportant ses observations. Il faudra donc appliquer quelques corrections à ces déterminations. Pour cet effet, je me servirai des places du soleil que Flamsteed a tirées, non pas des hauteurs méridiennes, mais des ascensions droites, cette méthode me paraissant plus sûre, parce qu'elle n'est pas troublée par les réfractions, et principalement parce qu'on peut trouver les lieux du soleil, pendant qu'il n'est pas fort éloigné des solstices, ce qui ne peut pas se pratiquer par les déclinaisons. Ces observations, faites vers les solstices, nous montreront le plus exactement la longitude moyenne du soleil et le lieu de l'apogée, parce que, dans ces saisons, l'équation du centre est fort petite. Ayant ainsi établi plus sûrement le mouvement moyen et le lieu de l'apogée, les observations faites vers les équinoxes serviront à déterminer la plus grande équation. Ces observations tirées des ascensions droites sont les suivantes

| | | | Lieu du soleil | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1689 | Décembre | 17 | $9^s$ | $6^0$ | $34'$ | $4''$ |
| 1690 | Mars | 7 | 11 | 27 | 21 | 48 |
| | Mars | 14 | 0 | 4 | 17 | 18 |
| | Juin | 16 | 3 | 5 | 5 | 7 |
| | Septembre | 15 | 6 | 2 | 45 | 37 |
| 1691 | Mars | 10 | 0 | 0 | 5 | 37 |

§ 29. Pour satisfaire à ces observations autant qu'il est possible, j'ai trouvé qu'il faut établir pour le midi du dernier Décembre 1700 vieux style à Londres

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| la longitude moyenne du soleil | $9^s$ | $20^0$ | $43'$ | $45''$ |
| le lieu de l'apogée . . . . . | 3 | 7 | 43 | 39 |
| l'anomalie moyenne . . . . . | 6 | 13 | 0 | 6 |
| et la plus grande équation . . | | 1 | 56 | 10. |

Ces déterminations comparées avec celles des autres tables tiennent tellement le milieu, qu'on ne saurait presque pas douter de leur justesse. Ensuite, par des raisons ci-dessus alléguées, je supposerai la précession des équinoxes pendant 100 ans de $1^0\,23'\,20''$ ou de $50''$ par an, et l'apogée demeurera fixe par rapport aux étoiles fixes, ou s'éloignera de l'équinoxe du printemps de $50''$ par an. Pour le mouvement moyen du soleil pendant 100 ans, je compterai $45'\ 30''$, d'où suit la quantité d'une année tropique de $365^j\ 5^h\ 48'\ 55''\ 10'''$. De ces hypothèses, j'ai tiré les tables solaires ci-jointes que j'ai en même temps réduites au méridien de Berlin, gardant pourtant le vieux style.

§ 30. Quoiqu'il soit si difficile de faire et de trouver des observations assez exactes pour y asseoir les tables, je crois pourtant que ces tables que j'ai l'honneur de présenter ici seront le moins sujettes à de nouvelles corrections. Elle tiennent le milieu entre les autres tables dont j'ai fait l'énumération, et il est certain que, dans les miennes il se trouve aussi bien des erreurs, tant en excès qu'en défaut. Mais surtout la correction que je tire du lieu de la lune, prouve suffisamment, que sans elle il serait impossible de parvenir à une parfaite harmonie sur cet article, quand même les observations seraient exactes à des secondes près. Car, en négligeant l'effet de la lune, l'intervalle entre deux observations faites dans les mêmes points de l'orbite, nous peut paraître une

fois de 30″ trop grand, une autre fois de 30″ trop petit, selon la position de la lune aux moments des observations. Cette différence, qui peut monter à une minute entière, doit produire une diversité très considérable tant dans la place de l'apogée, que dans l'excentricité; et il semble que c'est la véritable raison, par laquelle certains astronomes ont trouvé l'équation du centre du soleil trop grande, et d'autres trop petite. La place de l'apogée doit être par cette raison encore moins sûre, car une erreur d'une minute dans les observations, en produit bien une d'un demi degré dans le lieu de l'apogée, comme nous avons vu en faisant le calcul sur les observations de Leadbetter. Par là on voit donc plus clairement encore, qu'on ne peut avoir aucune raison de donner à l'apogée un mouvement différent de celui des étoiles fixes, comme j'ai avancé là haut.

§ 31. Pour faire voir l'usage de ces tables, calculons le lieu du soleil vu du centre de la terre, pour le midi vrai du 17 Décembre A. 1689 à Londres. Premièrement, il faut réduire ce temps apparent au temps moyen en y ajoutant 2′. 9″ qui est l'équation du temps; ensuite, comme ces tables sont faites pour le méridien de Berlin, il faut ajouter la différence des méridiens qui est de 54′, de sorte que le temps proposé sera: A. 1689 Décembre 17ʲ + 56′ 9″. Le calcul se fera donc ainsi qu'il suit:

| | Long. moy. du ☉ | | | | Anomalie moy. | | | | Dist. de la ☽ au ☉ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1681 | 9ˢ | 20° | 32′ | 26″ | 6ˢ | 13° | 5′ | 26″ | 8ˢ | 10° | 43′ | 44″ |
| 8 | 0 | 0 | 3 | 39 | 11 | 29 | 56 | 59 | 11 | 11 | 22 | 0 |
| Décembre | 10 | 29 | 12 | 22 | 10 | 29 | 11 | 36 | 3 | 21 | 43 | 35 |
| 17ʲ | 0 | 16 | 45 | 22 | 0 | 16 | 45 | 20 | 6 | 27 | 14 | 34 |
| 56′ 9″ | | | 2 | 18 | | | 2 | 18 | | | 28 | 26 |
| | 9 | 6 | 36 | 7 | 5 | 29 | 1 | 39 | 6 | 11 | 32 | 19 |
| ôtez | | | 2 | 1 | | | | | | | | |
| lieu du ☉ | 9 | 6 | 34 | 6 | *l*. dist. ☉ = 4,992600 | | | | | | | |
| correction | | | | —2 | ôtez 30 | | | | | | | |
| vrai lieu du ☉ | 9 | 6 | 34 | 4 | *l*. dist. ☉ = 4,992570 | | | | | | | |

d'où l'on voit que cette place du soleil s'accorde parfaitement avec l'observation de Flamsteed rapportée au § 28.

§ 32. Soit proposé le midi du 7 Mars 1690 à Londres. L'équation du temps était 8′ 28″ à ajouter, qui avec la différence des méridiens donne A. 1690 Mars 7ʲ 1ʰ 2′ 28″.

| | Longit. moyenne | | | | Anom. moyenne | | | | Dist. de la ☽ au ☉ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1681 | 9ˢ | 20° | 32′ | 26″ | 6ˢ | 13° | 5′ | 26″ | 8ˢ | 10° | 43′ | 44″ |
| 9 | 11 | 29 | 49 | 19 | 11 | 29 | 41 | 49 | 3 | 20 | 59 | 23 |
| Mars | 1 | 28 | 9 | 11 | 1 | 28 | 9 | 3 | 11 | 29 | 15 | 15 |
| 7ʲ | 0 | 6 | 53 | 59 | 0 | 6 | 53 | 58 | 2 | 25 | 20 | 7 |
| 1ʰ 2′ 28″ | | | 2 | 34 | | | 2 | 34 | | | 31 | 43 |
| | 11 | 25 | 27 | 29 | 8 | 17 | 52 | 50 | 2 | 26 | 50 | 12 |
| ajoutez | | 1 | 54 | 3 | | | | | | | | |
| Lieu du ☉ | 11 | 27 | 21 | 32 | *l*. dist. = 4,998577 | | | | | | | |
| Correction | | | | + 15 | ajoutez 2 | | | | | | | |
| Vrai lieu du ☉ | 11 | 27 | 21 | 47 | *l*. dist. ☉ = 4,998579 | | | | | | | |

ici l'on trouve aussi un parfait accord à une seconde près.

§ 33. Soit proposé le midi du 14 Mars 1690 à Londres, époque pour laquelle l'équation du temps se trouve 6′ 19″ à ajouter, et partant le temps moyen à Berlin sera A. 1690 Mars 14ʲ 60′ 19″, donc en prenant de l'exemple précédent le mouvement moyen jusqu'au mois de Mars, nous aurons

| | Longit. moyenne | | | | Anom. moyenne | | | | Dist. de la ☽ au ⊙ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1690 | | | | | | | | | | | | |
| Mars | 11ˢ | 18⁰ | 30′ | 56″ | 8ˢ | 10⁰ | 56′ | 18″ | 0ˢ | 0⁰ | 58′ | 22″ |
| 14ʲ | 0 | 13 | 47 | 57 | 0 | 13 | 47 | 55 | 5 | 20 | 40 | 14 |
| 60′ 19″ | | | 2 | 28 | | | 2 | 28 | | | 30 | 37 |
| | 0 | 2 | 21 | 21 | 9 | 24 | 46 | 41 | 5 | 22 | 9 | 23 |
| ajoutez | | 1 | 55 | 52 | | | | | | | | |
| lieu du ⊙ | 0 | 4 | 17 | 13 | log. de la dist. = 4,999455 | | | | | | | |
| correction | | | | + 2 | retranchez 31 | | | | | | | |
| Vrai lieu du ⊙ | 0 | 4 | 17 | 15 | log. de la dist. = 4,999424 | | | | | | | |

où la différence de 3″ est peu considérable.

§ 34. Considérons le midi vrai du 16 Juin 1690 à Londres, où l'équation du temps est 2′ 12′ à ajouter, de sorte que le temps réduit à nos tables sera A. 1690 Juin 16ʲ 56′ 12″

| | Longit. moyenne | | | | Anom. moyenne | | | | Dist. de la ☽ au ⊙ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1690 | 9ˢ | 20⁰ | 21′ | 45″ | 6ˢ | 12⁰ | 47′ | 15″ | 0ˢ | 1⁰ | 43′ | 7″ |
| Juin | 4 | 28 | 49 | 57 | 4 | 28 | 49 | 37 | 1 | 10 | 48 | 10 |
| 16ʲ | | 15 | 46 | 13 | | 15 | 46 | 11 | 6 | 15 | 3 | 7 |
| 56′ 12″ | | | 2 | 18 | | | 2 | 18 | | | 28 | 27 |
| | 3 | 5 | 0 | 13 | 11 | 27 | 25 | 21 | 7 | 28 | 2 | 51 |
| ajoutez | | | 5 | 7 | | | | | | | | |
| lieu du ⊙ | 3 | 5 | 5 | 20 | *l.* de la dist. = 5,007269 | | | | | | | |
| correction | | | | — 12 | retranchez 17 | | | | | | | |
| Vrai lieu du ⊙ | 3 | 5 | 5 | 8 | *l.* de la dist. = 5,007252 | | | | | | | |

ici la différence n'est que d'une seconde.

§ 35. Cherchons aussi le lieu du soleil pour le 15 Septembre A. 1690 midi vrai à Londres. L'équation du temps étant 8′ 30″ à ôter, ce temps sera à Berlin A. 1690 Septembre 15ʲ 45′ 30″

| | Longit. moyenne | | | | Anom. moyenne | | | | Dist. de la ☽ au ⊙ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1690 | 9ˢ | 20⁰ | 21′ | 45″ | 6ˢ | 12⁰ | 47′ | 15″ | 0ˢ | 1⁰ | 43′ | 7″ |
| Septembre | 7 | 29 | 30 | 43 | 7 | 29 | 30 | 10 | 2 | 22 | 21 | 7 |
| 15ʲ | 0 | 14 | 47 | 5 | 0 | 14 | 47 | 3 | 6 | 2 | 51 | 40 |
| 45′ 30″ | | | 1 | 52 | | | 1 | 52 | | | 23 | 6 |
| | 6 | 4 | 41 | 25 | 2 | 27 | 6 | 20 | 8 | 27 | 19 | 0 |
| ôtez | | 1 | 55 | 52 | | | | | | | | |
| lieu du ⊙ | 6 | 2 | 45 | 33 | log. dist. = 5,000485 | | | | | | | |
| correction | | | | — 15 | — 2 | | | | | | | |
| Vrai lieu du ⊙ | 6 | 2 | 45 | 18 | log. dist. = 5,000383 | | | | | | | |

ici se trouve une différence de 19″ qui demanderait bien encore une correction des tables, si nous pouvions compter sur la sûreté de l'observation; mais ces 19 secondes ne comportant dans l'ascen-

sion droite que 17″, et dans le temps seulement une seconde. Si nous supposions la plus grande équation de 1° 56′ 0″, le calcul s'approcherait de l'observation de 10″, de sorte que la différence se réduirait à 9″, et alors, dans l'exemple du § 32, la différence serait de 10″, et dans celui du § 33 de 13″. Dans les autres exemples l'accord demeurerait le même.

§ 36. Examinons aussi la dernière observation de Flamsteed faite en 1691 le 10 Mars. L'équation du temps était 7′ 40″ à ajouter, d'où nous obtenons le temps proposé

A. 1691 Mars $10^j\, 1^h\, 1'\, 40''$

| | Longit. moyenne | | | | Anom. moyenne | | | | Dist. de la ☽ au ☉ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1681 | $9^s$ | $20^0$ | $32'$ | $26''$ | $6^s$ | $13^0$ | $5'$ | $26''$ | $8^s$ | $10^0$ | $43'$ | $44''$ |
| 10 | 11 | 29 | 34 | 59 | 11 | 29 | 26 | 39 | 8 | 0 | 36 | 47 |
| Mars | 1 | 28 | 9 | 11 | 1 | 28 | 9 | 3 | 11 | 29 | 15 | 15 |
| $10^j$ | 0 | 9 | 51 | 23 | 0 | 9 | 51 | 22 | 4 | 1 | 54 | 27 |
| $1^h\ 1'\ 40''$ | | | 2 | 32 | | | 2 | 32 | | | 31 | 0 |
| | 11 | 28 | 10 | 31 | 8 | 20 | 35 | 2 | 8 | 13 | 1 | 13 |
| ajoutez | | 1 | 54 | 59 | | | | | | | | |
| lieu du ☉ | 0 | 0 | 5 | 30 | log. dist. = 4,998920 | | | | | | | |
| correction | | | | — 15 | — 9 | | | | | | | |
| Vrai lieu | 0 | 0 | 5 | 15 | log. dist. = 4,998911 | | | | | | | |

Ici la différence monte à 22″ et elle deviendrait encore plus grande, si nous diminuions la plus grande équation de 10″; et par conséquent, la raison cesse qui aurait pu nous engager à diminuer l'équation du centre du soleil.

§ 37. Parce qu'il y a quelques observations qui s'accordent parfaitement avec le calcul, et d'autres qui s'en écartent d'environ 20″, il sera à propos de faire une telle compensation, afin que l'aberration ne surpasse, dans aucun des cas examinés, 10 ou 12 secondes; car il n'est pas à présumer que toutes les fautes soient ramassées dant une ou deux observations, tandis que les autres seraient entièrement exactes. Supposons donc qu'il y eût aussi dans les premières observations quelques fautes, et pour accommoder les tables autant que possible aux observations, je trouve que cela peut se faire le plus convenablement, en ajoutant 10″ à la longitude moyenne et 6′ 10″ aux anomalies moyennes pour les époques marquées, et qu'il ne faut rien changer dans la table des équations, de sorte que la plus grande équation demeure 1° 56′ 10″. En faisant ces corrections, on trouvera pour les temps des observations de Flamsteed les lieux du soleil suivants:

| | | | Lieux observés | | | | Lieux calculés | | | | Diff. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1689 | Décembre | 17 | $9^s$ | $6^0$ | $34'$ | $4''$ | $9^s$ | $6^0$ | $34'$ | $2''$ | + 2″ |
| 1690 | Mars | 7 | 11 | 27 | 21 | 48 | 11 | 27 | 21 | 58 | — 10 |
| | Mars | 14 | 0 | 4 | 17 | 18 | 0 | 4 | 17 | 26 | — 8 |
| | Juin | 16 | 3 | 5 | 5 | 7 | 3 | 5 | 5 | 6 | + 1 |
| | Septembre | 15 | 6 | 2 | 45 | 37 | 6 | 2 | 45 | 27 | + 10 |
| 1691 | Mars | 10 | 0 | 0 | 5 | 37 | 0 | 0 | 5 | 27 | + 10 |

§ 38. Si Flamsteed, en faisant ces observations, ne s'était pas trompé d'une seconde entièr en temps dans les ascensions droites, on pourrait assurer que ces corrections doivent être parfaite

ment d'accord avec la vérité. C'est donc sur ces corrections que j'ai dressé les tables solaires ci-jointes, et j'espère qu'elles satisferont aux observations plus exactement, qu'aucunes autres, pourvu qu'on ne néglige pas la correction tirée du lieu de la lune. Au reste, ces tables sont construites sur le méridien de Berlin selon le vieux style, au temps courant astronomique, comme les tables de Street ou de Flamsteed. J'ai aussi calculé de nouveau la table des équations de 5 à 5 degrés, ayant remarqué que celles, dont on se sert communément, sont fausses en quelques endroits de 2 ou 3 secondes. Les époques avant J.-C. ont été rangées, comme on le fait pour les logarithmes négatifs, en mettant 10001 pour la première année de J.-C. afin qu'on puisse soustraire autant d'années qu'on voudra. Par exemple, si l'on voulait calculer un lieu du soleil pour l'an 158 avant J.-C., on n'a qu'à ôter ce nombre de 10001, et chercher le reste 9843 dans les tables, en prenant l'époque 9801 et en y ajoutant 42 ans. Faisons le calcul pour cette même année, le 26 Septembre $22^h\ 30'$, temps auquel Hipparque a supposé que l'équinoxe était arrivé:

| | Longit. moyenne | | | | Anomalie moyenne | | | | Dist. de la ☽ au ⊙ | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 9801 | $9^s$ | $6^0$ | $17'$ | $12''$ | $6^s$ | $25^0$ | $2'$ | $52''$ | $10^s$ | $9^0$ | $32'$ | $10''$ |
| 40 | | | 18 | 12 | 11 | 29 | 44 | 52 | 8 | 26 | 50 | 2 |
| 2 | 11 | 29 | 31 | 20 | 11 | 29 | 29 | 40 | 8 | 19 | 14 | 47 |
| Septembre | 7 | 29 | 30 | 43 | 7 | 29 | 30 | 10 | 2 | 22 | 21 | 7 |
| 26$^j$ | 0 | 25 | 37 | 37 | 0 | 25 | 37 | 34 | 10 | 16 | 57 | 33 |
| $22^h$ | | | 54 | 13 | | | 54 | 13 | | 11 | 10 | 29 |
| $30'$ | | | 1 | 14 | | | 1 | 14 | | | 15 | 14 |
| | 6 | 2 | 10 | 31 | 3 | 20 | 20 | 35 | 5 | 16 | 21 | 22 |
| retranchez | | 1 | 49 | 42 | | | | | | | | |
| | 6 | 0 | 20 | 49 | | | | | | | | |
| ajoutez | | | | 3 | | | | | | | | |
| Vrai lieu du ⊙ | 6 | 0 | 20 | 52 | | | | | | | | |

Ainsi l'équinoxe est arrivé 9 heures plus tôt qu'Hipparque n'a cru, ce qui est très probable à cause des réfractions et de l'élévation du pôle dont les unes n'étaient absolument pas connues, et l'autre ne l'était pas assez précisément.



XV.

# De emendatione tabularum lunarium per observationes Eclipsium lunae.

---

§ 1. Tabulae lunares, quas ex theoria derivavi, correctione indigent ex observationibus petenda. Etsi enim motus medius tam lunae quam anomaliae et nodi pro dato temporis intervallo, nisi id forte nimis sit magnum, satis accurate cognoscatur, tamen hae res pro data quadam epocha minus certae sunt habendae, quoniam ex ipsa inaequalitate motus lunae concluduntur, quae si alia statuatur, ac vulgo assumi solet, utique non exiguam variationem inducere valet. Praeterea vero ipsa excentricitas orbitae lunaris, a qua aequatio prima cum quarta et quinta pendet, nondum satis exacte definita videtur, cum in ipsa solis orbita, cujus excentricitas determinatu longe est facilior, non parvum discrimen tabulas solares distinguat. Excentricitas autem orbitae lunae ex maximis differentiis locorum lunae observatorum a locis mediis ad eadem tempora collectis, definiri solet; quae methodus certa esset, si aberratio lunae a loco medio a sola excentricitate proficisceretur: verum cum etiam in eclipsibus, ubi pleraeque reliquarum inaequalitatum evanescunt, anomalia solis non parum lunae locum afficiat, hujus effectum ante cognitum esse oporteret, quam ex discrepantiis maximis locorum lunae observatorum et mediorum aequationem excentricitatis maximam concludere liceat.

§ 2. Aequatio autem lunae, quae ab anomalia solis media, seu ab ejus distantia a terra oritur, imprimis a vera solis a terra distantia pendet, atque parallaxi solis horizontali proxime est proportionalis. Hinc Newtonus, qui parallaxin solis horizontalem 10″ assumit, maximam lunae aequationem annuam statuit 11′49″. Cassinus autem eam aliquanto minorem assumit. Ego vero, recentissimas Astronomorum Parisiensium decisiones secutus, quibus parallaxis solis horizontalis quasi $12\frac{1}{2}''$ est inventa, maximam aequationem lunae annuam 12′53″ constitui. In syzygiis autem ea ob aequationes VI et VII augetur 19″, ita ut his lunae positionibus maxima aequatio annua mihi fiat 13′12″. Quod si ergo parallaxis solis horizontalis nondum satis accurate sit detecta, etiam haec aequatio lunae annua correctione opus habebit; unde vicissim, si eam ex observationibus lunae exacte definire

licuerit, inde vera parallaxis solis horizontalis concludi poterit, haecque certissima videtur via ad cognitionem verae parallaxis solis horizontalis perveniendi.

§ 3. Deinde mihi quidem eo magis ad observationes confugiendum est, si tabulas meas lunares perficere velim, quod ad aequationes septem loci lunae exhibitas adhuc adjici debet octava, cujus argumentum obtinetur, si a dupla distantia solis a luna subtrahatur dupla anomalia lunae excentrica. Calculum enim ex theoria instituens facile perspexi, hanc aequationem tantam fieri, ut sine errore rejici nequeat, sed ad ejus quantitatem definiendam tam prolixi et molesti calculi mihi subeundi fuissent, ut ad hunc laborem suscipiendum me determinare non potuerim. Eo autem me facilius supersedere posse sum arbitratus, quoniam haec ipsa inaequalitas ex observationibus concludi posset, in quo si quidem reliquae aequationes sint cognitae, non admodum errari poterit. Cum enim ostenderim, hanc correctionem sinui anguli, qui remanet, si dupla anomalia lunae excentrica a dupla distantia solis a luna subtrahatur, esse proportionalem, ea maxima erit, si iste angulus residuus fuerit rectus; quod in syzygiis evenit, si anomalia lunae excentrica fuerit vel $45^0$, vel $135^0$, vel $225^0$, vel $315^0$. Quando autem ipsa aequatio elliptica est maxima, illa aequatio evanescit; unde investigatio maximae aequationis ellipticae ab ista aequatione etiamnum incognita non impeditur. Siquidem Tabulis lunae Cassinianis fidem adhibeamus, is hanc inaequalitatem jam animadvertit, eamque, ubi maxima est, statuit $4'$, quae in sex prioribus signis ad locum lunae addi, in sex posterioribus vero ab eo subtrahi debeat.

§ 4. Ne autem multitudo aequationum correctionem tabularum mearum per observationes instituendam impediat, conveniet ejusmodi tantum observationes in hunc finem adhiberi, quae in syzygiis sint institutae; tum enim, ob distantiam solis a luna vel $0^0$, vel $180^0$, omnes aequationes ad duas tantum reducuntur, quarum altera ab anomalia lunae media, altera ab anomalia solis media pendet: quae binae, si fuerint per observationes emendatae, simul omnes aequationum tabulae, quae ad lunae positionem quamcunque spectant, inde corrigi poterunt. Condantur enim ex meis tabulis istae binae ad syzygias accomodatae tabulae, atque in ea, quae ab anomalia solis media pendet, aequatio maxima erit $13'12''$, in altera vero, cujus argumentum est anomalia lunae media, maxima aequatio erit $5^0 1' 44''$. Quae si observationibus debito modo collatis major minorve reperiatur, in eadem ratione aequationes tabularum I, IV et V augeri minuive debebunt. Simili modo, si aequatio solaris maxima deprehendatur major minorve quam $13'12''$, aequationes tabularum II, VI et VII proportionaliter immutandae erunt.

§ 5. Cum autem nullae observationes lunae in syzygiis factae sint certiores, quam eae, quae ex eclipsibus lunae deducuntur, ex quibus quemadmodum loca lunae accurate concludi oporteat, deinceps docebo: Colligantur tot hujusmodi loca lunae ex accuratissimis eclipsium lunae observationibus, quot quidem intervallo unius duorumve seculorum ultimorum obtineri possunt. Quo plures enim hujusmodi loca lunae in subsidium vocantur, eo magis conclusiones, quae inde formantur, veritati erunt consentaneae. Neque tamen ad nimis antiquas observationes regredi velim, cum quod eae non satis studiose sint institutae, tum vero imprimis, quod locus lunae medius pro nimis magno temporis spatio non satis cognitus videtur. Collecto ergo ingenti hujusmodi observationum lunae numero, ad singularum momenta computentur lunae loca media, simulque ob usum infra indican-

dum loca nodi media; eaque per tabulam aequationum ab anomalia solis pendentium corrigantur, ut prodeant lunae loca jam ob actionem solis correcta, quae amplius nulla alia correctione praeter eam, quae ab anomalia lunae media pendet, indigeant.

§ 6. Hoc labore expedito notentur differentiae inter loca lunae vera, seu ex observationibus conclusa, et loca modo computata; quae differentiae mox erunt affirmativae, mox negativae. Tum quaeratur maxima differentia tam affirmativa quam negativa, quas proxime tum evenisse manifestum est, cum aequatio ab anomalia lunae media pendens fuerit maxima, tam addenda quam subtrahenda. Inter tot enim lunae observationes probabile est quasdam existere, in quibus aequatio ab anomalia media lunae pendens fuerit fere maxima, tam addenda quam subtrahenda. Etiamsi enim haec loca aliquot gradibus distent ab iis punctis, ubi aequatio est maxima; tamen quia aequatio circa haec puncta non notabiliter variatur, error ultra aliquot minuta secunda exsurgere nequit. Quin etiam si binae notatae maximae differentiae in eandem anni tempestatem incidant, incertitudo aequationis primae solaris jam adhibitae conclusionem non afficiet: quare si numerus observationum fuerit satis grandis, expediet eas binas maximas differentias, alteram affirmativam, alteram negativam elegisse, quae vel in eandem anni tempestatem incidant, vel saltem ejusmodi temporibus sint factae, quibus aequatio solaris proxime fuerit eadem: ut discrimen tantum utriusque aequationis solaris in computum veniat, quod si fuerit parvum, non differret, etiamsi maxima aequatio solaris notabiliter abhorreat a veritate.

§ 7. Cum autem hoc modo binae maximae differentiae inter loca lunae observata et computata fuerint erutae, addantur ambae in unam summam, cujus semissis aequabitur aequationi maximae ab anomalia lunae pendenti, quae si fuerit $5^0\,1'\,44''$, tabulae meae correctionum I, IV et V erunt veritati conformes: si quidem utrique loco maxima aequatio respondeat; sin autem luna aliquantillum ab his punctis abfuerit, tum illa differentiarum semisumma aliquanto minor erit quam aequatio maxima, ex quo facile usu venire potest, ut aequatio maxima aliquot minutis secundis major sit, quam hoc modo prodit; fieri autem nequit, ut sit minor. Error tamen ultra aliquot minuta secunda exsurgere nequit. Hincque si ad illam semisummam aliquot minuta secunda addantur, aequatio maxima satis exacte erit cognita: quae si discrepet a nostra $5^0\,1'\,44''$, facile erit tabulas nostras I, IV et V emendare, easque omnibus numeris absolutas efficere.

§ 8. Inventa autem aequatione maxima, quia ea binis illis observationibus, quibus maximum discrimen est deprehensum, convenire debet, si ea in altera addatur, in altera subtrahatur a loco lunae computato, ipse locus observatus resultare debebit utrinque. Quodsi secus eveniat, id indicio erit loca lunae media non recte fuisse assumta, hincque error corrigi poterit; ita ut ad haec tempora lunae locus medius innotescat. Cum igitur motum medium cognitum assumamus, saltem ad non nimis magnum temporis intervallum, hoc modo loca lunae media ad singulas epochas, quae in tabulis habentur, emendari poterunt. Atque hae correctiones recte se habebunt, si prior lunae aequatio ab anomalia media solis pendens recte se habeat: haec enim si fuerit erronea, tantumdem correctio illa locorum mediorum a veritate discrepabit. Sin autem forte acciderit, ut binae illae electae observationes prope solis apogaeum vel perigaeum sint positae, tum ob ipsam aequationem solarem minimam hinc nullus error in determinationem locorum mediorum redundabit. Verum si aequatio solaris fer-

sit maxima, praestabit correctionem locorum mediorum tantisper differre, donec ipsa haec aequatio solaris exactius fuerit definita.

§ 9. Si in memoratis illis duabus observationibus aequatio ab anomalia media lunae pendens revera esset maxima, hinc pro iis temporibus anomalia lunae media exacte innotesceret; quia vero anomalia media facile aliquot gradibus ab ea, cui aequatio maxima respondet, discrepare potest, haec via minus est tuta. Hancobrem praestabit inter omnes collectas observationes eas seligere, quae a locis computatis minime differant: et cum hujus generis sine dubio plures occurrant, ex his eas eligere, quibus aequatio solaris proxime aequalis fuerit ei, quae pro locis illis binis prioribus erat inventa. Tum locus lunae medius huic observationi assignatus corrigatur eo modo, quem ante indicavimus; etiamsi enim hic modus per se non est tutus, tamen ob aequalitatem aequationum solarium hic nullum errorem parit. Tum discrimen inter locum lunae computatum sicque correctum et locum observatum dabit aequationem convenientem ab anomalia media lunae pendentem, quae cum sit parva, et anomalia lunae fere vel 0°, vel 180°, ea ab aequatione nobis adhuc incognita non afficietur. Innotescet ergo ex quantitate hujus aequationis anomalia media huic observationis tempori conveniens.

§ 10. Quodsi hoc modo anomalia media lunae unicuidem temporis momento respondens fuerit inventa, nisi forte simili modo pro alio quopiam tempore anomalia lunae media determinari queat, ex motu anomaliae, seu motu apogaei jam satis exacte cognito anomalia lunae media ad quodvis tempus assignari poterit. Atque cum simul ex aequatione maxima inventa tabula aequationum ab anomalia lunae media pendentium corrigi queat, si deinceps in aliis anni tempestatibus ejusmodi eligantur observationes, quibus aequatio ab anomalia lunae media pendens vel propemodum nulla, vel fere maxima conveniat, quoniam his casibus aequatio etiamnunc incognita fere evanescit, hinc loca lunae media per hanc jam aequationem corrigendo, ex eorum dissensu ab observationibus tam longitudo media lunae quam aequatio ab anomalia solis pendens definiri poterit. Hocque eo facilius praestabitur, si observationes mensibus Martio et Septembri institutae inter se conferantur; quia enim utraque tempestate aequatio solaris fit maxima, priori subtrahenda, altera addenda, hinc ipsa maxima aequatio solaris facile eruitur. Vel eligantur observationes circa solstitia factae ejusmodi, ut pro iis anomalia lunae media sit prope 0°, vel 90°, vel 180°, vel 270°, et quia his temporibus nostra tabula aequationum solarium non sensibiliter a veritate discrepat, vera longitudo lunae media ad quodvis tempus cognoscetur.

§ 11. Correctis autem hoc pacto tabulis tam mediorum motuum quam aequationum tum a lunae tum a solis anomalia media pendentium, quaerantur ex collecta observationum copia ejusmodi lunae loca, quibus anomalia media lunae fere est 45°, vel 135°, vel 225°, vel 315°; quippe quibus aequatio etiamnum incognita fit maxima, pro hisque temporibus ex tabulis ante correctis computentur lunae loca, quorum discrimen ab observatis indicabit aequationem maximam incognitam: pro tabula, cujus argumentum est dupla distantia solis a luna, demta dupla lunae anomalia excentrica. Nisi autem ejusmodi observationes suppetant, quibus haec aequatio exacte fit maxima; ex cognita aequatione cuivis argumento hujus tabulae respondente ipsa aequatio maxima colligetur. Sunt enim hae aequationes proxime ut sinus anomaliae lunae excentricae bis sumtae, unde si aequatio haec pro qualibet anomalia excentrica habeatur, simul non solum maxima, sed etiam integra haec tabula facile construetur.

§ 12. Neque vero ex eclipsibus lunaribus tam plane loca lunae derivare licet, ut nulla circumspectione sit opus. Momentum enim verae oppositionis, quo centrum lunae secundum longitudinem revera centro solis opponitur, ex observationis circumstantiis nonnisi satis molestò calculo derivatur. Observari autem in quaque eclipsi solent principium ac finis, inter quae momenta medium capiendo non oppositionis verae, sed maximae obscurationis tempus prodit, quod idem tempus, si vel initii vel finis observatio deficiat, ex binis aequalibus phasibus ante ac post maximam obscurationem observatis medium sumendo reperitur. Quodsi ergo horologium accuratissime fuerit vel ad tempus verum, vel ad medium accomodatum, ejusque beneficio tam initium quam finis eclipseos, vel binae phases aequales notentur, inde verum eclipsis tempus medium seu maximae obscurationis momentum cognoscetur. Si igitur pro hoc ipso momento locus solis computetur, ejus punctum oppositum non quidem dabit lunae longitudinem, sed tamen locus lunae pro eodem tempore non difficulter definiri potest.

§ 13. Facillime quidem veroque satis prope locus lunae momento mediae eclipseos sequenti modo definitur. Repraesentet (Fig. 203.) recta ☊$C$ eclipticam, ☊$P$ orbitam centri lunae, ita ut sit ☊ nodus lunae ascendens. Tum computetur pro momento mediae eclipseos locus solis, cujus punctum oppositum sit $C$, simulque colligatur ex tabulis lunaribus locus nodi ☊ pro eodem momento, ut habeatur distantia puncti $C$ a nodo. Etsi enim tabulae pro nodo quoque correctione forte indigeant, tamen tuto assumere licet, eas non tantopere a veritate abhorrere, ut error inde pro nostro scopo oriundus ullam attentionem mereatur. Si enim error in loco nodi commissus vel ad integrum gradum assurgeret, cum tamen vix ad 2 minuta assurgere queat, in loco lunae non ultra $15''$ aberraretur. Deinde cum motus solis sit tardissimus, assumamus tempore totius eclipsis centrum umbrae in eodem puncto $C$ haesisse, quae quidem assumtio nimis est libera, sed deinceps errorem ex ea ortum investigemus.

§ 14. Initio porro eclipsis ponamus centrum lunae fuisse in $L$, fine vero eclipsis in $l$, quae puncta in recta ☊$P$ posita ita erunt comparata, ut utraque distantia $CL$ vel $Cl$ aequalis sit summae radiorum umbrae et lunae. Quare centrum lunae ab initio eclipsis ad finem usque spatium $Ll$ in sua orbita descripsisse erit censendum; quod cum factum sit motu uniformi, tempore mediae eclipsis centrum lunae in puncto $P$ extitisse necesse est, ita ut sit $PL = Pl$. Ex quo manifestum est rectam $CP$ in orbitam lunae fore perpendicularem. Si igitur simili modo punctum $C$ ad orbitam lunarem reducatur, quo vulgo locus lunae ad eclipticam reduci solet, quod fiet si longitudo nodi ☊ a longitudine puncti $C$ subtrahatur, atque residuum tamquam argumentum latitudinis in tabula reductioni lunae quaeratur, et aequatio respondens prout titulus tabulae prae se fert, ad locum puncti $C$ vel addatur, vel inde subtrahatur, prodibit locus puncti $P$ in orbita lunae, ubi centrum lunae tempore mediae eclipseos versabatur. Hinc ergo invenitur pro isto temporis momento locus lunae in orbita qui cum loco lunae ex tabulis computato, neglecta scilicet reductione ad eclipticam, convenire deberet si quidem tabulae essent perfectae.

§ 15. Hic autem non solum motus centri umbrae $C$ rationem praetermisimus, sed etiam sphaericitatis nullam habuimus rationem. Quem utrumque defectum ut suppleamus, repraesentet (Fig. 20… in superficie sphaerica circulus ☊$C$ eclipticam, et alter circulus ☊$P$ orbitam lunae; sitque in figura ☊ nodus ascendens, cujus locum, etsi est variabilis, tamen ob motus tarditatem summam, quamdiu

eclipsis durat, pro fixo habere poterimus. Initio igitur eclipsis fuerit centrum umbrae in $A$, et centrum lunae in $L$, in fine autem sit centrum umbrae in $a$, et centrum lunae in $l$, erunt intervalla $AL$ et $al$ aequalia semisummae diametrorum umbrae ac lunae. Quodsi jam ob utrumque motum uniformem, spatia $Aa$ et $Ll$ bisecentur in $C$ et $O$, exhibebit $C$ locum centri umbrae, et $O$ locum centri lunae ipso medio eclipseos tempore. Demittatur quoque ex $C$ in orbitam lunae perpendiculum $CP$, moxque patebit puncta $O$ et $P$ esse diversa, eorumque distantiam determinabimus.

§ 16. Sit angulus ☊ seu inclinatio orbitae lunaris ad eclipticam $=\alpha$, quam in eclipsibus constat esse $=5^0\,17'$, ac pro medio eclipsis tempore ponatur ☊$C=a$, ☊$O=x$; deinde sit tempore dimidio eclipsis spatium a centro umbrae percursum $CA=Ca=m$, et spatium a luna emensum $OL=Ol=n$, erit ☊$A=a-m$, ☊$a=a+m$, ☊$L=x-n$ et ☊$l=x+n$, hinc ex triangulo sphaerico $A$☊$L$ reperitur

$$\cos AL=\cos\alpha\sin(a-m)\sin(x-n)+\cos(a-m)\cos(x-n)$$

atque triangulum $a$☊$l$ praebebit

$$\cos al=\cos\alpha\sin(a+m)\sin(x+n)+\cos(a+m)\cos(x+n)$$

Cum igitur sit $AL=al$, erit

$$\cos\alpha\sin(a-m)\sin(x-n)+\cos(a-m)\cos(x-n)=\cos\alpha\sin(a+m)\sin(x+n)+\cos(a+m)\cos(x+n).$$

Ex qua aequatione arcus ☊$O=x$ definiri potest.

§ 17. Si nunc pro sinubus et cosinubus summae et differentiae arcuum substituantur eorum valores, terminique se destruentes omittantur, sequens prodibit aequatio:

$$\sin a\cos x\sin m\cos n+\cos a\sin x\cos m\sin n=\cos\alpha\,(\sin a\cos x\cos m\sin n+\cos a\sin x\sin m\cos n)$$

quae ob $\frac{\sin a}{\cos a}=\operatorname{tang} a$, $\frac{\sin x}{\cos x}=\operatorname{tang} x$, $\frac{\sin m}{\cos m}=\operatorname{tang} m$ et $\frac{\sin n}{\cos n}=\operatorname{tang} n$ transit in hanc formam

$$\operatorname{tang} a\operatorname{tang} m+\operatorname{tang} x\operatorname{tang} n=\cos\alpha\operatorname{tang} a\operatorname{tang} n+\cos\alpha\operatorname{tang} x\operatorname{tang} m$$

ex qua proinde reperitur

$$\operatorname{tang} x=\frac{\operatorname{tang} a\,(\cos\alpha\operatorname{tang} n-\operatorname{tang} m)}{\operatorname{tang} n-\cos\alpha\operatorname{tang} m}.$$

Quia vero arcus $m$ est minimus, et $n$ ultra aliquot gradus non ascendit, erit sine errore $\operatorname{tang} m:\operatorname{tang} n=m:n$, hoc est ut motus horarius centri umbrae seu solis ad motum horarium lunae. Hac ergo ratione cognita erit

$$\operatorname{tang} x=\frac{\operatorname{tang} a\,(n\cos\alpha-m)}{n-m\cos\alpha}=\operatorname{tang}\text{☊}O.$$

§ 18. Est vero ex triangulo ☊$CP$ ad $P$ rectangulo tang ☊$P=\operatorname{tang} a\cos\alpha$; unde patet punctum $O$ non in punctum $P$ incidere, ideoque modum ante traditum, locum lunae tempore medio eclipsis investigandi, a veritate recedere. Ex formula autem inventa pro tempore mediae eclipsis locus lunae in orbita invenietur, si modo constet distantia ☊$C=a$ (quae obtinetur si locus nodi a longitudine centri umbrae, quod centro solis est oppositum, subtrahatur, quae differentia argumen-

tum latitudinis appelletur) et ratio motuum horariorum $m$ et $n$. Quia vero discrimen inter $\Omega C = a$ et $\Omega O = x$ est minimum, hoc ipsum definiamus, ut pateat, quantum a longitudine centri umbrae $C$ subtrahi debeat, quo prodeat locus puncti $O$, seu locus centri lunae in sua orbita tempore mediae eclipsis. Erit ergo

$$\operatorname{tang}(\Omega C - \Omega O) = \frac{\operatorname{tang} a - \operatorname{tang} x}{1 + \operatorname{tang} a \operatorname{tang} x}$$

et quia $x$ proxime ipsi $a$ aequalis est, neglecto discrimine minimo erit

$$\operatorname{tang}(\Omega C - \Omega O) = \frac{\operatorname{tang} a - \operatorname{tang} x}{1 + \operatorname{tang}^2 a} = (\operatorname{tang} a - \operatorname{tang} x)\cos^2 a.$$

§ 19. Substituto ergo valore pro $\operatorname{tang} x$ ante invento erit

$$\operatorname{tang}(\Omega C - \Omega O) = \frac{(m+n)(1-\cos a)\operatorname{tang} a \cos^2 a}{n - m\cos a}.$$

Jam ob $\operatorname{tang} a = \frac{\sin a}{\cos a}$, $1 - \cos a = 2\sin^2 \frac{1}{2} a$ et $\sin a \cos a = \frac{1}{2}\sin 2a$ erit

$$\operatorname{tang}(\Omega C - \Omega O) = \frac{(n+m)\sin^2\frac{1}{2}a \,.\, \sin 2a}{n - m\cos a}$$

cui expressioni ipsa differentia arcuum $\Omega C - \Omega O$ erit aequalis, ita ut sit

$$\Omega C - \Omega O = \frac{(n+m)\sin^2\frac{1}{2}a}{n - m\cos a}\cdot \sin 2a.$$

Si ergo haec particula a longitudine centri umbrae subtrahatur, prodibit locus lunae in orbita, cum quo locum ex tabulis inventum pro medio eclipsis tempore comparari oportet, sicque ex dissensu locorum lunae ex tabulis inventorum et locorum modo hic exposito ex eclipsibus conclusorum correctio ante explicata tabularum erit instituenda.

§ 20. Cum jam angulus $a$ sit $= 5^0 17'$, atque ob $n$ prae $m$ valde magnum, pro ratione $m:n$ ratio mediorum motuum solis et lunae tuto assumi queat, erit

$$m : n = 148'' : 1976'' \text{ et } m\cos a = 147'',$$

unde $\frac{n+m}{n - m\cos a} = \frac{2124}{1829}$, ejusque logarithmus : 0,0649408;

addatur : $7,3271986 = 2l\sin a$

prodit $7,3921394 = l\frac{n+m}{n - m\cos a}\sin^2 a$

ad quem logarithmum insuper addi debet $l \,.\, \sin 2a$, ut prodeat logarithmus particulae $\Omega C - \Omega O$ quae ut in minutis secundis expressa prodeat, subtrahatur hic logarithmus : 4,6855749, seu ad log sin $2a$ addatur hic logarithmus : 2,7065645, prodibitque logarithmus correctionis quaesitae in minuti[s] secundis expressae.

§ 21. Hinc igitur sequentem tabulam supputavi, cujus argumentum habetur, si a loco so[li] opposito subtrahatur longitudo nodi ascendentis : ex qua inventa aequatio loco soli opposito vel ad[di] vel subtrahi debet, prout titulus monstrat, ut obtineatur verus lunae locus in sua orbita med[iae] eclipsis tempore

## Tabula aequationis

loco soli opposito applicanda, ut prodeat lunae locus in orbita tempore medio eclipsis.

*Argumentum.* Subtrahatur longitudo nodi a longitudine solis.

| Grad. | 0 } VI } Sig. Subtrah. | | |
|---|---|---|---|
| 0 | 0′ 0″ | 30 | 0′ 0″ |
| 1 | 1 11 | 29 | 0 18 |
| 2 | 2 22 | 28 | 0 35 |
| 3 | 3 33 | 27 | 0 35 |
| 4 | 4 43 | 26 | 1 11 |
| 5 | 5 53 | 25 | 1 28 |
| 6 | 7 2 | 24 | 1 45 |
| 7 | 8 11 | 23 | 2 3 |
| 8 | 9 20 | 22 | 2 20 |
| 9 | 10 28 | 21 | 2 37 |
| 10 | 11 35 | 20 | 2 54 |
| 11 | 12 41 | 19 | 3 10 |
| 12 | 13 46 | 18 | 3 26 |
| 13 | 14 51 | 17 | 3 43 |
| 14 | 15 54 | 16 | 3 58 |
| 15 | 16 55 | 15 | 4 14 |
| 16 | 17 56 | 14 | 4 29 |
| 17 | 18 55 | 13 | 4 44 |
| 18 | 19 54 | 12 | 4 58 |
| 19 | 20 51 | 11 | 5 13 |
| 20 | 21 46 | 10 | 5 26 |
| | adde V } XI } Sig. | Grad. | |

§ 22. Pro mediis igitur eclipsium momentis omnium observationum, quae in hunc finem sunt collectae, computentur loca solis vera, simulque tam lunae quam nodi loca media, quibus ob rationes post indicandas adjiciantur quoque ex tabulis anomaliae lunae mediae. Tum locus nodi per aequationes tabularum imprimis II et III corrigatur, hicque a loco solis subtrahatur, ut habeatur argumentum praecedentis tabulae, cujus ope ex loco soli opposito reperietur locus lunae in orbita. Deinde loca lunae media corrigantur per aequationem ab anomalia media solis pendentem, ut supra docui, etiamsi huic aequationi nondum fidem plenam adhibeamus, atque ubique notentur differentiae inter haec lunae loca et ea, quae ex observationibus sunt deducta. Quo facto eligantur duae observationes, quibus maximae differentiae deprehenduntur, altera in excessu, altera in defectu, et cum

hujusmodi plures occurrant, ejusmodi duae eligantur, quae fere aequalem aequationem ab anomalia media solis pendentem habeant.

§ 23. Quoniam vero in his observationibus temere assumeretur, ipsam aequationem maximam ab anomalia lunae pendentem convenire, in hunc finem anomalias quoque lunae medias notari convenit; cum enim eae vix unum gradum a vero errare queant, ex his facile patebit, quantum aequatio illis observationibus conveniens a maxima differat. Etsi enim aequatio maxima ipsa nondum est cognita, tamen differentiae inter aequationes maximae proximas eaedem erunt; quae in tabulis exhibentur. Ita si pro altera observatione reperta fuerit anomalia lunae media $= 3^s 10^0$, aequatio conveniens minor erit quam maxima $1' 38''$. Hic ergo defectus ad utramque differentiam addatur, atque tum earum summa aequabitur aequationi maximae bis sumtae, hocque pacto aequatio maxima accuratius innotescet.

§ 24. Hinc igitur pro utraque observatione facile colligetur aequatio conveniens, sicque loca lunae hactenus per solam aequationem solarem correcta emendari poterunt. Praeterea autem ipsa tabula aequationum lunarium ex cognita aequatione maxima facile corrigetur. Deinde, ut jam ante meminimus, quaerantur ejusmodi observationes, quibus differentia minima respondet, et quae proxime aequalem habeant aequationem solarem iis, quae binis prioribus observationibus competebant, locoque lunae ante computato per correctionem modo memoratam correcto, ipsa differentia a loco observato aequationem convenientem indicabit, unde simul anomalia media huic loco debita cognoscetur: hocque pacto tam tabula anomaliarum mediarum, quam aequationum ipsis respondentium condetur. Denique hoc negotio expedito, aequatio maxima ab anomalia media solis pendens investigetur modo ante exposito, atque ad correctionem tabularum motuum mediorum lunae hinc facile pervenietur.

§ 25. Quodsi correctiones hoc modo inventae satis fuerint notabiles, eae nondum justae censeri poterunt. Sed tabulis hoc modo correctis, conveniet omnes hactenus expositas operationes de novo repetere, qui labor jam erit perfacilis, sicque hac secunda correctione adhibita dubium erit nullum, quin tum tabulae proditurae sint accuratissimae, dummodo in observationibus nullus error reperiatur. Hoc vero calculo ad finem perducto demum aequatio illa nobis etiamnunc incognita investigetur; supervacaneum enim foret hoc negotium suscipere antequam altera correctio, siquidem necessaria videatur, fuerit peracta. Atque his expeditis singulae tabularum mearum partes non solum facile corrigentur, sed etiam illa tabula, quae adhuc deest, levi opera adjicietur, ut nihil amplius praeterea desiderari queat.

§ 26. Maxima difficultas in hoc correctionis negotio in electione binarum illarum observationum, quae vel eadem anni tempestate, vel cum aequatio solaris fuerit fere eadem, erit posita. Parum enim est probabile hunc casum in tempore unius vel sesquiseculi ita commode usu venire, ut praecepta ante tradita sine ullo impedimento sequi possimus. Si igitur huic conditioni satisfieri nequeat, tum primo quidem tabula aequationum ab anomalia media solis pendentium pro certa habeatur, atque ex maximis differentiis, in quaecunque etiam tempora incidant, tam maxima aequatio quam correctio motus medii investigetur. Deinde considerentur observationes, quibus minima aequatio

unaris competit, ex iisque correctio anomaliae mediae exploretur, quae si perpetuo eadem resultet, quaecunque observationes adhibeantur, sive circa aequinoctium vernum sive autumnale factae, hoc certum erit indicium tabulam nostram aequationum solarium esse veritati consentaneam.

§ 27. Sin autem aliae anomaliae mediae correctiones inveniantur, prout aliae observationes in computum ducantur, tabula nostra aequationum solarium data sui parte vel augeatur vel diminuatur, scilicet singulae aequationes hujus tabulae parte sua quarta diminuantur, cum probabile sit si errent, eas in excessu peccare: eaedemque operationes hac facta mutatione repetantur, sicque patebit, utrum major an minor consensus sit proditurus? Ex ipsa autem dissensuum inaequalitate non solum utra hypothesis ad veritatem propius accedat, intelligetur, sed etiam vera quantitas aequationum solarium concludi poterit. Quae nisi adhuc satis certa videatur, novis hypothesibus propioribus fingendis, iisdemque operationibus denuo instituendis, multo certior veritatique conformis obtinebitur. Quin etiam, quo minor dubitandi locus relinquatur, postquam hoc modo omnes tabulae fuerint correctae, hae ipsae iisdem operationibus denuo subjici, atque altera vice emendari poterunt.

§ 28. Quodsi autem aliis atque aliis observationibus ad hoc negotium adhibendis diversae correctiones inveniantur, neque eae ad consensum perduci queant, hinc manifesto liquebit, in ipsis observationibus errores latere, qui nisi detegi, atque observationes certiores a minus certis dignosci queant: correctiones ex singulis repertae seorsim notentur, moreque Astronomis satis solenni inter omnes has correctiones diversas medium capiatur, ut sic correctiones tabularum, quae omnibus observationibus simul sumtis quam proxime satisfaciant, obtineantur. Cum autem tanta eclipsium lunarium multitudo, quanta opus est, fuerit collecta, calculusque primum instituendus absolutus, levi attentione adhibita plura se offerrent subsidia calculique compendia, ut superfluum foret plura hic praecepta tradere, quae vel inutilia sint futura, vel sponte occursura.

§ 29. Si quis igitur hoc calculi onus in se suscipere velit, is non solum de theoria lunae, quae ab omnibus astronomis tantopere adhuc est desiderata, maxime merebitur; sed etiam nodum in astronomia maximi momenti tam feliciter resolvet, ut nulla alia via aeque accurata solutio expectari queat. Parallaxis scilicet solis horizontalis, qua ejus vera a terra distantia determinatur, tam exacte hinc cognosci poterit, ut error ne quidem ad semissem minuti secundi assurgere possit. Cum enim ex parallaxi solis horizontali, quam $12\frac{1}{2}''$ assumseram, maxima lunae aequatio solaris pro syzygiis prodiisset $13'12''$, si ista aequatio calculo evoluto major minorve reperiatur, in eadem ratione parallaxis solis horizontalis augeri minuive debebit. Si igitur in determinatione hujus maximae aequationis solaris error supra dimidium minutum primum committi nequeat, multo minorem autem eum esse futurum puto; parallaxin solis horizontalem tam accurate hinc cognoscere licebit, ut error ne dimidium quidem minutum secundum attingat. Ponamus enim inveniri maximam aequationem solarem in syzygiis $12'30''$, haec analogia institui debebit:

$$13'12'' : 12''30''' = 12'30'' : 11''50'''$$

unde patet parallaxin solis horizontalem futuram esse $11''50'''$.

§ 30. Contra calculum hic praeceptum jure objici potest, quod tabulis lunaribus ad statum

syzygiarum accomodatis uti jubeam, cum tamen in observationibus ad medium cujusque eclipsis tempus institutis centra solis et lunae non in vera oppositione secundum longitudinem versentur. Contra hanc autem objectionem nihil aliud habeo quod respondeam, nisi quod errores calculi ex hoc capite oriundi tam sint parvi, ut ratione ad alios errores prorsus inevitabiles habita tuto negligi queant. Si enim eclipsis fuerit minima, quod evenit si centrum solis 18° fere a nodo distet, differentia longitudinum centri lunae et centri umbrae minor est 5′: cui differentiae ex tabula variationis aequatio 6″ minor respondet, neque ex tabula IV error ultra 7″ oriri potest, qui adeo illum saepe destruit. Interim tamen si jam tabulae neglectis his erroribus, qui, si eclipses sint notabiles, nullius prorsus sunt momenti, fuerint plane correctae, non difficile erit etiam harum minimarum aberrationum rationem in calculum introducere, atque tabulas a vitiis quoque inde ortis penitus purgare.

# XVI.

# Tria Capita ex Opere quodam majori inedito de theoria lunae.

---

## Caput ....

### De loco lunae ex eclipsibus lunaribus determinando.

§ 1. Quo ex formulis hactenus inventis, quibus motus lunae continetur, ad quodvis tempus erus lunae locus in coelo definiri possit, primum aliquot ejus loca cognita esse oportet, ut deineps tam longitudo media lunae quam ejus anomalia et locus nodi ad illa loca accommodari, ac raeterea vera excentricitas lunae exacte determinari possit. Si enim luna in motu suo eas sequatur egulas, quas ex theoria elicuimus, certum est, si formulae inventae ad aliquot loca observata ccommodentur, eas perpetuo cum observationibus congruere debere. Ad hoc ergo institutum ejusiodi observationes eligi conveniet, ex quibus verus lunae locus geocentricus accurate concludi queat, a ut nequidem ejus parallaxi sit opus, quippe quae postquam theoria penitus fuerit confirmata, emum exacte assignari poterit. Nullius ergo etiamnunc erunt usus neque observationes culminatios lunae, neque occultationes stellarum fixarum, quoniam ex iis sine cognita parallaxi verum lunae cum concludere non licet.

§ 2. Ad praesentem ergo scopum observationes eclipsium lunae sine dubio erunt aptissimae, iae ubivis terrarum, ubi quidem lunam conspicere licet, eaedem apparent, neque a varietate parallxeos inquinantur. Eveniunt autem hujusmodi eclipses circa oppositionem lunae et solis, in iisque itur temporis momentum, quo longitudo lunae e diametro opponitur longitudini solis: quod momenm si esset cognitum, quoniam pro eo locum solis definire liceret, hinc facillime vera longitudo nae concludi posset. Verum hoc ipsum momentum verae oppositionis in observatione non ita stincte exprimitur, sed demum ex comparatione reliquarum circumstantiarum non obvio ratiocinio ncludi potest. Quae enim in quavis eclipsi lunae attenta observatione distinguere licet, sunt ejus itium et finis; tum, si eclipsis fuerit totalis, momentum immersionis integrae et initium emersionis.

Quandoque etiam phases seu portiones obscuratas satis exacte dimetiri licet: verumtamen hujusmodi observationibus plerumque minor fides adhiberi potest, quia umbra non satis distincte terminatur.

§ 3. Repraesentet in superficie sphaerica (Fig. 205.) circulus ☊$Ss$ eclipticam, et circulus ☊$L$ orbitam lunae. Ponamus initio eclipsis centrum umbrae, seu punctum soli oppositum esse in $S$, centrum lunae vero in $L$; in fine autem eclipsis, centrum umbrae versari in $s$, centrum lunae vero in $l$. Ductis igitur arcubus $SL$ et $sl$ erit uterque aequalis summae semidiametrorum apparentium umbrae et lunae: ac propterea $SL = sl$. Dum enim eclipsis durat, tuto assumere licet, neque diametrum umbrae neque diametrum lunae apparentem ullam mutationem pati: etiamsi enim revera in utroque quaepiam variatio contingere possit, tamen ea erit tam parva, ut ob reliquos leves errores, quae in observatione evitari omnino nequeunt, attendi non mereatur. Deinde quoque consideramus locum nodi ☊ tanquam fixum, non quasi ejus motum negligeremus, sed quoniam promotiones tam solis quam lunae non veras sed relativas respectu nodi in calculum introducemus. Denique etiam durante eclipsi tam motum lunae quam solis uniformem statuemus, quae enim inaequalitas in motu lunae spatio aliquot horarum inesse potest, ea uti non ultra aliquot minuta assurgit, in hoc negotio erit imperceptibilis.

§ 4. Sit igitur tempore eclipsis semidiameter umbrae $= \alpha$, qui aequatur, uti constat, summae parallaxium lunae et solis, demto semidiametro apparente solis. Sit semidiameter lunae apparens $= \beta$, eritque tam pro initio quam pro fine eclipsis arcus $SL = sl = \alpha + \beta$. Sin autem in $SL$ fuerit initium immersionis totius lunae in umbram, et in $sl$ initium emersionis, erit quoque $SL = sl$ verum tum habebitur $SL = sl = \alpha - \beta$. Sive ergo cujuspiam eclipsis lunaris observetur initium et finis, sive immersio et emersio, siquidem fuerit totalis, utroque casu erit $SL = sl$, haecque aequalitas sufficit ad locum quemdam lunae verum eliciendum, etiamsi ipsi arcus $SL$ et $sl$ non sint cogniti.

§ 5. Ponamus ab initio eclipsis ad finem effluxisse $h$ horas, seu ab immersione usque ad emersionem, siquidem hujusmodi observationibus uti velimus. Sit vero tempore eclipsis motus horarius solis $= m''$, et motus horarius lunae $= n''$, motus autem horarius nodi in antecedentia $= k''$, qui motus ex theoria lunae jam satis prope cognita sunt colligendi, etiamsi enim theoria aliquantillum a veritate discrepet, tamen discrimen, quod inde in motum horarium redundare potest, nullius prorsus erit momenti. Cum igitur hi motus sint uniformes saltem durante eclipsi, erit a nodo ☊ computando spatium $Ss = h(m'' + k'')$, et spatium $Ll = h(n'' + k'')$. Sin autem elapsis ab initio cum centra umbrae et lunae erant in $S$ et $L$, $t$ horis, centrum umbrae sit in $\sigma$, et centrum lunae in $\lambda$, erit arcus $S\sigma = (m + k)\,t''$, et $L\lambda = (n + k)\,t''$.

§ 6. Si jam elapsis ab initio $t$ horis vera luminarium oppositio contingat, erit arcus $\lambda\sigma$ perpendicularis in eclipticam ☊$Ss$, eoque momento erit longitudo lunae e diametro opposita longitudini solis. Verum ne reductione loci lunae ad eclipticam opus sit, expediet id temporis momentum investigasse, quo arcus $\sigma\lambda$ tam ab ecliptica, quam ab orbita lunae aequales arcus abscindat, ita ut sit ☊$\sigma$ = ☊$\lambda$. Hoc enim momentum si fuerit cognitum, longitudo lunae in propria orbita aequalis esse debebit longitudini puncti soli oppositi. Pro qualibet scilicet eclipsi lunae id temporis momentum determinabimus, quo longitudo lunae in orbita exacte fit aequalis longitudini umbrae; hoc enim cognito, quia ex theoria solis locus centri umbrae constat, statim eum habebimus locum lunae in

bita, quem tabulae lunares indicare debent, neque ad hoc reductione loci lunae ad eclipticam us habebimus, uti vera oppositio postulat.

§ 7. Repraesentet ergo arcus $\sigma\lambda$ non veram oppositionem, sed eum luminarium situm, in quo cus $\Omega\lambda$ aequalis sit arcui $\Omega\sigma$, hocque eveniat elapsis post initium $SL$ horis $t$. Sit ergo hoc omento tam longitudo umbrae, quam longitudo lunae in orbita a nodo computata $\Omega\sigma = \Omega\lambda = x$, it ob $S\sigma = (m+k)\,t''$, $L\lambda = (n+k)\,t''$, arcus $\Omega S = x-(m+k)\,t''$ et arcus $\Omega L = x-(n+k)\,t''$. einde vero erit arcus $\Omega s = x+(m+k)\,(h-t)''$ et $\Omega l = x+(n+k)\,(h-t)''$. Ponatur gulus $\lambda\Omega\sigma = \varrho$, erit ex natura triangulorum sphaericorum

$$\cos SL = \cos\varrho \sin\Omega L \sin\Omega S + \cos\Omega L \cos\Omega S,\quad \cos sl = \cos\varrho \sin\Omega l \sin\Omega s + \cos\Omega l \cos\Omega s.$$

uare cum sit $SL = sl$, erit

$$\cos\Omega L \cos\Omega S - \cos\Omega l \cos\Omega s = \cos\varrho\,(\sin\Omega l \sin\Omega s - \sin\Omega L \sin\Omega S).$$

§ 8. Est vero per compositionem angulorum ut sequitur

$$\cos\Omega L = \cos x \cos(n+k)\,t'' + \sin x \sin(n+k)\,t''$$
$$\cos\Omega S = \cos x \cos(m+k)\,t'' + \sin x \sin(m+k)\,t''$$
$$\cos\Omega l = \cos x \cos(n+k)\,(h-t)'' - \sin x \sin(n+k)\,(h-t)''$$
$$\cos\Omega s = \cos x \cos(m+k)\,(h-t)'' - \sin x \sin(m+k)\,(h-t)''$$
$$\sin\Omega l = \sin x \cos(n+k)\,(h-t)'' + \cos x \sin(n+k)\,(h-t)''$$
$$\sin\Omega s = \sin x \cos(m+k)\,(h-t)'' + \cos x \sin(m+k)\,(h-t)''$$
$$\sin\Omega L = \sin x \cos(n+k)\,t'' - \cos x \sin(n+k)\,t''$$
$$\sin\Omega S = \sin x \cos(m+k)\,t'' - \cos x \sin(m+k)\,t''$$

per alias sinuum proprietates

$$\cos\Omega L \cos\Omega S = \tfrac{1}{2}\cos(\Omega S - \Omega L) + \tfrac{1}{2}\cos(\Omega S + \Omega L)$$
$$\cos\Omega l \cos\Omega s = \tfrac{1}{2}\cos(\Omega l - \Omega s) + \tfrac{1}{2}\cos(\Omega s + \Omega l)$$
$$\sin\Omega l \sin\Omega s = \tfrac{1}{2}\cos(\Omega l - \Omega s) - \tfrac{1}{2}\cos(\Omega s + \Omega l)$$
$$\sin\Omega L \sin\Omega S = \tfrac{1}{2}\cos(\Omega S - \Omega L) - \tfrac{1}{2}\cos(\Omega S + \Omega L).$$

§ 9. Cum igitur sit

$$\Omega S - \Omega L = (n-m)\,t'' \qquad \Omega S + \Omega L = 2x - (m+n+2k)\,t''$$
$$\Omega l - \Omega s = (n-m)\,(h-t)'' \qquad \Omega s + \Omega l = 2x + (m+n+2k)\,(h-t)''.$$

E ergo valoribus substitutis reperiemus

$$\left.\begin{array}{l} \cos(n-m)t'' + \cos(2x-(m+n+2k)t'') \\ -\cos(n-m)(h-t)'' - \cos(2x+(m+n+2k)(h-t)'') \end{array}\right\} = \cos\varrho \left\{\begin{array}{l} \cos(n-m)(h-t)'' - \cos(2x+(m+n+2k)(h-t)'') \\ -\cos(n-m)t'' + \cos(2x-(m+n+2k)t'') \end{array}\right.$$

qe reducta abit in

$$(1+\cos\varrho)(\cos(n-m)t'' - \cos(n-m)(h-t)'') = (1-\cos\varrho)\left(\cos(2x+(m+n+2k)(h-t)'') - \cos(2x-(m+n+2k)t'')\right).$$

At cum sit

$$\cos(2x+(m+n+2k)(h-t)'') = \cos 2x \cos(m+n+2k)(h-t)'' - \sin 2x \sin(m+n+2k)(h-t)''$$

$$\cos(2x-(m+n+2k)t'') \quad = \cos 2x \cos(m+n+2k)t'' + \sin 2x \sin(m+n+2k)t''$$

quo calculus ad sinus et cosinus angulorum satis parvorum reducitur: qui anguli cum dentur in minutis secundis, ii multiplicentur per numerum $g = 0{,}0000048481$, seu $lg = 4{,}6855749$, ut reducentur ad partes radii, qui ponitur $= 1$; eritque sinibus et cosinibus horum angulorum per series convergentes expressis

$$(1+\cos\varrho)\left(1-\tfrac{1}{2}ggtt(n-m)^2 - 1 + \tfrac{1}{2}gg(h-t)^2(n-m)^2\right) =$$

$$(1-\cos\varrho)\begin{cases} +\cos 2x\left(1-\tfrac{1}{2}gg(h-t)^2(m+n+2k)^2\right) - \sin 2x\left(g(h-t)(m+n+2k)\right) \\ -\cos 2x\left(1-\tfrac{1}{2}ggtt(m+n+2k)^2\right) \qquad - \sin 2x\cdot gt(m+n+2k) \end{cases}$$

$$= (1-\cos\varrho)\left(\tfrac{1}{2}gg(m+n+2k)^2(2ht-hh)\cos 2x - gh(m+n+2k)\sin 2x\right)$$

§ 10. Hac ergo aequatione debite tractata reperiemus

$$(1+\cos\varrho)\cdot\tfrac{1}{2}gg(n-m)^2(hh-2ht) = (1-\cos\varrho)\cdot gh(m+n+2k)\left(\tfrac{1}{2}g(m+n+2k)(2t-h)\cos 2x - \sin 2x\right)$$

seu $g(h-2t)(n-m)^2 = \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varrho\,(m+n+2k)\left(g(m+n+2k)(2t-h)\cos 2x - 2\sin 2x\right)$

vel hoc modo

$$\left.\begin{aligned} gh(n-m)^2 + gh(m+n+2k)^2\cos 2x \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varrho \\ + 2(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varrho \end{aligned}\right\} = 2gt(n-m)^2 + 2gt(m+n+2k)^2\cos 2x \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varrho$$

Hinc ergo eruetur

$$2t-h = \frac{2(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2\frac{1}{2}\varrho}{g(m+n+2k)^2\cos 2x \operatorname{tang}^2\frac{1}{2}\varrho + g(n-m)^2}$$

et ob $\operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varrho$ tantopere parvum, erit

$$t = \tfrac{1}{2}h + \frac{(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)^2} - \frac{(m+n+2k)^3\sin 2x\cos 2x \operatorname{tang}^4\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)^4}$$

ubi ultimus terminus ob summam parvitatem facile negligitur.

§ 11. In hac aequatione terminus $\tfrac{1}{2}h$ designat medium totius eclipsis momentum, quod ex observationibus vel initii et finis eclipsis, vel immersionis et emersionis facile concluditur. Momentum ergo, quo longitudo lunae in orbita et longitudo umbrae in ecliptica inter se fiunt aequales post medium eclipsis incidit elapsis horis $\frac{(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)^2}$. Quamobrem si pro eclipsis momento medio computemus et longitudinem lunae in orbita, quae sit $= L$, et longitudinem umbrae, seu oppositionem solis, quae sit $= U$, ex motu horario erit illo altero momento, quo utraque longitudo fit aequalis

$$\text{longitudo umbrae} = U + \frac{m(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)^2}$$

$$\text{longitudo lunae} = L + \frac{n(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)^2}$$

unde ob aequalitatem concluditur

$$\text{longitudo lunae } L = U - \frac{(m+n+2k)\sin 2x \tan^2 \frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)} \text{ sec.}$$

§ 12. Hoc igitur jam sumus consecuti, ut pro eclipsis momento medio veram lunae longitudinem in orbita assignare valeamus. Pro isto scilicet momento quaeri debet longitudo solis vera, quae sex signis vel aucta vel minuta dabit longitudinem umbrae $U$: ab hac porro subtrahantur $\frac{(m+n+2k)\sin 2x \tan^2 \frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)}$ minuta secunda*), atque remanebit longitudo lunae in orbita tempore medio eclipsis. Ad hoc ergo nosse oportet arcum $x$, qui habetur si longitudo nodi ascendentis a longitudine centri umbrae in media eclipsi subtrahatur: quamquam autem ob theoriam nondum satis perfectam, longitudo nodi nondum exactissime est cognita; tamen hinc ista determinatio non turbabitur, quoniam sufficit locum nodi proxime saltem nosse, dum error aliquot minutorum in arcu $x$ commissus nullum sensibilem errorem in valore $\frac{(m+n+2k)\sin 2x \tan^2 \frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)}$ gignit.

§ 13. Simili modo ex tabulis lunaribus adhuc constructis satis exacte habetur angulus inclinationis $\Omega = \varrho$, ut minimus error in eo commissus nihili sit aestimandus. Quamobrem pro quovis angulo $x$ valor $\frac{1}{g}\sin 2x \tan^2 \frac{1}{2}\varrho$ satis exacte assignari et in minutis secundis exprimi poterit, quem deinceps per $\frac{m+n+2k}{n-m} = 1 + \frac{2(m+k)}{n-m}$ multiplicari oportet, ut particula a longitudine umbrae subtrahenda obtineatur. Neglecto autem isto multiplicatore $\frac{m+n+2k}{n-m}$, valor alterius $\frac{1}{g}\sin 2x \tan^2 \frac{1}{2}\varrho$ ita se habebit, ut sequens tabella exhibet:

Tabula aequationum

pro vera lunae longitudine in orbita, tempore medio eclipsis lunaris invenienda.

*Arg.* Subtrahatur longitudo nodi a longitudine umbrae, et aequatio, quam sequens tabella exhibet, applicetur ad locum soli oppositum.

| Grad. | O Sign. VI Sign. Subtrahe. | | Inclinatio orbitae ☽ ad eclipticam. |
|---|---|---|---|
| 0 | 0′ 0″ | 30 | 5° 17′ 1″ |
| 1 | 0 15,3 | 29 | 5 17 0 |
| 2 | 0 30,6 | 28 | 5 16 59 |
| 3 | 0 45,9 | 27 | 5 16 58 |
| 4 | 1 1,1 | 26 | 5 16 56 |
| 5 | 1 16,2 | 25 | 5 16 53 |
| 6 | 1 31,2 | 24 | 5 16 50 |
| 7 | 1 46,1 | 23 | 5 16 45 |
| 8 | 2 0,8 | 22 | 5 16 40 |
| 9 | 2 15,3 | 21 | 5 16 35 |
| 10 | 2 29,7 | 20 | 5 16 29 |
| | Adde: V sign. XI sign. | Grad. | |

*Scripturae in margine.* Hae autem aequationes insuper multiplicari debent per factorem $1 + \frac{2(m+k)}{n-m}$ ex motu horario inveniendum.

Multiplicatae per $2\frac{1}{6}$ dant correctionem pro longitudine lunae in ecliptica; multiplicatae autem per $\frac{2n+2k}{n-m}$ dabunt correctionem pro longitudine vera in ecliptica.

$n = 2023'' - 258'' \cos v$, $m = 148''$, $k = 8$

si $\cos v = 0$, $\frac{4062}{1875}$; si $\cos v = 1$, $\frac{3546}{1875}$;

si $\cos v = -1$, $\frac{4578}{1875}$.

*) *Scriptura ad marg.* et si a loco lunae in orbita subtrahatur part. $\sin 2x \tan^2 \frac{x}{2}\varrho$ habebitur longitudo vera in ecliptica.

§ 14. Cum autem tempore medio eclipsis luna saepe nimis distet a vera oppositione, quam ut aequationes ab angulo $\eta$ pendentes negligi possint, quo tamen calculus non mediocriter contrahitur, expediet tam locum solis quam lunae non pro momento eclipsis medio, sed pro eo temporis momento, quo longitudo lunae in orbita aequalis fit longitudini umbrae in ecliptica, supputare. Hoc ergo momentum obtinebitur, si ad tempus eclipsis medium addantur $\frac{m+n+2k}{g(n-m)^2}\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\varrho$ horae, seu $\frac{3600(m+n+2k)}{g(n-m)^2}\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\varrho$ minuta secunda temporis. Seorsim ergo evolvamus factorem $\frac{m+n+2k}{(n-m)^2}$, quippe qui ex motibus horariis determinatur, et alter factor $\frac{3600}{g}\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\varrho$ in minutis secundis ex sequenti tabella cognoscetur.

**Tabula ostendens temporis momentum,**
**quo longitudo lunae in orbita aequatur longitudini umbrae in ecliptica.**

*Arg.* Subtrahatur locus nodi a longitudine solis, et aequatio hujus tabulae applicetur momento eclipsis medio.

| 0 / VI Sign. | | | |
|---|---|---|---|
| Grad. | Adde. | Logarithm. | |
| 0 | 00000″ | $-\infty$ | 30 |
| 1 | 55166 | 4,7416734 | 29 |
| 2 | 110254 | 5,0423929 | 28 |
| 3 | 165195 | 5,2179972 | 27 |
| 4 | 219900 | 5,3422263 | 26 |
| 5 | 274294 | 5,4382170 | 25 |
| 6 | 328311 | 5,5162854 | 24 |
| 7 | 381810 | 5,5818479 | 23 |
| 8 | 434787 | 5,6382771 | 22 |
| 9 | 487183 | 5,6876924 | 21 |
| 10 | 538930 | 5,7315327 | 20 |
| | Subtrahe. | Logarithm. | Grad. |
| | | | V / XI Sign. |

Aequatio autem ex hac tabula in minutis secundis inventa multiplicari debet per $\frac{n+m+2k}{(n-m)^2}$ erpressis motibus horariis $n$, $m$ et $k$ in minutis secundis; sicque obtinebitur tempus, quo tabulae eandem lunae longitudinem in orbita indicare debent, quae reperitur pro longitudine umbrae in ecliptica.

§ 15. Interim tamen tuto uti poterimus methodo priori, qua ad eclipsis momentum medium vera longitudo lunae in sua orbita colligitur. Hoc enim tempore angulus $\eta$ seu ejus complementum ad 180° vix unquam ad 4′ exsurget, atque inaequalitas in motu lunae inde oriunda non ultra 5′ ascendet, qui error omnino erit contemnendus si perpendamus in determinatione momenti medii cujusvis eclipsis errorem unius minuti primi vix ac ne vix quidem evitari posse, unde in locum lunae error semissis minuti secundi redundat. Quamobrem superfluum foret nulliusque plane usus, si i

minutiis, quae tantum in aliquot minutis secundis consistunt, nimis anxii esse vellemus. Praeterea in hac loci lunae determinatione commode evenit, ut tempus durationis eclipsis, quo luna arcum $Ll$ confecit, nempe littera $h$ ex calculo excesserit; sicque patet eandem operationem locum habere, sive momentum medium collectum sit ex initio et fine eclipsis, sive ex immersione et emersione, sive denique ex aequalibus lunae phasibus, quibus arcus $LS$ et $ls$ inter se sint aequales. Omnes scilicet hujusmodi observationes, si exacte instituantur, idem eclipsis momentum medium praebere debent.

§ 16. Tempus autem, quo arcus $Ll$ et $Ss$ percurruntur, una cum arcuum $LS$ et $ls$ magnitudine, inserviet loco nodi propius cognoscendo, sicque tabula nodorum lunae inde emendari poterit, siquidem correctione indigeat. Cum enim arcus $SL$ et $sl$ sint aequales, et ex diametris apparentibus umbrae et lunae satis exacte dentur, sit uterque arcus $SL = sl = f$. Tum vero sit in medio eclipsis centrum umbrae in $\sigma$, et centrum lunae in $\lambda$, ac ponantur arcus $☊\sigma = x$, et $☊\lambda = y$, erit $x - y = U - L = \frac{(m+n+2k)\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\rho}{g(n-m)}$, hocque ergo discrimen, ob $\sin 2x$ et $\tang \frac{1}{2}\rho$ proxime cognitos, cum sit minimum, pro dato haberi poterit. Sit intervallum temporis ab $L$ ad $l = h$ horarum, eruntque arcus $L\lambda = l\lambda = \frac{1}{2}h(n+k)''$ et $S\sigma = \sigma s = \frac{1}{2}h(m+k)''$. Ideoque habebitur

$$☊L = y - \frac{1}{2}h(n+k)'' = x - \frac{1}{2}h(n+k)'' - \frac{(m+n+2k)\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\rho}{g(n-m)} \text{ et } ☊S = x - \frac{1}{2}h(m+k)''.$$

§ 17. Ponamus brevitatis gratia

$$\frac{1}{2}h(n+k) = a, \quad \frac{(m+n+2k)\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\rho}{g(n-m)} = c \text{ et } \frac{1}{2}h(m+k) = b$$

ut sint in triangulo sphaerico $S☊L$ latera $☊L = x - a - c$, $☊S = x - b$, $SL = f$ et ang. $☊ = \rho$; unde reperietur

$$\cos f = \cos\rho \sin(x-a-c)\sin(x-b) + \cos(x-a-c)\cos(x-b)$$

hincque eruetur

$$\cos(2x-a-b-c) = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\rho \cos(a-b+c)}{\sin^2 \frac{1}{2}\rho}.$$

Ex hac autem aequatione, quoniam levis error in angulo $\rho$ commissus fit admodum notabilis, angulus $2x - a - b - c$ non satis exacte inveniri potest. Cum igitur, si triangulum $l☊s$ consideretur, ad hanc perveniatur aequationem

$$\cos(2x+a+b-c) = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\rho \cos(a-b-c)}{\sin^2 \frac{1}{2}\rho}$$

erit illam aequationem per hanc dividendo

$$\frac{\cos(a+b) + \sin(a+b)\tang(2x-c)}{\cos(a+b) - \sin(a+b)\tang(2x-c)} = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\rho \cos(a-b+c)}{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\rho \cos(a-b-c)}$$

$$\text{seu } \tang(2x-c) = \frac{\sin(a-b)\cos(a+b)\sin c \cos^2 \frac{1}{2}\rho}{\sin(a+b)\cos f - \sin(a+b)\cos(a-b)\cos c \cos^2 \frac{1}{2}\rho}.$$

§ 18. Quamquam autem hic error in angulo $\rho$ in cosinu² $\frac{1}{2}\rho$ fit plane imperceptibilis, tamen hunc minimus error in angulo $c$ commissus inventionem anguli $2x - c$ nimis incertam reddit, ita

ut ex his observationibus solis locus nodi exacte definiri nequeat. Hancobrem in subsidium vocari debent aliae observationes, veluti si in eclipsi totali, praeter initium et finem ejus, quoque immersio et emersio observetur. Si enim tempus ab initio eclipsis ad finem elapsum sit $= h$ horarum, et semidiameter apparens umbrae $= \alpha$, ac semidiameter lunae apparens $= \beta$, erit $f = \alpha + \beta$. In immersione autem et emersione erit arcus $SL = sl = \alpha - \beta$, qui ponatur $= F$; tempus autem ab immersione ad emersionem elapsum sit $= H$ horarum. Quodsi ergo ponatur $\frac{1}{2} H(n+k) = A$, $\frac{1}{2} H(m+k) = B$, manente $\frac{(m+n+2k)\sin 2x \operatorname{tang}^2 \frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)} = c$, reperietur simili modo

$$\cos(2x - A - B - c) = \frac{\cos F - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(A - B + c)}{\sin^2 \frac{1}{2}\varrho}.$$

§ 19. Si jam aequatio prius inventa

$$\cos(2x - a - b - c) = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\sin^2 \frac{1}{2}\varrho}$$

per istam dividatur, reperietur

$$\frac{\cos(2x - a - b - c)}{\cos(2x - A - B - c)} = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\cos F - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(A - B + c)},$$

in quam valor $\sin^2 \frac{1}{2}\varrho$ non amplius ingreditur. Etsi autem in ea etiamnunc terminus $\cos^2 \frac{1}{2}\varrho$ inest, tamen levis incertitudo in angulo $\varrho$, cum ipse angulus sit valde parvus, valorem termini $\cos^2 \frac{1}{2}\varrho$ non sensibiliter afficit, atque errores hinc oriundi in numeratore et denominatore fere se mutuo compensabunt. Aequatio autem inventa resolvetur in sequentem

$$\frac{\cos(a + b + c) + \sin(a + b + c)\operatorname{tang} 2x}{\cos(A + B + c) + \sin(A + B + c)\operatorname{tang} 2x} = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\cos F - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(A - B + c)}$$

ex qua valor $\operatorname{tang} 2x$, ac proinde ipse arcus $☊\sigma$, quo nodus a loco centri umbrae medio eclipsis momento distat, assignari poterit. Sit enim brevitatis gratia

$$\frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\cos F - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(A - B + c)} = d$$

$$\text{erit } \operatorname{tang} 2x = \frac{-\cos(a + b + c) + d\cos(A + B + c)}{-d\sin(A + B + c) + \sin(a + b + c)}.$$

§ 20. Invento loco nodi seu distantia $☊\sigma = x$, existente $\sigma$ loco centri umbrae momento medio eclipsis, inde porro inclinatio orbitae lunae ad eclipticam, seu angulus $☊ = \varrho$, accuratius definiri poterit. Cum enim iste angulus $\varrho$ jam tam prope sit cognitus, ut terminus $\cos^2 \frac{1}{2}\varrho$ minime a veritate discrepet, erit

$$\sin^2 \tfrac{1}{2}\varrho = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\cos(2x - a - b - c)}, \text{ seu } \cos\varrho = \frac{\cos f - \cos(x - a - c)\cos(x - b)}{\sin(x - a - c)\sin(x - b)}$$

$$\text{sive etiam } \sin^2 \tfrac{1}{2}\varrho = \frac{\cos(a - b + c) - \cos f}{2\sin(x - a - c)\sin(x - b)} = \frac{\cos(a - b + c) - \cos f}{\cos(a - b + c) - \cos(2x - a - b - c)} = \frac{\sin\left(\frac{f + a - b + c}{2}\right)\sin\left(\frac{f - a + b - c}{2}\right)}{\sin(x - a - c)\sin(x - b)}.$$

Ex hac autem formula vicissim ipsa distantia $x$ ita definiri poterit, ut angulus $\varrho$ plane non ingrediatur, nisi quatenus particula minima $c$ ab eo pendet. Cum enim sit simili modo

$$\sin^2 \tfrac{1}{2}\varrho = \frac{\cos(A-B+c)-\cos F}{\cos(A-B+c)-\cos(2x-A-B-c)}$$

$$\text{erit } \frac{\cos(A-B+c)-\cos(2x-A-B-c)}{\cos(A-B+c)-\cos F} = \frac{\cos(a-b+c)-\cos(2x-a-b-c)}{\cos(a-b+c)-\cos f}.$$

Ex hac autem aequatione difficilius valor ipsius $x$ eruitur, unde methodo ante tradita potius uti conveniet.

§ 21. Qui autem laborem suscipere velit, atque ex aequationibus successive angulum $\varrho$ et particulam $c$ eliminare, is tandem sequentem reperiet aequationem

$$\tang x = \frac{(\cos F-\cos(A-B))(\cos f-\cos(a+b))\sin(A+B)\sin(a-b)-(\cos f-\cos(a-b))(\cos F-\cos(A+B))\sin(a+b)\sin(A-B)}{(\cos f-\cos(a-b))(\cos F+\cos(A+B))\sin(a+b)\sin(A-B)-(\cos F-\cos(A-B))(\cos f+\cos(a+b))\sin(A+B)\sin(a-b)}.$$

Inventa autem distantia $x$ erit porro

$$c = \frac{(\cos f-\cos(a-b))\sin(a+b)\sin 2x}{\cos f\sin(a-b)+\sin 2b\cos 2x-\cos f\sin(a+b)\cos 2x}$$

$$\text{et } \tang^2 \tfrac{1}{2}\varrho = \frac{\cos(a-b)-\cos f-c\sin(a-b)}{\cos f-\cos(a+b)\cos 2x+c\sin(a+b)\cos 2x-\sin(a+b)\sin 2x-c\cos(a+b)\sin 2x}$$

$$\text{seu } \tang^2 \tfrac{1}{2}\varrho = \frac{\cos(a-b)-c\sin(a-b)-\cos f}{\cos f-\cos(2x-a-b)-c\sin(2x-a-b)}.$$

Sicque ex observationibus initii et finis eclipsis, itemque immersionis et emersionis in eclipsi totali, tam locus nodi quam inclinatio orbitae lunae ad eclipticam definiri poterunt. Interim tamen verendum est, ne istae formulae complicatae, ob minimos etiam errores in observationibus commissos, nimium a veritate seducant, ac fortasse saepe tutius erit formulis ante inventis uti.

§ 22. Non difficile hinc erit momentum quoque verae oppositionis solis ac lunae assignare, quo scilicet longitudo centri lunae congruat cum longitudine umbrae. Accidat enim vera oppositio $z$ horis post medium eclipsis momentum; et cum in medio eclipsis esset longitudo centri umbrae a nodo

$$☊\sigma = x \quad\text{et}\quad ☊\lambda = x - \frac{(m+n+2k)\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)},$$

erit momento verae oppositionis longitudo centri umbrae a nodo $= x + z(m+k)''$ et distantia lunae a nodo

$$= x + z(n+k)'' - \frac{(m+n+2k)\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)}.$$

Sit brevitatis gratia

$$c = \frac{(m+n+2k)\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)},$$

erit ex conditione verae oppositionis

$$\cos\varrho = \frac{\tang(x+z(m+k)'')}{\tang(x-c+z(n+k)'')} = \frac{(\tang x+\tang z(m+k)''):(1-\tang x\tang z(m+k)'')}{(\tang x+\tang(z(n+k)''-c)):(1-\tang x\tang(z(n+k)''-c))}.$$

Cum autem anguli $c$, $z(m+k)$ et $z(n+k)$ sint minimi, eorum tangentes ipsis angulis in parte radii $=1$ conversis aequantur, quae conversio fit angulos per $g = 0,0000048481$ multiplicando unde fiet

$$\frac{\cos\varrho\,(\tang x + gz(n+k) - cg)}{1 - g(z(n+k) - c)\tang x} = \frac{\tang x + gz(m+k)}{1 - gz(m+k)\tang x}$$

seu $$\cos\varrho \tang x + gz(n+k)\cos\varrho - cg\cos\varrho - gz(m+k)\cos\varrho\tang^2 x =$$

$$\tang x + gz(m+k) - g(z(n+k) - c)\tang^2 x$$

hincque eruitur

$$gz = \frac{(1-\cos\varrho)\tang x + gc\tang^2 x + gc\cos\varrho}{(n+k)\cos\varrho - (m+k)\cos\varrho\tang^2 x - (m+k) + (n+k)\tang^2 x}$$

$$\text{seu } gz = \frac{(1-\cos\varrho)\sin x\cos x + gc\sin^2 x + gc\cos\varrho\cos^2 x}{(n+k)\cos\varrho\cos^2 x - (m+k)\cos\varrho\sin^2 x - (m+k)\cos^2 x + (n+k)\sin^2 x}$$

§ 23. Quia vero est $\sin x\cos x = \frac{1}{2}\sin 2x$, $\sin^2 x = \frac{1}{2}(1-\cos 2x)$ et $\cos^2 x = \frac{1}{2}(1+\cos 2x)$

erit $$gz = \frac{(1-\cos\varrho)\sin 2x + gc - gc\cos 2x + gc\cos\varrho + gc\cos\varrho\cos 2x}{(n+k)(1+\cos\varrho) - (n+k)\cos 2x(1-\cos\varrho) - (m+k)(1+\cos\varrho) - (m+k)\cos 2x(1-\cos\varrho)}$$

seu ob $1-\cos\varrho = 2\sin^2\frac{1}{2}\varrho$ et $1+\cos\varrho = 2\cos^2\frac{1}{2}\varrho$ habebitur

$$gz = \frac{\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho + gc - gc\cos 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}{n - m - (m+n+2k)\cos 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}.$$

Cum autem sit $$gc = \frac{(m+n+2k)\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}{n-m},$$ erit

$$gz = \frac{2(n+k)\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho - (m+n+2k)\sin 2x\cos 2x\tang^4\frac{1}{2}\varrho}{(n-m)^2 - (n-m)(m+n+2k)\cos 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho}$$

ideoque proxime $gz =$

$$\frac{2(n+k)}{(n-m)^2}\sin 2x\tang^2\tfrac{1}{2}\varrho - \frac{(m+n+2k)}{(n-m)^2}\sin 2x\cos 2x\tang^4\tfrac{1}{2}\varrho + \frac{2(n+k)(m+n+2k)}{(n-m)^3}\sin 2x\cos 2x\tang^4\tfrac{1}{2}\varrho$$

ob terminos autem posteriores minimos erit

$$z = \frac{2(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x\tang^2\tfrac{1}{2}\varrho$$

qui numerus indicabit partem horae ad momentum eclipsis medium addendam, ut prodeat momentum verae oppositionis. Vel ad hoc obtinendum, ad momentum eclipsis medium addantur tot minuta secunda, quot haec expressio $\frac{7200(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x\tang^2\frac{1}{2}\varrho$ continet unitates. In vera autem oppositione longitudo tam lunae quam centri umbrae a nodo computata erit

$$x + \frac{2(m+k)(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x\tang^2\tfrac{1}{2}\varrho$$

seu si medio eclipsis fuerit longitudo umbrae $= U$, erit in oppositione utraque longitudo

$$= U + \frac{2(m+k)(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x\tang^2\tfrac{1}{2}\varrho \text{ min. sec.}$$

§ 24. Interest deinde etiam in contemplatione eclipsium nosse angulum apparentem, quem semita lunae cum ecliptica constituit. Hic scilicet centrum umbrae in ecliptica tanquam immobile spectatur, et angulus quaeritur, quem luna in orbita sua secundum motum relativum cum ecliptica format. Ad hunc inveniendum sit (Fig. 206) $\sigma$ centrum umbrae in vera oppositione, et $\lambda$ centrum lunae, ita ut arcus $\lambda\sigma$ sit ad eclipticam perpendicularis. Sit ut hactenus, medio eclipsis momento longitudo umbrae a nodo $= x$, erit ut vidimus in vera oppositione arcus

$$☊\sigma = x + \frac{2(m+k)(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x \operatorname{tang}^2 \tfrac{1}{2}\varrho = x + d'',$$

posito brevitatis gratia

$$d = \frac{2(m+k)(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x \operatorname{tang}^2 \tfrac{1}{2}\varrho \cdot$$

Jam tempusculo infinite parvo procedat centrum umbrae per spatiolum $\sigma s = u$, et luna per $\lambda l = \nu u$, existente $\nu = \frac{n+k}{m+k}$. Ponatur angulus $☊\lambda\sigma = \varphi$, erit $\cos\varphi = \cos(x+d)\sin\varrho = \cos x \sin\varrho - gd\sin x\sin\varrho$. Jam ex $l$ in $\sigma\lambda$ productum demittatur perpendiculum $lu$, erit ob $\lambda l$ infinite parvum,

$$lu = \nu u \sin\varphi \quad \text{et} \quad \lambda u = \nu u \cos\varphi = \nu u(\cos x\sin\varrho - gd\sin x\sin\varrho);$$

at erit

$$\sin^2\varphi = 1 - \cos^2 x\sin^2\varrho + 2gd\sin x\cos x\sin^2\varrho,$$

ideoque ob $\sin^2\varrho$ valde parvum

$$\sin\varphi = \cos\varrho + \tfrac{1}{2}\sin^2 x\sin\varrho\operatorname{tang}\varrho + gd\sin 2x\sin\varrho\operatorname{tang}\varrho.$$

§ 25. Jam ad motum relativum repraesentandum removeamus totum systema motu sibi parallelo, ut punctum $s$ perveniat in $\sigma$, et $l$ in $t$, eritque $t$ locus centri lunae ex centro umbrae $\sigma$ spectatus, ideoque interea centrum lunae ex $\lambda$ in $t$ pervenisse et arcum $\lambda t$ descripsisse censebitur; ac propterea angulus $\lambda tu$ erit ille angulus, quem orbita lunae apparens cum ecliptica facere videbitur; erit autem $lt = u$, ideoque $tu = \nu u\sin\varphi - u$. Quare ob $\lambda u = \nu u\cos\varphi$, reperietur tangens anguli quaesiti $ut\lambda$, nempe

$$\operatorname{tang} ut\lambda = \frac{\nu\cos\varphi}{\nu\sin\varphi - 1} = \frac{(n+k)\cos\varphi}{(n+k)\sin\varphi - m - k}, \text{ seu } = \frac{(n+k)\sin\varrho(\cos x - gd\sin x)}{(n+k)\cos\varrho + \frac{1}{2}(n+k)\sin^2 x\sin\varrho\operatorname{tang}\varrho - m - k}.$$

Facilius autem hic angulus reperietur ex angulo $\varphi$, quem ante investigari oportebit, ex formula $\cos\varphi = \cos(x+d)\sin\varrho$, existente

$$d = \frac{2(m+k)(n+k)}{g(n-m)^2}\sin 2x\operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varrho;$$

et posito $\nu = \frac{n+k}{m+k}$ erit tang: anguli quaesiti $= \frac{\nu\cos\varphi}{\nu\sin\varphi - 1}$: Potest quoque particula $d$ prorsus negligi, cum perinde sit, sive ista inclinatio apparens ad medium eclipsis momentum, sive ad veram oppositionem supputetur.

§ 26. Quo igitur has formulas in usum vocare queamus, requiritur, ut tempore eclipsis veros motus horarios tam lunae quam solis et nodi cognoscamus, cui investigationi sequens caput est destinatum. Interim tamen juvabit hic valorem medium horum motuum perpendisse. Ex tabulis ergo astronomicis invenimus motum medium horarium solis $m = 2'27''50''' = 147\tfrac{5}{6}'' = 147'',833$; motum medium horarium lunae $n = 32'56''28''' = 1976\tfrac{7}{15}'' = 1976'',4666$, et motum horarium

medium nodi $= 7'' 56''' = 7\frac{14}{15}'' = 7'',9333$. Hi valores, quia a veris nunquam adeo notabiliter discrepant, sufficiunt ad formulam, quam supra (§ 13) eruimus, ad longitudinem lunae in orbita, tempore medio eclipsis inveniendam. Cum enim sit

$$m = 147,833 \qquad \text{erit } m + n + 2k = 2140,166$$
$$n = 1976,466 \qquad n - m = 1828,633$$
$$k = 7,933$$

ideoque coëfficiens $\frac{m+n+2k}{n-m} = 1,17036 = 1 + \frac{1}{6} + \frac{1}{300} + \frac{1}{3000}$. Quamobrem haec habebitur

Tabula aequationum

pro vera lunae longitudine in orbita tempore eclipsis medio invenienda.

*Arg.* Subtrahatur longitudo nodi a longitudine solis, et aequatio, quam sequens tabula praebet, ad locum soli oppositum applicetur.

| 0 VI Sign. Grad. | Subtrah. | |
|---|---|---|
| 0 | 0′ 0″ | 30 |
| 1 | 0 18 | 29 |
| 2 | 0 36 | 28 |
| 3 | 0 54 | 27 |
| 4 | 1 12 | 26 |
| 5 | 1 29 | 25 |
| 6 | 1 47 | 24 |
| 7 | 2 4 | 23 |
| 8 | 2 21 | 22 |
| 9 | 2 38 | 21 |
| 10 | 2 55 | 20 |
| | Adde | Grad. V XI Sign. |

§ 27. Ex hac ergo tabula satis exacte locus lunae in sua orbita ad medium cujusque eclipsis momentum assignari poterit, etiamsi motus horarius verus diversus sit a medio. Quanquam enim verus motus horarius lunae a medio fere 5′, et verus motus horarius solis a medio 5″ discrepare potest, tamen inde in coëfficientem $\frac{n+m+2k}{n-m}$ non adeo magnum discrimen redundat. Augeamus namque, ut discrimen fiat maximum, valorem litterae $n$, 300″, at valorem litterae $m$ minuamus 5, ita ut numerator augmentum capiat 295″ et denominator 305″, eritque $\frac{n+m+2k}{n-m} = \frac{2435}{2134} = 1,141$(, cujus valoris defectus a praecedente medio est $= 0,02931 = \frac{1}{34}$. Hinc ergo aequatio maxima distantiae 10° solis a nodo respondens tantum 5″ diminuetur, quod discrimen praecipue in evolutione

eclipsium penitus est contemnendum, propterea quod ex observationibus medium eclipsis momentum tam accurate definire non licet, ut error 5″ ullius censendus sit momenti. Interim tamen non difficile erit etiam hunc errorem, postquam veros motus horarios determinaverimus, penitus evitare.

§ 28. Aliter vero est comparata ratio reliquarum formularum, quas in hoc capite elicuimus, quae ex valoribus mediocribus litterarum $n, m, k$ sine notabili errore ad usum vocari nequeunt. In his scilicet formulis littera $n$, quae maximis variationibus est obnoxia, non eundem obtinet dimensionum numerum, tam in numeratore quam in denominatore, quemadmodum in casu tractato evenit, ubi ob mutabilitatem litterae $n$ numerator et denominator coëfficientis $\frac{n+m+2k}{n-m}$ fere in eadem ratione mutabantur. Hinc sine exacta motuum horariorum cognitione neque temporis momentum, quo longitudo in orbita aequatur longitudini umbrae in ecliptica, definiri poterit, neque momentum verae oppositionis luminarium, neque etiam angulus, quem apparens lunae semita cum ecliptica constituit. Multo minus licebit ex observationibus eclipsium verum locum nodorum et inclinationem orbitae lunaris ad eclipticam assignare. Quamobrem in sequenti capite tam veros motus horarios solis, lunae et lineae nodorum investigabimus, quam diametros apparentes et lunae et umbrae terrestris, quae a parallaxi lunae pendet.

## Caput ....

### De vero loco nodi atque vera inclinatione orbitae lunaris ad eclipticam.

§ 1. Antequam valores litterarum $\alpha$, $\delta$, $\varepsilon$, quae in expressione loci lunae $\varphi$ adhuc insunt, per observationes lunae extra syzygias factas definiamus, conveniet verum nodi ascendentis locum cum ejus vera ad eclipticam inclinatione determinari, quoniam hoc commodissime ex observationibus eclipsium totalium effici potest. Ad hoc ergo primo eligamus eclipsin sextam, cujus cum duplex habeatur observatio, sumamus inter utramque media momenta, quae erunt

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | A. 1722 Jun. $28^d$ | initium: | $12^h 16' 28''$ | immersio: $13^h 24' 4''$ |
| | | finis: | 15 36 13 | emersio: 14 27 29 |
| et medium erat | A. 1722 Jun. $28^d$ | | 13 56 0 | tempore vero |
| seu | A. 1722 Jun. $28^d$ | | 13 58 41 | tempore medio. |

Pro hoc tempore medio reperitur ex meis tabulis

longitudo nodi ☊ media $3^s 2^\circ 20' 43''$

cujus aequationes cum inclinatione ad eclipticam erunt

| | Aequat. ☊ | Inclinatio |
|---|---|---|
| Anomalia media lunae | $-$ 0′ 54″ | |
| Anom. media solis | $-$ 0 12 | |
| long. ☊ a longit. solis | $+$ 13 46 | 5 16 $59\frac{1}{2}$ |
| long. ☉ a longit. ☽ | 0 0 | $-$ 42 |
| long. ☊ a longit. ☽ | $+$ 1 1 | $+$ 37 |

Hinc erit ex tabulis longitudo nodi vera $= 3^s 2^\circ 34' 24''$ et inclinatio orbitae lunaris ad eclipticam $= 5\ 16\ 54.$

§ 2. Ut igitur ex observatione quoque has res eruamus, primo diametrum solis apparentem et ejus parallaxin quaeramus, ex ejus anomalia excentrica

$$V = 11^s 28^0 25' 22'', \text{ unde fit } \sin V = -\sin 1^0 34' 38'' \text{ et } \cos V = +\cos 1^0 34' 38''.$$

Erat ergo diameter solis apparens $= 1933'' - 32'',2 = 1901'' = 31'41''$, ejus ergo semidiameter apparens $= 15'50\frac{1}{2}''$. Porro autem ejus parallaxis horizontalis erit $= 12''$. Tum vero motus horarius solis erit $= 143'' = 2'23''$.

§ 3. Pro luna vero, cum sit ejus anomalia excentrica

$$v = 4^s 26^0 26' 6'', \ \sin v = +\sin 33^0 33' 54'', \ \cos v = -\cos 33^0 33' 54'',$$

reperietur secundum praecepta supra data

| | |
|---|---|
| diameter lunae apparens . . . . . | $= 33' 15''$ |
| semidiameter apparens . . . . . . | $= 16\ 37\frac{1}{2}$ |
| parallaxis lunae horizontalis. . . . | $= 60\ 18$ |

Tum vero quoque invenietur

| | |
|---|---|
| motus lunae horarius verus. . . . | $= 37\ 20$ |
| motus autem horarius nodi erit . . | $= 0\ 8.$ |

Jam ad semidiametrum umbrae inveniendum, secundum regulam cognitam

| | |
|---|---|
| ad parallaxin lunae horizontalem . | $= 60\ 18$ |
| addatur parallaxis solis . . . . . . | $= 12$ |
| summa | $= 60\ 30$ |
| subtrahatur semidiameter solis . . | $= 15\ 50\frac{1}{2}$ |
| eritque semidiameter umbrae . . . | $= 44\ 39\frac{1}{2}$ |

§ 4. Ut igitur formulas supra Cap.... inventas ad hunc casum accomodemus, erit

| | |
|---|---|
| semidiameter umbrae . . . . . . . . . | $\alpha = 44' 39\frac{1}{2}'' = 2679'',5$ |
| semidiameter lunae apparens . . . . . | $\beta = 16\ 37\frac{1}{2} = 997,5$ |
| ergo pro initio ac fine eclipsis . . . . | $\alpha + \beta = 3677'' = f$ |
| et pro immersione et emersione . . . | $\alpha - \beta = 1682 = F$ |
| tempus ab initio eclipsis ad finem . . | $h = 3^h 19' 45'' = 3^h, 32916$ |
| tempus ab immersione ad emersionem | $H = 1\ \ 3\ 25 = 1, 05694$ |
| motus horarius solis . . . . . . . . . . | $m = 143$ |
| motus horarius lunae . . . . . . . . . | $n = 2240$ |
| motus horarius nodi . . . . . . . . . . . | $k = 8$ |

ergo erit $m + k = 151$, $n + k = 2248$, $m + n + 2k = 2399$ et $n - m = 2097$; unde invenitu

$$lh = 0{,}5223355, \quad la = 3{,}5731018, \quad lA = 3{,}0748184$$
$$lH = 0{,}0240521, \quad lb = 2{,}4002825, \quad lB = 1{,}9019991$$

ergo $a = 3742''$, $b = 251''$, $A = 1188''$ et $B = 80''$. Cum jam porro sit

| | |
|---|---|
| longitudo umbrae. . . . . . . . . . . . | $= 9^s 6^0 51' 7''$ |
| et longitudo nodi vera tabularis . . . . | $= 3\ 2\ 34\ 24$ |

erit valor vero proximus . . . . . . $x = 6^s\,4^0\,16'\,43''$

seu a nodo descendente computando $x = \quad 4\ 16\ 43$

quem valorem autem nunc accuratius definiri oportet.

§ 5. Deinde cum inclinatio orbitae lunaris ad eclipticam jam prope sit

$$\varrho = 5^0\,16'\,54''$$

erit ejus semissis $\frac{1}{2}\varrho = 2\ 38\ 27$

et distantiae $x$ duplum $2x = 8\ 33\ 26$

unde quaeratur angulus ille parvus $c = \frac{(m + n + 2k)\sin 2x \tang^2 \frac{1}{2}\varrho}{g(n-m)}$ sec. existente $lg = 4{,}6855749$, qui invenitur $c = 75'' = 1'\,15''$.

Jam quaerantur porro anguli: $a + b = 3993'' = 1^0\ 6'\,33''$; $a + b + c = 1^0\ 7'\,48''$

$A + B = 1268 \ = 0\ 21\ \ 8$ ; $A + B + c = 0\ 22\ 23$

$a - b = 3491 \ = 0\ 58\ 11$ ; $a - b + c = 0\ 59\ 26$

$A - B = 1108 \ = 0\ 18\ 28$ ; $A - B + c = 0\ 19\ 43$

et anguli $f = 1\ \ 1\ 17$ $\quad F = 0\ 28\ \ 2$

ex quibus quaeratur $d = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\cos F - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(A - B + c)}$ fietque $ld = 0{,}001647$, et cum sit

$$\tang 2x = \frac{d\cos(A + B + c) - \cos(a + b + c)}{\sin(a + b + c) - d\sin(A + B + c)}$$

hinc autem reperitur $x = 8^0 22'\,45''$, qui valor fere duplo est major, quam ex tabulis invenitur. Sin autem utamur formula

$$\cos(2x - a - b - c) = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\sin^2 \frac{1}{2}\varrho}$$

invenitur $x = 3^0\,19'\,59''$; unde patet ex his formulis nimis esse lubricum locum nodi assignare.

§ 6. Certior videtur formula alia supra inventa

$$\frac{\cos(a + b) + \sin(a + b)\tang(2x - c)}{\cos(a + b) - \sin(a + b)\tang(2x - c)} = \frac{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b + c)}{\cos f - \cos^2 \frac{1}{2}\varrho \cos(a - b - c)}$$

ex qua calculo subducto reperitur $2x = 8^0\,21'\,52''$ et $x = 4^0\,10'\,56''$, qui valor ab eo, quem tabulae exhibent $x = 4^0\,16'\,43''$ deficit $5'\,47''$, ita ut locus nodi medius hac particula $5'\,47''$ promovendus videatur. Hac autem correctione adhibita, cum sit

$$\sin^2 \tfrac{1}{2}\varrho = \frac{\cos(a - b + c) - \cos f}{2\sin(x - a - c)\sin(x - b)} = \frac{\sin\frac{f + a - b + c}{2}\sin\frac{f - a + b - c}{2}}{\sin(x - a - c)\sin(x - b)}$$

hi autem anguli nimis sunt parvi, quam ut inde inclinatio vera recte concludi possit.

§ 7. Quoniam si hac ultima methodo utamur, immersionis et emersionis nulla ratio habetur, eclipses quoque partiales ad hunc scopum adhibere poterimus, quae etiam erunt aptiores ad inclinationem definiendam, cum anguli in denominatore $x - a - c$ et $x - b$ non fiant adeo parvi. Sumamus ergo eclipsin decimam

A. 1731 Jun. $19^d$ init. $13^h\,14'\,21''$ / fin. $14\ 40\ 41$ medium $13^h\,57'\,31''$ t. v.

at medium A. 1731 Jun. $19^d$ $13^h\,58'\,15''$ tempore medio.

Pro hoc tempore ex tabulis meis colligitur

longitudo nodi media . . . . . . . . $9^s 8^0 45' 38''$

| cujus correctiones sunt | Long. ☊ | Inclin. |
|---|---|---|
| anom. media lunae . . . . . | $-$ 1′ 12″ | |
| anom. media solis . . . . . . | $-$ 1 19 | |
| distantia ☊ a ☉. . . . . . . | $-$ 31 52 | $5^0 16' 35''$ |
| dist. ☉ a ☽. . . . . . . . . | 0 0 | $-42$ |
| dist. ☊ a ☽. . . . . . . . . | $-$ 2 23 | $+36$ |
| | $-$ 36′ 46″ | $\varrho = 5^0 16' 29''$ |

et longit. ☊ vera $= 9^s\ 8^0 8' 52''$

longit. umbrae $= 8\ 28\ 5\ 41$ $\qquad \frac{1}{2}\varrho = 2^0 38' 15''$

hinc erit $x = -10\ 3\ 11$.

§ 8. Jam est porro

$$V = 11^s 19^0 38' 30'' \qquad \cos V = +\cos 10^0 21' 30''$$
$$v = 4\ 12\ 54\ 33 \qquad \cos v = -\cos 47\ 5\ 27$$
$$2v = 8\ 25\ 49\ 6 \qquad \cos 2v = -\cos 85\ 49\ 6$$
$$v - V = 4\ 23\ 16\ 3 \qquad \cos(v - V) = -\cos 36\ 43\ 57$$

Unde invenitur:
diameter solis apparens $= 31' 41''$
parallaxis solis horizontalis $= 12$
motus horarius solis $= 2\ 23 = m = 143''$
diameter lunae apparens $= 32\ 55$
parallaxis lunae horizontalis $= 59\ 38$
motus lunae horarius $= 36\ 35 = n = 2195$

Ex his fiet:
semidiameter umbrae $\alpha = 44\ 0 - \frac{1}{2}$
semidiam. lunae apparens $\beta = 16\ 27 + \frac{1}{2}$
ergo $\alpha + \beta = 60\ 27 = f$
duratio porro eclipsis est $h = 1{,}4389$ horas
atque ob $a = \frac{1}{2}h(n+k)$ fiet $a = 1585'' = 26' 25'$
et $b = \frac{1}{2}h(m+k)$ $\quad b = 109 = 1\ 49$

§ 9. Cum jam sit $n - m = 2052$ et $m + n + 2k = 2354$ atque $2x = -20^0 6' 22''$ et $\frac{1}{2}\varrho = 2^0 38' 15''$, reperietur particula illa $c = -2' 53''$. Deinde, quia habemus

$$a + b = 28' 14'',\ a - b = 24' 36'',\ a - b + c = 21' 43'' \text{ et } a - b - c = 27' 29''$$

reperietur
$$-\operatorname{tang}(2x - c) = \frac{120}{39776 \operatorname{tang}(a+b)},$$
unde colligitur
$$-(2x - c) = 20^0 10' 14'' = -2x + c = -2x - 2' 53''$$
ideoque $\quad 2x = -20^0 13' 7''$ et $x = -10^0 6' 34''$. Erat autem per tabulas

$$x = -10\ 3\ 11$$
$$\text{diff. } 3\ 23$$

Quare longitudo nodi vera hoc tempore non $9^s 8^0 8' 52''$, ut tabulae praebent, sed $9^s 8^0 12' 15''$ scilicet $3' 23''$ promotior esse debebat. Hinc ergo longitudo media nodi tabularis $3' 23''$ augeri debere videtur, cum ante augmentum $5' 47''$ esset inventum; ita ut vix dubitari liceat, quin ad longitudines nodi in tabulis exhibitas nonnulla minuta prima adjici debeant. Hinc autem porro ob angulos $x - a - c = -10^0 30' 6''$ et $x - b = -10^0 8' 23''$ reperitur certius $l \sin^2 \frac{1}{2}\varrho = 7{,}3218378$, $l \sin \frac{1}{2}\varrho = 8{,}6609189$ et $\frac{1}{2}\varrho = 2^0 37' 21''$, et hoc tempore inclinatio $\varrho = 5^0 14' 42''$, quae a tabulari deficit $1' 47''$.

§ 10. Verumtamen ob hoc ipsum, quod hic tantum initium ac finis eclipsis in calculum inducitur, huic determinationi non admodum confidere licet; propterea quod reipsa tres habemus quantitates incognitas $x$, $\varrho$ et $c$, ad quas definiendas duae aequationes ex initio ac fine eclipsis deductae non sufficiunt. Etsi enim valorem ipsius $c$ hic jam tanquam cognitum assumsimus, notandum tamen est ex minimo errore in eo commisso errores satis grandes in determinationes arcuum $x$ et $\varrho$ irrepere posse. Vulgo quidem, si eclipsis partialis adhibetur, quantitas maximae obscurationis insuper in subsidium vocari solet, quae quoniam per observationem exactissime assignari nequit, expedire videtur, eclipsibus totalibus, in quibus tam initium ac finis, quam immersio et emersio omni cura sunt observata, ad hoc institutum uti. Ne autem summa formularum supra inventarum complicatio calculum impediat, ternas aequationes, quas observationes initii, finis et immersionis suppeditant contemplemur, aliamque methodum aperiamus, ex iis immediate quantitates incognitas $x$, $\varrho$ et $c$ determinandi.

§ 11. Sit tempore eclipsis medio motus solis horarius $= m$

motus lunae horarius $= n$

motus nodi horarius $= k = 8$

semidiameter umbrae $= \alpha$, semidiameter lunae $= \beta$; $\alpha + \beta = f$, $\alpha - \beta = F$

tempus ab initio eclipsis ad finem elapsum $= h$ hor.

tempus ab immersione ad emersionem $= H$ hor.

ponaturque

$$a = \tfrac{1}{2} h (n + k) \qquad A = \tfrac{1}{2} H (n + k)$$

$$b = \tfrac{1}{2} h (m + k) \qquad B = \tfrac{1}{2} H (m + k)$$

Tum sint incognitae quantitates

distantia nodi ☊ a centro umbrae $= x$

distantia nodi ☊ a centro lunae $= y$

inclinatio orbitae lunaris ad eclipt. $= \varrho$

atque habebuntur hae aequalitates

$$\cos\varrho = \frac{\cos f - \cos(y - a)\cos(x - b)}{\sin(y - a)\sin(x - b)} = \frac{\cos f - \cos(y + a)\cos(x + b)}{\sin(y + a)\sin(x + b)}$$

itemque

$$\cos\varrho = \frac{\cos F - \cos(y - A)\cos(x - B)}{\sin(y - A)\sin(x - B)} = \frac{\cos F - \cos(y + A)\cos(x + B)}{\sin(y + A)\sin(x + B)}$$

§ 12. Quatuor harum formularum, quibus idem valor $\cos\varrho$ exprimitur, sufficiet tres assumsisse, cum quarta jam sponte in iis involvatur. Manifestum autem est, si binarum incognitarum $x$ et $y$ alteram eliminare voluerimus, ut unica in aequatione supersit, expressionem esse prodituram tantopere complicatam, ut per calculum difficillime explicetur. Rejecta ergo praevia alterius incognitae eliminatione ope regulae *falsi* dictae, utriusque valorem simul per fictas hypotheses definiamus, quod eo promtius fieri poterit, cum utriusque valor jam proxime constet. Quae operatio, quo clarius perspiciatur, eam statim ad eclipsin totalem A. 1722 accommodemus. Erit ergo $f = 1^0 1' 17''$, $F = 0^0 28' 2''$, $a = 1^0 2' 22''$, $b = 4' 11''$, atque $A = 19' 48''$, $B = 1' 20''$. Proxime vero jam constat esse $x = 4^0 16' 43''$ et $y = x - c = 4^0 15' 28''$. Sit autem revera $x = 4^0 16' 43'' - p'$ et $y = 4^0 15' 28'' - q'$; et ad correctiones $p$ et $q$ inveniendas constituantur tres hypotheses:

| I. | II. | III. |
|---|---|---|
| $x = 4^0\,16'\,43''$ | $x = 4^0\,16'\,43''$ | $x = 4^0\;\;6'\,43''$ |
| $y = 4\;\;15\;\;28$ | $y = 4\;\;\;5\;\;28$ | $y = 4\;\;15\;\;28$ |

Verum postea alias hypotheses fingi conveniet.

§ 13. Pro his jam ternis hypothesibus evolvantur singuli valores pro $\cos\varrho$ inventi, ex iisque colligi poterunt ii valores, qui ex positis veris valoribus ipsarum $y$ et $x$ essent produituri, qui deinde inter se aequales sunt ponendi. Commodius autem erit his formulis uti

$$\text{I. } \sin^2\tfrac{1}{2}\varrho = \frac{-\sin\frac{1}{2}(x - y + a - b - f)\sin\frac{1}{2}(x - y + a - b + f)}{\sin(y - a)\sin(x - b)}$$

$$\text{II. } \sin^2\tfrac{1}{2}\varrho = \frac{-\sin\frac{1}{2}(x - y - a + b - f)\sin\frac{1}{2}(x - y - a + b + f)}{\sin(y + a)\sin(x + b)}$$

$$\text{III. } \sin^2\tfrac{1}{2}\varrho = \frac{-\sin\frac{1}{2}(x - y + A - B - F)\sin\frac{1}{2}(x - y + A - B + F)}{\sin(y - A)\sin(x - B)}$$

$$\text{IV. } \sin^2\tfrac{1}{2}\varrho = \frac{-\sin\frac{1}{2}(x - y - A + B - F)\sin\frac{1}{2}(x - y - A + B + F)}{\sin(y + A)\sin(x + B)}$$

Cum jam sit

| | | | |
|---|---|---|---|
| $a = 1^0\;\;2'\,22''$ | | $A = 0^0\,19'\,48''$ |
| $b = 0\;\;4\;\;11$ | atque | $B = 0\;\;1\;\;20$ |
| $a - b = 0\;\;58\;\;11$ | | $A - B = 0\;\;18\;\;28$ |
| $f = 1\;\;1\;\;17$ | | $F = 0\;\;28\;\;2$ |

erit

| | |
|---|---|
| $a - b + f = \;\;1^0\,59'\,28''$ | $A - B + F = \;\;0^0\,46'\,30''$ |
| $a - b - f = -0\;\;3\;\;6$ | $A - B - F = -0\;\;9\;\;34$ |
| $\frac{1}{2}(a - b + f) = \;\;0\;\;59\;\;44$ | $\frac{1}{2}(A - B + F) = \;\;0\;\;23\;\;15$ |
| $\frac{1}{2}(a - b - f) = -0\;\;1\;\;33$ | $\frac{1}{2}(A - B - F) = -0\;\;4\;\;47.$ |

§ 14. Jam secundum ternas hypotheses sit

| | I. | II. | III. | revera |
|---|---|---|---|---|
| $\frac{1}{2}(x - y) =$ | $0'\,38''$ | $0'\,38''$ | $0'\,28''$ | $0'\,38'' - p''$ |
| $\frac{1}{2}(x + y) =$ | $4^0\,16\;\;0$ | $4^0\,11\;\;0$ | $4^0\,16\;\;0$ | $4^0\,16\;\;0 - q'$ |
| $x =$ | $4\;\;16\;\;38$ | $4\;\;11\;\;38$ | $4\;\;16\;\;28$ | |
| $y =$ | $4\;\;15\;\;22$ | $4\;\;10\;\;22$ | $4\;\;15\;\;32$ | |

| | I. | II. | III. |
|---|---|---|---|
| I. | $\frac{\sin 0'55''.\ \sin 1^0 0'22''}{\sin 3^0 13'0''.\ \sin 4^0 12'27''}$ | $\frac{\sin 0'55''.\ \sin 1^0 0'22''}{\sin 3^0 8'0''.\ \sin 4^0 7'27''}$ | $\frac{\sin 1'5''.\ \sin 1^0 0'12''}{\sin 3^0 13'10''.\ \sin 4^0 12'17''}$ |
| II. | $\frac{\sin 59'6''.\ \sin 2'11''}{\sin 5^0 17'44''.\ \sin 4^0 20'49''}$ | $\frac{\sin 59'6''.\ \sin 2'11''}{\sin 5^0 12'44''.\ \sin 4^0 15'49''}$ | $\frac{\sin 59'16''.\ \sin 2'1''}{\sin 5^0 17'54''.\ \sin 4^0 20'39''}$ |
| III. | $\frac{\sin 4'9''.\ \sin 23'53''}{\sin 3^0 55'34''.\ \sin 4^0 15'18''}$ | $\frac{\sin 4'9''.\ \sin 23'53''}{\sin 3^0 50'34''.\ \sin 4^0 10'18''}$ | $\frac{\sin 4'19''.\ \sin 23'43''}{\sin 3^0 55'44''.\ \sin 4^0 15'8''}$ |
| IV. | $\frac{\sin 22'37''.\ \sin 5'25''}{\sin 4^0 35'10''.\ \sin 4^0 17'58''}$ | $\frac{\sin 22'37''.\ \sin 5'25''}{\sin 4^0 30'10''.\ \sin 4^0 12'58''}$ | $\frac{\sin 22'47''.\ \sin 5'15''}{\sin 4^0 35'20''.\ \sin 4^0 17'48''}$ |

Sin autem calculus secundum has formulas evolvatur, reperitur $p = 102$, foretque ergo $y > x$, quod tamen admitti nequit.

§ 15. Ratio hujus incommodi, praeter incertitudinem momentorum, quibus eclipsis vel incipit vel finitur, vel tota luna in umbram terrae immergitur, vel ex ea emergere incipit, in hoc potissimum posita videtur, quod umbra terrae ob ejus atmosphaeram revera amplior est, quam in calculo admisimus. Etsi enim atmosphaera terrae, ob radiorum solis refractionem, conum terrae umbrosum ita diminuit, ut ejus vertex ne quidem ad lunam usque porrigatur, sicque luna nunquam in veram terrae umbram ingrediatur, tamen pelluciditas atmosphaerae in tanta distantia tantopere diminuitur, ut ipsa quoque atmosphaera perinde ac terra ipsa tanquam corpus opacum spectari debeat: quamobcausam semidiameter umbrae augeri debebit tanta particula, quanta altitudo atmosphaerae est ipsius radii terrae. Quare cum ex crepusculis altitudo atmosphaerae sit quasi 12 milliarium conclusa, radio telluris existente 860 mill., semidiameter umbrae augeri debebit parte sui $\frac{1}{71}$. Hinc in nostro exemplo semidiameter umbrae $44'40''$ augeri debebit $38''$, idemque erit incrementum angulorum $f$ et $F$, unde anguli exigui illi in numeratoribus fractionum ipsi $\sin^2 \frac{1}{2} \varrho$ aequalium augeri debebunt $19''$.

§ 16. Calculo expedito minus utique incommodum oritur, si semidiameter umbrae $19''$ augeatur, neque tamen hoc modo veritas, quae jam proxime est cognita, satis salvatur: perspicuum fiet umbram adhuc magis augeri oportere. Videntur autem omnia incommoda optime tolli, si semidiameter umbrae $30''$ augeatur; ita ut atmosphaera plus quam semissi amplior sit statuenda, quam ex crepusculis conclusimus, sive aër etiamnunc in altitudinem fere 20 milliarium in regione lunae tanquam corpus opacum cernitur. Ob incognitam vero umbrae terrestris veram quantitatem, ex eclipsibus neque verus nodorum locus, neque vera orbitae lunaris inclinatio ad eclipticam accuratius definiri potest, quam in tabulis exhibetur. Unde his elementis tabularibus tantisper uti conveniet, donec ex observationibus exquisitissimis latitudinis lunae, vel maximae vel evanescentis, tam inclinationem tabularem quam locum nodi accurate definire liceat.

## Caput ....

### De diametris apparentibus motuque horario vero Solis ac Lunae, in eclipsibus lunaribus.

§ 1. Sit $U$ anomalia media solis, $V$ ejus anomalia excentrica, $\theta$ longitudo vera et $e$ excentricitas orbitae, quam invenimus esse $e = 0{,}0167595$; erit ergo

$$U = V + e \sin V \quad \text{et} \quad d\theta = \frac{dV \sqrt{(1 - ee)}}{1 + e \cos V}.$$

Porro si ponatur $y$ distantia solis a terra, et $a$ distantia media, erit

$$y = a(1 + e\cos V),$$

pro $a$ vero in tabulis usurpari solet numerus 100000. Quando autem sol in hac distantia media a terra versatur, ejus diameter apparens deprehenditur 32′13″. In distantia ergo $y = a(1 + e\cos V)$ erit diameter solis apparens

$$= \frac{32'13''}{1 + e\cos V} = \frac{1933''}{1 + e\cos V}:$$

Evoluto autem hoc denominatore prodibit diameter apparens

$$= 1933''(1 - e\cos V + \tfrac{1}{2}ee + \tfrac{1}{2}ee\cos 2V - \tfrac{3}{4}e^3\cos V - \tfrac{1}{4}e^3\cos 3V);$$

et si parallaxis horizontalis in distantia media statuatur $= 12\tfrac{1}{2}''$, erit pro quavis distantia $y$, quae anomaliae excentricae $V$ convenit, parallaxis horizontalis solis

$$= 12{,}5\,(1 + \tfrac{1}{2}ee - (e + \tfrac{3}{4}e^3)\cos V + \tfrac{1}{2}ee\cos 2V - \tfrac{1}{4}e^3\cos 3V).$$

§ 2. Posito autem pro $e$ valore supra invento erit

$$1 + \tfrac{1}{2}ee = 1{,}0001405, \qquad e + \tfrac{3}{4}e^3 = 0{,}0167630$$

$$\tfrac{1}{2}ee = 0{,}0001405, \qquad \tfrac{1}{4}e^3 = 0{,}0000012.$$

Hinc anomaliae excentricae $V$ respondebit diameter solis apparens in minutis secundis

$$1933'' - 32{,}4\cos V + 0{,}27\cos 2V$$
$$(1{,}5105718) \qquad (9{,}4323278)$$

cum ergo terminus ultimus ne dimidium quidem minutum secundum praebeat, erit

$$\text{diameter solis apparens} = 32'13'' - 32{,}4\cos V$$
$$(1{,}5105718)$$

$$\text{semidiam. solis apparens} = 16\ \ 6\tfrac{1}{2} - 16{,}2\cos V$$
$$(1{,}2095418)$$

Parallaxis autem solis horizontalis anomaliae excentricae $V$ respondens erit $= 12\tfrac{1}{2}'' - 0{,}2\cos V$. In apogeo ergo parallaxis solis fere erit 12″, in perigeo vero 13″, unde hoc calculo fere supersedere poterimus.

§ 3. Quod ad motum solis horarium attinet, eum ex aequatione differentiali $d\theta = \frac{dV\sqrt{(1-ee)}}{1+e\cos V}$ definiri conveniet. Cum enim sit $dV = \frac{dU}{1+e\cos V}$, erit $d\theta = \frac{\sqrt{(1-ee)}}{(1+e\cos V)^2}dU$, unde si $dU$ denote motum horarium anomaliae solis mediae, qui est $= 2'27\tfrac{5}{6}''$, valor ipsius $d\theta$ erit motus horariu verus solis. Hinc ergo pro anomalia excentrica $V$ erit motus horarius solis

$$= 147''{,}833\,(1 + ee - (2e + 2e^3)\cos V + \tfrac{3}{2}ee\cos 2V - e^3\cos 3V)$$
$$= 147''{,}833\,(1{,}0002809 - 0{,}0335284\cos V + 0{,}0004214\cos 2V).$$

His ergo factoribus evolutis erit

$$\text{motus horarius solis} = 147''{,}87 - 4{,}9566\cos V.$$
$$(0{,}6951839)$$

In apogeo ergo est motus horarius solis $= 142''{,}92 = 2'23''$

in perigeo vero erit motus horarius solis $= 152''{,}86 = 2\ \ 33$ .

Ad quodvis igitur tempus hinc tam diameter solis apparens cum ejus parallaxi horizontali, quam verus motus horarius assignari poterit.

§ 4. Diameter lunae apparens ejusque parallaxis horizontalis pendet ab ejus distantia a terra. Scilicet si distantia media ponatur $= c$, et distantia vera $= z$, erit, uti supra vidimus, diameter lunae apparens $= \frac{c}{z} \cdot 31' 13\frac{1}{2}''$, *) et parallaxis lunae horizontalis $= \frac{c}{z} \cdot 56' 39''$. Commodissime ergo primo quaeritur distantia lunae a terra $z$, ex qua cum sit $c = 100000$, levi calculo tam diameter apparens quam parallaxis lunae horizontales definitur. Interim tamen quoque formula $\frac{c}{z}$ per divisionem evolvi poterit, sicque ex ea immediate tam diametrum apparentem, quam parallaxin horizontalem definire licebit. Ponamus loco coëfficientium numericorum litteras alphabeti, sitque

$$\frac{z}{c} = 1 + k\cos v - \mathfrak{a}\cos V + \mathfrak{b}\cos(v+V) - \mathfrak{c}\cos(v-V) + \mathfrak{d}\cos\eta - \mathfrak{e}\cos 2\eta - \mathfrak{f}\cos(2\eta - 2v)$$
$$- \mathfrak{g}\cos(2\eta+v) + \mathfrak{h}\cos(2\eta-v) + \mathfrak{j}\cos(2\eta+V) + \mathfrak{k}\cos(2\eta-V) - \mathfrak{l}\cos(2\eta-v+V) - \mathfrak{m}\cos(2\eta-v-V).$$

§ 5. Coëfficientes ergo hi, quorum valores supra exhibuimus, sequenti modo per logarithmos determinabuntur, ut sit

| | | |
|---|---|---|
| $lk = 8{,}7359900$ | $l\mathfrak{d} = 6{,}4639186$ | $l\mathfrak{h} = 8{,}0092614$ |
| $l\mathfrak{a} = 6{,}1580247$ | $l\mathfrak{e} = 7{,}8437310$ | $l\mathfrak{j} = 6{,}2771879$ |
| $l\mathfrak{b} = 6{,}2430230$ | $l\mathfrak{f} = 6{,}3091788$ | $l\mathfrak{k} = 6{,}3908075$ |
| $l\mathfrak{c} = 6{,}2803776$ | $l\mathfrak{g} = 6{,}5773131$ | $l\mathfrak{l} = 6{,}2581595$ |
| | | $l\mathfrak{m} = 6{,}0152034$ |

Quibus notatis habebimus convertendo fractionem $\frac{z}{c}$:

$$\begin{array}{llllll}
\frac{c}{z} = 1 & -k\cos v + \frac{1}{2}kk\cos 2v - \frac{1}{4}k^3\cos 3v & +\mathfrak{a}\cos V & -\mathfrak{b}\cos(v+V) & +\mathfrak{c}\cos(v-V) \\
+\frac{1}{2}kk - \mathfrak{e}\mathfrak{h} & & +k\mathfrak{b} & -\mathfrak{a}k & -\mathfrak{a}k \\
+\frac{1}{2}\mathfrak{h}\mathfrak{h} - \mathfrak{f}\mathfrak{h} & & -k\mathfrak{c} & +\mathfrak{j}\mathfrak{h} & +\mathfrak{b}\mathfrak{h} \\
 & -\frac{3}{4}k^3 & -\mathfrak{h}\mathfrak{l} & & \\
 & & -\mathfrak{h}\mathfrak{m} & &
\end{array}$$

$$\begin{array}{lllll}
-\mathfrak{d}\cos\eta & +\mathfrak{e}\cos 2\eta & +\mathfrak{f}\cos(2\eta-2v) & +\mathfrak{g}\cos(2\eta+v) & -\mathfrak{h}\cos(2\eta-v) \\
 & -k\mathfrak{g} & +k\mathfrak{h} & -k\mathfrak{e} & -k\mathfrak{e} \\
 & +k\mathfrak{h} & & & -k\mathfrak{f}
\end{array}$$

$$\begin{array}{llll}
-\mathfrak{j}\cos(2\eta+V) & -\mathfrak{k}\cos(2\eta-V) & +\mathfrak{l}\cos(2\eta-v+V) & +\mathfrak{m}\cos(2\eta-v-V) \\
-k\mathfrak{l} & -k\mathfrak{m} & +k\mathfrak{j} & +k\mathfrak{k} \\
+\mathfrak{b}\mathfrak{h} & -\mathfrak{c}\mathfrak{h} & -\mathfrak{a}\mathfrak{h} & -\mathfrak{a}\mathfrak{h}
\end{array}$$

§ 6. Restitutis ergo loco harum litterarum valoribus erit

$$\begin{array}{llll}
\frac{c}{z} = 1{,}00160 & -0{,}05464\cos v & +0{,}00148\cos 2v & +0{,}00012\cos V \\
0{,}00069 & 8{,}73751 & 7{,}17095 & 6{,}07918
\end{array}$$

*) *Ad marginem:* potius $31' 14\frac{1}{2}''$.

$$-0,00018\cos(v+V)+0,00018\cos(v-V)-0,00029\cos\eta+0,00752\cos 2\eta$$
6,25527 6,25527 6,46392 7,87564

$$+0,00076\cos(2\eta-2v)-0,01061\cos(2\eta-v)-0,00020\cos(2\eta+V)$$
6,88081 8,02571 6,29226

$$-0,00025\cos(2\eta-V)+0,00019\cos(2\eta-v+V)+0,00012\cos(2\eta-v-V)$$
6,40654 6,27875 6,06070

Hinc ergo pro primo invenitur *Diameter Lunae apparens:*

$$=31'17''-102'',4\cos v+2,8\cos 2v+0,2\cos V-0,3\cos(v+V)+0,3\cos(v-V)$$
2,01016 0,44360 9,352 9,527 9,527

$$-0,6\cos\eta+14,1\cos 2\eta+1,4\cos(2\eta-2v)-19,9\cos(2\eta-v)-0,4\cos(2\eta+V)$$
9,736 1,1483 0,153 1,29836 9,564

$$-0,4\cos(2\eta-V)+0,4\cos(2\eta-v+V)+0,2\cos(2\eta-v-V)$$
9,679 9,551 9,333

Similique modo *Parallaxis Lunae horizontalis:*

$$=56'44''-185,7\cos v+5,1\cos 2v+0,4\cos V-0,6\cos(v+V)+0,6\cos(v-V)$$
2,26879 0,702 9,610 9,786 9,786

$$-1,0\cos\eta+25,5\cos 2\eta+2,6\cos(2\eta-2v)-36,1\cos(2\eta-v)-0,7\cos(2\eta+V)$$
9,995 1,4069 0,4121 1,5570 9,823

$$-0,9\cos(2\eta-V)+0,6\cos(2\eta-v+V)+0,4\cos(2\eta-v-V)$$
9,937 9,809 9,592

§ 7. Cum igitur sufficiat tam diametrum lunae apparentem quam parallaxin horizontalem ad unum duove minuta secunda nosse, hae formulae multo fient succinctiores eritque

$$\text{diameter lunae apparens}=31'17''-102\cos v+3\cos 2v+14\cos 2\eta$$
2,01016 0,444 1,1843

$$+\cos(2\eta-2v)-20\cos(2\eta-v)$$
0,15 1,298

$$\text{parallaxis horizontalis}=56'44''-186\cos v+5\cos 2v-\cos\eta+25\cos 2\eta$$
2,2688 0,702 9,99 1,407

$$+2\cos(2\eta-2v)-36\cos(2\eta-v)$$
0,412 1,557

Neque tamen opus est, ut hinc tabulae peculiares construantur, cum in tabulis distantiam lunae a terra ubique exhibeamus, eaque facili negotio colligi queat. Ea vero cognita multo facilius tam diametrum lunae apparentem, quam parallaxin ejus horizontalem definire licebit. Ceterum diameter apparens, quem sic invenimus, ad centrum terrae spectat, indeque pro quavis altitudine super horizonte diameter visa non difficulter assignatur.

§ 8. Ex his ergo concludimus fore in conjunctione

| | | in Apog. | in Perig. |
|---|---|---|---|
| diametrum lunae appar. | $= 31' 30'' - 122 \cos v + 4 \cos 2v$ | $29' 32''$ | $33' 36''$ |
| parallaxin horizontalem | $= 57\;\; 8 \;\; - 222 \cos v + 8 \cos 2v$ | 53 34 | 60 58 |
| In oppositione vero erit | | | |
| diameter lunae app. | $= 31\;\; 32 \;\; - 122 \cos v + 4 \cos 2v$ | 29 34 | 33 38 |
| parallaxis horiz. | $= 57\;\; 10 \;\; - 222 \cos v + 8 \cos 2v$ | 53 36 | 61 0 |
| atque in quadraturis | | | |
| diameter lunae app. | $= 31\;\; 3 \;\; - 83 \cos v + \cos 2v + \cos V$ | 29 41 | 32 27 |
| parallaxis horiz. | $= 56\;\; 18 \;\; - 150 \cos v + 2 \cos 2v + 2 \cos V$ | 53 50 | 58 50 |

Ope priorum ergo formularum ad momenta eclipsium tam solarium quam lunarinm facile definitur et diameter lunae apparens et ejus parallaxis horizontalis: quoniam haec determinatio a sola anomalia lunae excentrica pendet, dum reliquae partes ab anomalia solis insuper pendentes tam fuerint exiguae, ut sine errore rejici queant.

§ 9. His expeditis investigationem motus lunae horarii suscipio: quae pariter ex aequatione differentiali, qua variatio longitudinis lunae momentanea $d\varphi$ continetur, est petenda. Quodsi vero ponamus anomaliam lunae mediam $= u$, excentricam $= v$, ut sit $du = dv\,(1 + k \cos v)$, distantiamque lunae a terra $= z$, erit $d\varphi = \frac{\alpha - \frac{3}{2} Mnn}{zz : cc}\, du$, existente

$$\alpha = 1{,}0070234, \quad l\alpha = 0{,}0030396, \quad l\tfrac{3}{2}\, nn = 7{,}9312851$$

Unde si $du$ denotet motum horarium anomaliae mediae, ut sit

$$du = 32' 39'' 48''',$$

valor differentialis $d\varphi$ dabit motum horarium lunae verum. Supra autem invenimus valorem litterae $M$ sequentem

$$\begin{aligned} -M = &+ A \cos 2\eta + Bk \cos (2\eta + v) + Ekk \cos 2(\eta - v) - Fe \cos (2\eta + V) \\ &+ akk \cos 2\eta + Ck \cos (2\eta - v) - Ge \cos (2\eta - V) \\ &- Kke \cos (2\eta - v - V) + M\varepsilon \cos \eta + N\varepsilon \cos 3\eta + O\varepsilon k \cos (\eta - v) \\ &- Lke \cos (2\eta - v + V) - nnS \cos 4\eta + nnUk \cos v \end{aligned}$$

§ 10. Si jam pro his litteris valores supra inventos substituamus, reperiemus numeratorem fractionis $\alpha - \frac{3}{2} nnM =$

$$\begin{aligned} &1{,}0070234 + 0{,}004662 \cos 2\eta + 0{,}0003385 \cos (2\eta + v) + 0{,}0011281 \cos (2\eta - v) \\ &\quad 0{,}0030396 \qquad 7{,}66857 \qquad 6{,}529607 \qquad 7{,}052357 \\ &- 0{,}0005506 \cos (2\eta - 2v) - 0{,}0001170 \cos (2\eta + V) - 0{,}0001269 \cos (2\eta - V) \\ &\quad 6{,}740834 \qquad 6{,}068320 \qquad 6{,}103616 \\ &- 0{,}0000364 \cos (2\eta - v - V) - 0{,}0000293 \cos (2\eta - v + V) + 0{,}0000084 \cos \eta \\ &\quad 5{,}560398 \qquad 5{,}466904 \qquad 4{,}921866 \\ &+ 0{,}0000139 \cos 3\eta - 0{,}0000124 \cos (\eta - v) - 0{,}0000403 \cos 4\eta + 0{,}0001987 \cos v \\ &\quad 5{,}143714 \qquad 5{,}091308 \qquad 5{,}6050 \qquad 6{,}2981 \end{aligned}$$

Pro hoc numeratore ponatur brevitatis gratia

$$\begin{aligned}&\alpha + A\cos 2\eta + B\cos(2\eta + v) + C\cos(2\eta - v) - D\cos(2\eta - 2v) - E\cos(2\eta + V)\\&- F\cos(2\eta - V) - G\cos(2\eta - v - V) - H\cos(2\eta - v + V) + J\cos\eta + K\cos 3\eta\\&- L\cos(\eta - v) - M\cos 4\eta + N\cos v.\end{aligned}$$

Pro denominatore vero $\frac{zz}{cc}$ jam ejus reciprocum ante inventum consideremus, sitque brevitatis gratia

$$\begin{aligned}\frac{c}{z} = {}&\mathfrak{A} - \mathfrak{B}\cos v + \mathfrak{C}\cos 2v + \mathfrak{D}\cos V - \mathfrak{E}\cos(v+V) + \mathfrak{F}\cos(v-V) - \mathfrak{G}\cos\eta + \mathfrak{H}\cos 2\eta\\&+ \mathfrak{J}\cos(2\eta-2v) - \mathfrak{K}\cos(2\eta-v) - \mathfrak{L}\cos(2\eta+V) - \mathfrak{M}\cos(2\eta-V) + \mathfrak{N}\cos(2\eta-v+V)\\&+ \mathfrak{O}\cos(2\eta-v-V).\end{aligned}$$

§ 11. Evolvatur ergo calculus, ac reperietur

$$\begin{array}{llllll}\frac{d\varphi}{du} = \alpha\mathfrak{A}^2 & -2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{B}\cos v & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{C}\cos 2v & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{D}\cos V & -2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{E}\cos(v+V) & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{F}\cos(v-V)\\ +\frac{1}{2}\alpha\mathfrak{B}^2 & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{C} & +\frac{1}{2}\alpha\mathfrak{B}^2 & +\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{E} & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{D} & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{D}\\ +\frac{1}{2}\alpha\mathfrak{H}^2 & -\alpha\mathfrak{D}\mathfrak{E} & & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{F} & +\alpha\mathfrak{K}^2 & +\alpha\mathfrak{K}\mathfrak{M}\\ +\frac{1}{2}\alpha\mathfrak{K}^2 & +\alpha\mathfrak{D}\mathfrak{F} - A\mathfrak{A}\mathfrak{K} & & & & \\ +A\mathfrak{A}\mathfrak{H} & -\alpha\mathfrak{H}\mathfrak{K} & & & & \\ -C\mathfrak{A}\mathfrak{K} & +N\mathfrak{A}^2 & & & & \end{array}$$

$$\begin{array}{lllll} -2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{G}\cos\eta & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{H}\cos 2\eta & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{J}\cos(2\eta-2v) & -2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{K}\cos(2\eta-v) & +\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{G}\cos(\eta-v)\\ +J\mathfrak{A}^2 & +\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{K} & +\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{K} & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{H} & -L\mathfrak{A}^2\\ & +A\mathfrak{A}^2 & -D\mathfrak{A}^2 & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{J} & \\ & -C\mathfrak{A}\mathfrak{B} & -C\mathfrak{A}\mathfrak{B} & +C\mathfrak{A}^2 & \\ & & & -A\mathfrak{A}\mathfrak{B} & \end{array}$$

$$\begin{array}{llll} -2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{L}\cos(2\eta+V) & -2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{M}\cos(2\eta-V) & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{N}\cos(2\eta-v+V) & +2\alpha\mathfrak{A}\mathfrak{O}\cos(2\eta-v-V)\\ -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{N} - C\mathfrak{A}\mathfrak{E} & -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{O} - C\mathfrak{A}\mathfrak{F} & +\alpha\mathfrak{B}^2 - A\mathfrak{A}\mathfrak{F} & +\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{M}\\ -E\mathfrak{A}^2 & -F\mathfrak{A}^2 & -\alpha\mathfrak{D}\mathfrak{K} + C\mathfrak{A}\mathfrak{D} & -\alpha\mathfrak{D}\mathfrak{K} + C\mathfrak{A}\mathfrak{D}\\ +A\mathfrak{A}\mathfrak{D} & +A\mathfrak{A}\mathfrak{D} & -H\mathfrak{A}^2 & -G\mathfrak{A}^2\\ & & & -A\mathfrak{A}\mathfrak{E} \end{array}$$

$$\begin{array}{lll} -\alpha\mathfrak{B}\mathfrak{H}\cos(2\eta+v) & +K\mathfrak{A}^2\cos 3\eta & -M\mathfrak{A}^2\cos 4\eta\\ +\mathfrak{B}\mathfrak{A}^2 & & +A\mathfrak{A}\mathfrak{H}\\ -A\mathfrak{A}\mathfrak{B} & & \end{array}$$

§ 12. Valoribus ergo in numeris restitutis prodibit

$$\begin{array}{llllll}\frac{d\varphi}{du} = 1{,}01188 & -0{,}11022\cos v & +0{,}004493\cos 2v & +0{,}000242\cos V & -0{,}000368\cos(v+V)\\ \quad 0{,}0051293 & 9{,}04226 & 7{,}65257 & 6{,}38394 & 6{,}5658\end{array}$$

$$\begin{array}{llll} +0{,}000358\cos(v-V) & -0{,}000579\cos\eta & +0{,}020356\cos 2\eta & +0{,}000014\cos 3\eta\\ 6{,}5539 & 6{,}7627 & 8{,}30869 & 5{,}14579\end{array}$$

$- 0{,}000006 \cos 4\eta$ $+ 0{,}000004 \cos(\eta - v)$ $+ 0{,}001502 \cos(2\eta - 2v)$ $- 0{,}000328 \cos(2\eta + v)$
4,778 4,6020 7,17667 6,51587

$- 0{,}020979 \cos(2\eta - v)$ $- 0{,}000524 \cos(2\eta + V)$ $- 0{,}000649 \cos(2\eta - V)$
8,32178 6,71933 6,81224

$+ 0{,}000365 \cos(2\eta - v + V)$ $+ 0{,}000209 \cos(2\eta - v - V)$
6,56229 6,32015

Cum nunc sit $du = 32'39\frac{4}{5}'' = 1959'',8$, erit $l.du = 3{,}292212$. Hinc fiet in minutis secundis motus horarius lunae verus =

$33'3'' - 216'' \cos v$ $+ 9 \cos 2v$ $- \cos\eta$ $+ 40 \cos 2\eta$ $+ 3 \cos(2\eta - 2v)$ $- 41 \cos(2\eta - v)$
2,3344 0,9448 0,055 1,6009 0,4689 1,6140

$- \cos(2\eta + V) - \cos(2\eta - V)$
0,005 0,104

omissis scilicet terminis, quorum valores ne quidem ad unum minutum secundum exsurgunt. Hinc ergo non erit adeo difficile ad quodvis tempus motum lunae horarium supputare; hicque labor multo erit facilior, quam si, ut vulgo fieri solet, duo loca lunae ad tempora horae unius intervallo discrepantia computari debeant.

§ 13. Haec autem formula adhuc quapiam correctione indiget, cum valor litterae $\alpha$, ob plures particulas ex denominatore ad eum accedentes, non satis sit certus. Ad hanc ergo correctionem inveniendam, calculo quaesivi duo loca lunae ad duo momenta horae intervallo differentia. Primo scilicet assumsi esse $v = 0$, $u = 0$, $\eta = 0$ et $V = 90^\circ$; deinde, post horae intervallum erat $v = 1858'',6$, $u = 1959'',8$, et ob motum lunae horarium jam proxime cognitum $\eta = 1627''$, sicque ex tabulis prodiit promotio lunae horaria $= 1774'',7$. Formula autem hic inventa praebet pro hoc casu motum horarium $= 1775'',7$, ita ut haec formula unico tantum minuto secundo sit minuenda; quare primus terminus $33'3''$ transmutandus erit in $33'2''$. Hincque concludimus fore in conjunctione motum horarium lunae

$$= 33'40\tfrac{4}{5}'' - 258{,}3 \cos v + 11{,}7 \cos 2v - 1{,}8 \cos V + 1{,}4 \cos(v - V).$$
2,41212 1,0696 0,2607 0,1495

In oppositione vero erit motus horarius lunae

$$= 33'43\tfrac{1}{10}'' - 258{,}3 \cos v + 11{,}7 \cos 2v - 1{,}8 \cos V + 1{,}4 \cos(v - V),$$

ubi quidem terminum $N$ omisi, quoniam supra jam est monitum hunc terminum in excentricitate comprehendi posse.

§ 14. Si ergo luna fuerit in apogeo, erit ejus motus horarius

in Conjunctione $= 29'34\frac{1}{5}'' - 0{,}4 \cos V$, in Oppositione $= 29'36\frac{1}{2}'' - 0{,}4 \cos V$

Sin vero luna sit in perigeo, erit ejus motus horarius

in Conjunctione $= 38'10\frac{4}{5}'' - 3{,}2 \cos V$, in Oppositione $= 38'13\frac{1}{10}'' - 3{,}2 \cos V$.

Si igitur dum luna in perigeo versatur, sol fuerit in apogeo, erit motus horarius

$$\text{in Conjunctione} = 38'7\tfrac{3}{5}'', \text{ at in Oppositione} = 38'9\tfrac{9}{10}''.$$

Sin autem sol fuerit in perigeo perinde ac luna, erit motus horarius lunae

$$\text{in Conjunctione} = 38'14'', \text{ in Oppositione} = 38'16\tfrac{3}{10}''.$$

Dum autem sol est in apogeo, variatio motus horarii lunae inde orta ne ad dimidium quidem minutum secundum ascendit.

§ 15. Formula autem generalis pro motu horario lunae sic correcta ita se habebit, ut pro anomalia lunae excentrica $= v$, anomalia solis $= V$ et distantia lunae a sole $= \eta$ sit motus lunae horarius in minutis secundis expressus $=$

$$1982'',0 - 216{,}4 \cos v + 8{,}8 \cos 2v + 0{,}5 \cos V - 0{,}7 \cos(v+V) + 0{,}7 \cos(v-V)$$
2,33526 0,9448 9,676 9,858 9,846

$$- 1{,}1 \cos \eta + 39{,}9 \cos 2\eta + 3{,}0 \cos(2\eta - 2v) - 0{,}6 \cos(2\eta + v) - 41{,}1 \cos(2\eta - v)$$
0,0549 1,6009 0,4690 9,808 1,6140

$$- 1{,}0 \cos(2\eta + V) - 1{,}3 \cos(2\eta - V) + 0{,}7 \cos(2\eta - v + V) + 0{,}4 \cos(2\eta - v - V)$$
0,0115 0,1044 9,854 9,612

Commode ergo tabulis lunaribus adjungi poterit tabula peculiaris motui horario inveniendo inserviens, quoniam tam ad eclipses quam ad occultationes accurate determinandas plurimum interest nosse motum lunae horarium. Hanc tabulam autem conveniet ad partes decimas minuti secundi accommodari, ne collectione singularum aequationum error unum minutum secundum superet. Constabit autem haec tabula duodecim quoque partibus, pariter ac ipsa motus lunae tabula, commodeque cum ea conjungi poterit.

§ 16. Motum horarium lunae in conjunctione et oppositione, quo in eclipsibus opus habemus, jam ante exhibuimus; videamus ergo quomodo se motus lunae horarius sit habiturus in quadraturis, quando angulus $\eta$ est vel $90^\circ$ vel $270^\circ$; utroque autem casu reperietur motus lunae horarius

$$= 1942'',1 - 174{,}7 \cos v + 5{,}8 \cos 2v + 2{,}8 \cos V - 1{,}1 \cos(v+V)$$
2,24229 0,763 0,447 0,041

| | ⊙ in Apog. | ⊙ in Perig. |
|---|---|---|
| Si ergo luna fuerit in apogeo, seu $v = 0$, erit motus horarius lunae | | |
| $= 1773'',2 + 1{,}7 \cos V$: . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1775'', seu | 1771'' seu |
| | 29'35'' | 29'31'' |
| Sin autem luna sit in perigeo, seu $v = 180^\circ$, erit motus horarius | | |
| lunae $= 2122'',6 + 3{,}9 \cos V$: . . . . . . . . . . . . . . . . | 2126'' seu | 2119'' seu |
| | 35'26'' | 35'19'' |

Motus ergo lunae horarius est minimus in quadraturis, quando luna in apogeo, sol vero in perigeo versatur. Maximus vero est motus horarius lunae in oppositione, quando simul luna et sol fuerint in perigeo.

# XVII.

## De atmosphaera lunae ex eclipsi solis annulari evicta.

---

§ 1. Quum nuper momenta eclipsis solis, quam hic nobis die $25^{to}$ praeteriti mensis Julii obser-vare contingebat, exposuissem, ea tantum sum prosecutus, quae ad verum lunae motum ejusque parallaxin accuratius definiendam pertinere videbantur. Obtulerunt se autem in observatione hujus eclipsis alia quaedam insignia phaenomena, quae neque a lunae motu, neque ab ejus parallaxi pende-bant, sed ita erant comparata, ut rationem refractionis radiorum lunae oras stringentium declarare quaestionemque inter astronomos jam pridem agitatam, utrum luna atmosphaera quadam sit cincta nec ne? decidere viderentur. Quamobrem hic ista phaenomena, quae in hac eclipsi a nobis sunt animadversa, diligentius evolvere, in eorumque causas inquirere constitui.

§ 2. Quo accuratius omnia, quae in hac eclipsi notanda occurrerent, nobis perspicere atque ad mensuram revocare liceret, in aedibus meis conclave meridiem respiciens obscurum paravimus, tuboque astronomico 9 pedum per fenestrae foramen ad solem directo, ejus imaginem in charta alba excipimus. Chartam hanc quidem ad axem tubi normalem in tanta a tubo distantia firmavimus, ut solis imago circulum super ea descriptum exacte repleret; tubum vero eo usque diduximus, ut solis imago quam distinctissime super charta repraesentaretur, omnesque ejus maculae, quarum tam plures in solis disco erant conspicuae, clarissime distingui possent. Tum vero machina ita erat constructa, ut etiamsi tubus motum solis continuo sequeretur, charta pari motu lata perpetuo eandem a tubo distantiam retineret, solisque imago constanter in circulo super charta descripto contineretur.

§ 3. Hoc modo quum machina esset instructa, solisque imago perpetuo oculis esset exposita, eventum eclipsis expectavimus, cujus quidem initium ob frequentes nubeculas, quae solem saepe tegebant, nobis observare non licebat. Parum etiam nobis spei relinquebatur sequentes eclipsis phases observandi, quum coelum continuo magis nubibus obduceretur. Interim tamen praeter exspectationem praecipuas phases, atque imprimis annulum quoad duravit, nobis egregie conspicari concedebatur, quarum quidem momenta, quoniam a cl. Kiesio diligentissime sunt determinata,

atque Academiae exhibita, hic non repetam, sed eas res tantum commemorabo, quae ad institutum meum facere videbantur.

§ 4. Quum luna jam ultra medietatem in discum solis intrasset, solisque figura jam admodum falcata apparere coepisset, ut angulus, quo cornua claudebantur valde acutus evaderet, primum animadvertimus discum solis a circulo nostro in charta descripto non amplius capi, sed cornuum cuspides extra eum porrigi, margo tamen solis ab his cuspidibus remotior adhuc exacte cum circulo conveniebet. Hoc scilicet phaenomenon ita apparebat, uti in figura 207 repraesentatur, ubi $AEDEA$ est circulus in charta descriptus, et $GAGBG$ solis figura falcata, cujus cuspides $G$, $G$ utrinque ita ultra circulum extendebantur, ut portiunculae $EFG$ prominerent, reliqua vero limbi portio $EAE$ adhuc exacte congrueret.

§ 5. Ita cuspidum $G$ et $G$ prominentia extra circulum deinceps continuo major deprehendebatur, quo acutiores fiebant cuspidum anguli $G$ et $G$, donec tandem cum hae cuspides coaluissent atque sol sub annuli forma apparuisset, totus ejus discus circulum notabiliter majorem in charta exhiberet, quam erat is, quo initio perfecto continebatur. Circa medium autem figura annuli ita ut in charta depicta conspiciebatur, uti figura 208 repraesentat, ubi $AZBN$ est discus solis cujus punctum summum in $Z$, imum in $N$ exhibetur, per quem ducta est recta horizontalis $AB$, altero termino $A$ orientem, altero $B$ occasum respiciens: et $azbn$ est discus lunae, et recta $EF$ per utriusque centrum $C$ et $c$ transit, quae a recta verticali $ZN$ circiter angulo $40^0$ distare videbatur, exacte enim hunc angulum non sumus metiti, ad alia phaenomena magis attenti; maxima ergo annuli latitudo erat $Ff$, minima vero $Ee$, quae illius parti quartae propemodum aequalis aestimabatur.

§ 6. Calculo autem astronomico pro hoc tempore collegi semidiametrum solis apparentem $= 952''$ et semidiametrum lunae $= 898''$, quae mensurae, antequam discus solis circa tempus, quo annulus formari coepit, hanc dilatationem esset passus, satis exacte cum observatione conveniebant, ita ut hoc loco theoria nulla emendatione indigeat. Ex duratione porro annuli conclusi minimam centrorum solis ac lunae distantiam fere $53''$ esse debuisse: unde si discus solis in regione $Ff$, ubi annuli maxima erat latitudo, nullam ampliationem passus esse assumatur, quoniam vidimus hanc ampliationem in iis tantum locis usu venisse, ubi limbi solis ac lunae se mutuo proxime contingerent, erat $CF = 952''$, $cf = 898''$ et $Cc = 53''$, ideoque $Cf = 845''$, ac propterea maxima annuli latitudo $Ff = 107''$, quae cum annuli figura, quam delineavimus, satis exacte convenit.

§ 7. Hinc apparet, nisi discus solis circa minimam annuli latitudinem in $Ee$ fuisset dilatatus, quanta haec latitudo $Ee$ esse debuisset. Si enim ponatur $CE = 952''$, ob $ce = 898''$ et $Ce = 951''$, foret minima annuli latitudo $Ee = 1$, quae tamen manifesto nobis visa est quartae circiter parti latitudinis maximae $Ff$ aequalis. Erat ergo latitudo $Ee$ circiter $= 26''$, quum ea tamen, si discus solis nullam expansionem esset passus, plus uno minuto secundo continere non debuisset. Francofurti ad Viadrum, a celebri viro Pohlar, idem phaenomenon est observatum, ubi distantia centrorum solis ac lunae adhuc minor erat quam hic; quum enim annulus ibi durasset $4'$, concludo minimam centrorum distantiam circiter $35''$ fuisse, unde annuli latitudo maxima prodiret $89''$, ac minima $19''$. At minima latitudo quasi subdupla maximae, ideoque $44''$ aestimabatur, ita ut etiam ibi discus solis circa loca, ubi annuli latitudo erat minima, $25''$ perinde ac hic esset dilatatus.

§ 8. Hinc igitur haec quaestio enascitur: quaenam fuerit causa, cur discus solis in iis locis, ubi a limbo lunae intus fere tangebatur, sit dilatatus? quantitatem quidem dilatationis hujus, quam ad 25″ aestimavimus, non pro tam certa habendam esse judico, ut non error plurium minutorum secundorum commissus esse possit, primo enim latitudinem annuli tam exacte mensurare non licuit; tum vero ob colores, quibus tam solis quam lunae margo constanter obsitus cernebatur, ille quidem violaceo, hic vero rubro, veros utriusque limbi terminos discernere non licebat, interim tamen nullum dubium superesse potest, quin minima annuli latitudo hic 10″ superaverit, cujus dilatationis causam investigare operae erit pretium.

§ 9. Quaestio ergo huc redit, ut explicemus, (Fig 209) cur extremus solis margo $A$, qui per radium $AT$ lunam $L$ in $M$ stringentem, lunae immediate contiguus conspici deberet, non in $A$, sed in $a$ appareat, atque a vero suo loco angulo $ATa$, quem 25″ invenimus, non tamen multo supra 10″ aestimamus, aberrare videatur spectatori in $T$ constituto? hoc enim si fuerit expositum, intelligetur, quomodo fiat, ut quum latitudo annuli nulla, seu fere nulla esse deberet, ea tamen augmentum tot minutorum secundorum, quot angulus $ATa$ continet, capere cernatur. Namque si margo solis a limbo lunae, cui est proximus, hoc modo elongatur, perspicuum est, ob hanc causam et solis cornua ante et post annulum distendi et latitudinem ipsius annuli, ubi est minima, expandi oportere.

§ 10. Antequam autem hujus phaenomeni explicationem suscipio, opinionem primo intuitu non admodum improbabilem removeri conveniet. Qui enim ex descriptione aliarum eclipsium solis annularium intellexerunt, utramque annuli latitudinem et maximam et minimam simul majorem summam efficere, quam est differentia inter diametros apparentes solis ac lunae, ii plerumque sunt suspicati, in eclipsi solis annulari diametrum lunae aliquanto minorem apparere, quam si extra solem cerneretur. Eo autem modo, quo nos observationem instituimus, luculenter patebat, non lunam diminutionem, sed ipsum solem amplificationem quandam esse passum. Qui enim in ipsa eclipsi diametrum lunae sunt metiti, eam calculo perfecte conformem deprehenderunt.

§ 11. Ut igitur ad amplificationem disci solaris in eclipsi annulari observatam revertar, primo quidem ad hoc phaenomenon vel leviter attendenti statim patet, ejus causam in refractione radiorum corpus lunae stringentium esse quaerendam. Facile enim perspicitur, si luna atmosphaera quadam nostrae simili circumdata esset, ob refractionem radiorum oblique per eam transeuntium idem plane phaenomenon, quod in deflexione radiorum consistit, inde resultare debere. Non solum igitur nullum dubium superesse videtur, quin lunae atmosphaera quaedam tribui debeat, sed etiam ex quantitate refractionis ipsam hujus atmosphaerae densitatem definire licebit.

§ 12. Sit igitur (Fig. 210) corpus lunae $EMF$ atmosphaera tenui $PQR$ cinctum, quam per totam suam altitudinem ejusdem densitatis esse ponamus, etiamsi ea procul dubio, perinde ut atmosphaera terrae, a superficie continuo fiat rarior, donec tandem insensibiliter cum aethere totum spatium coeleste replente confundatur. Quoniam enim ex aliis phaenomenis novimus atmosphaeram lunae prae ea, qua terra circumdatur, esse subtilissimam, sine errore varietatem, quae in diversis a superficie lunae distantiis locum habet, negligere poterimus. Hoc posito quilibet radius lucis, qui in lunae atmosphaeram intrat, certam quandam refractionem patietur, tum vero per ipsam atmosphaeram in linea recta transibit, et ubi iterum in aetherem inde erumpet, novam refractionem priori similem subibit.

§ 13. Consideremus jam radium lucis, a puncto $S$, sive sit stella, sive particula quaedam ad solem pertinens, emissum $SP$, qui in $P$ in lunae atmosphaeram incidat, ut refractus lunae superficiem stringat in $M$. Spectator igitur in lunae puncto $M$ constitutus punctum $S$ ob refractionem non in vero suo loco conspiciet, sed in $\sigma$, quod punctum ipsi in coelo radius refractus $MP$ prolongatus repraesentabit. Quum autem recta haec $MP$, quia superficiem lunae tangit; horizontem lunarem referat, spectator in $M$ positus punctum lucidum in horizonte conspiciet, quum id adhuc revera sub horizonte lateat, angulo $SP\sigma$, erit ergo hic angulus $SP\sigma$ refractioni horizontali, quam incolae lunares sentire debent, aequalis. Vocemus ergo hunc angulum $SP\sigma$, seu refractionem horizontalem in luna visam $= \alpha$, quoad ejus valorem propius definire valeamus.

§ 14. Trajiciat porro iste radius $PM$ totam lunae atmosphaeram, et in $Q$, ubi in aetherem exit, denuo refringatur, unde secundum lineam rectam $QT$ ad terram usque perveniat, et in $T$ observatoris oculum afficiat. Hinc igitur punctum, unde iste radius pervenerat, in directione $TQ$ producta ideoque in $s$ situm esse judicabit. Nisi autem luna fuisset interprosita, hoc idem punctum observator in vero suo loco $S$ esset conspicatus. Quodsi jam distantia hujus puncti $S$ sit vehementer magna prae distantia lunae a terra, id remota luna ab observatore $T$ conspici deberet in directione rectae $PS$ parallela, quae ob angulum $PQS$ ipsi angulo $SP\sigma = \alpha$ aequalem, ad directionem $TQ$ inclinabitur angulo duplo $= 2\alpha$.

§ 15. Si igitur luna atmosphaera careret, punctum $S$ observatori in $T$ plane esset inconspicuum, atque post lunam lateret ad distantiam ab ejus limbo $= \alpha$. Atmosphaera ergo lunae hoc punctum $S$ conspicuum reddet atque observatori $T$ ita spectandum offerret, quasi in $s$ esset positum, et quum lunae margo $M$ ob radium $MQT$ ad idem coeli punctum $s$ referatur, observator in $T$ positus punctum lucidum $S$ margini lunae $M$ contiguum conspiciet, ita ut a refractione atmosphaerae lunaris punctum $S$ de vero suo loco $S$ per spatium $Ss = 2\alpha$ in coelo translatum cernatur. Conspectus igitur stellae, seu cujusvis puncti lucidi in coelo ante nobis a luna non eripitur, quam cum ultra spatium $= 2\alpha$ post lunam sese absconderit. Quamdiu enim spatium, quo stella post lunam occultatur, minus fuerit quam $2\alpha$, tamdiu ea extra lunae limbum conspicietur.

§ 16. Verum consideremus quoque casum (Fig. 211.), quo radius $SP$ per lunae atmosphaeram penetrans ipsum ejus limbum non amplius stringit, sed ab eo in data distantia $MN$ transit, minorem igitur hic radius tam in $P$ quam in $Q$ patietur refractionem, quoniam atmosphaera, quo magis supra lunam elevatur, eo rarior est concipienda; nihilo tamen secius in hac rariori regione viam radii $PQ$, qua atmosphaeram trajicit, pro linea recta habere licebit. Considerari igitur debet spectator supra lunae superficiem ad altitudinem $MN$ remotus, ubi sine dubio minorem refractionem horizontalem siderum percipiet, atque refractioni huic horizontali aequalis erit angulus $SP\sigma$, per quem sidus $S$ elevatum apparebit, et quia radius $PQ$ ad terram $T$ usque pergens in $Q$ parem refractionem patitur, observatori in terrae loco $T$ constituto punctum lucidum $S$ in $s$ situm apparebit, ita ut intervallum $Ss$ duplo angulo $SP\sigma$ in coelo sit aequale.

§ 17. Sit distantia $MN$ a lunae superficie tanta, ut observatori in terra $T$ versanti appareat sub angulo $x$, et quia tota atmosphaerae lunae altitudo $MK$ est valde parva, et ipsa refractio in $Q$ minima, stellae $S$ locus apparens $s$ ipsi eodem intervallo $= x$ a limbo lunae $M$ remotus videbitur.

Verus autem hujus stellae locus, quem cerneret, si luna atmosphaera careret, centro lunae propior erit intervallo $sS$, quod duplo angulo $SP\sigma$ mensuratur. Quodsi ergo hic angulus $SP\sigma$ seu refractio horizontalis altitudini $MN = x$ supra lunae superficiem respondens ponatur $= \zeta$, atque stella conspiciatur a lunae limbo remota intervallo $= x$, ut hinc locus stellae verus colligatur, oportet eam de loco apparente centrum lunae versus admovere per intervallum $sS = 2\zeta$, unde si pro quavis a limbo lunae distantia $x$ constaret ei respondens refractio horizontalis $\zeta$, ex loco apparente cujusvis stellae ejus locus verus facile determinari posset.

§ 18. Ex dilatatione annuli solaris hic Berolini observata concludere licet, quod cum annulus, ubi erat arctissimus, tantum unius minuti secundi esse debuisset, haec latitudo quasi evanescens augmentum $25''$ circiter acceperit. Hinc si limbus solis, seu stella a limbo lunae $25''$ remota appareat, vera distantia plane nulla erit censenda, nisi forte ob rationes ante commemoratas loco $25''$ minor numerus veluti 20 aut 15 eligi debet. Tum vero ex copiosissimis observationibus, quibus vulgo atmosphaera lunae oppugnari solet, novimus, si stellae distantia a limbo lunae vel unum saltem minutum primum superaverit, mutationem quam ejus locus a refractione lunari patiatur, fere prorsus esse imperceptibilem.

§ 19. Quoniam ex theoria refractionis summopere difficile videtur, pro quavis a limbo lunae distantia effectum refractionis determinare, propterea quod diminutio densitatis atmosphaerae nobis est incognita, aestimatione hoc negotium ita commodissime expediri videtur, ut formulam investigemus, quae phaenomenis quam proxime satisfaciat. Sit igitur distantia stellae cujuspiam a limbo lunae apparens $= x''$, et effectus refractionis huic distantiae respondens $= z''$, ita ut verus stellae locus hinc obtineatur, si locus apparens $z''$ propius ad centrum lunae admoveatur. Jam haec correctio $z$ ita ex distantia $x$ definiri debebit, ut si ponatur $x = 20$, prodeat quoque $z = 20$, sin autem sit $x = 60$, tum valor ipsius $z$ tam fiat parvus, ut vix percipi queat, puta $5''$.

§ 20. In hunc finem accipiam formulam latius patentem, statuamque $z = \frac{A}{1 + Bx^n}$, quoniam video tali formula id commodissime obtineri, ut si distantia $x$ fiat notabilis, valor ipsius $z$ fiat quam minimus, dummodo sit exponens $n$ modice magnus. Quodsi assumatur $n = 2$ ac duabus superioribus conditionibus satisfiat, reperietur haec formula

$$z = \frac{32}{1 + 0{,}0015\,xx}, \quad \text{seu } z = \frac{32}{1 + \frac{1}{666}\,xx}.$$

Sin autem loco $5''$, quae distantiae $x = 60''$ tribuimus, ponamus $4''$, obtinebitur

$$z = \frac{40}{1 + \frac{1}{400}\,xx}.$$

Hac igitur formula ut simplicissima tantisper utamur, donec ejus loco certiorem adhibere licebit, conclusiones enim ex hac etsi erronea formula deducendae non tantum a veritate discrepabunt, ut error fiat notabilis.

§ 21. Ex hac igitur formula sequentem tabellam construxi, quae pro quavis sideris a limbo lunae distantia apparente exhibet correctionem, qua ea minui debet, ut vera distantia obtineatur. Denotat scilicet $x$ distantiam apparentem a limbo lunae et $z$ correctionem seu effectum refractionis.

| $x$ | $z$ | $x$ | $z$ | $x$ | $z$ | $x$ | $z$ | $x$ | $z$ | $x$ | $z$ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0″ | 40″ | 10″ | 32″ | 20″ | 20″ | 30″ | 12″ | 40″ | 8″ | 90″ | 2 |
| 1 | 40 | 11 | 31 | 21 | 19 | 31 | 12 | 45 | 7 | 100 | 2 |
| 2 | 40 | 12 | 29 | 22 | 18 | 32 | 11 | 50 | 6 | 110 | 1 |
| 3 | 39 | 13 | 28 | 23 | 17 | 33 | 11 | 55 | 5 | 120 | 1 |
| 4 | 38 | 14 | 27 | 24 | 16 | 34 | 10 | 60 | 4 | 130 | 1 |
| 5 | 37 | 15 | 26 | 25 | 15 | 35 | 10 | 65 | 4 | 140 | 1 |
| 6 | 36 | 16 | 24 | 26 | 15 | 36 | 10 | 70 | 3 | 150 | 1 |
| 7 | 35 | 17 | 23 | 27 | 14 | 37 | 9 | 75 | 3 | 160 | 1 |
| 8 | 34 | 18 | 22 | 28 | 13 | 38 | 9 | 80 | 2 | 170 | $\frac{1}{2}$ |
| 9 | 33 | 19 | 21 | 29 | 13 | 39 | 8 | 85 | 2 | 180 | $\frac{1}{2}$ |
| 10 | 32 | 20 | 20 | 30 | 12 | 40 | 8 | 90 | 2 | | |

§ 22. Secundum hanc ergo tabulam non solum phaenomeno nuperae eclipsis solaris satisfit, ut quum limbus solis a limbo lunae 20″ distare videretur, is ipsi revera esset contiguus, sed etiam inde perspicitur, antequam limbus lunae uno minuto primo propius accesserit, effectum refractionis lunaris fuisse imperceptibilem. Vidimus enim in distantia 180″ seu 3′ hunc effectum ne ad unicum quidem minutum secundum exsurgere, ideoque pro nihilo esse reputandum, id quod observationibus omnino est consentaneum. Quum autem haec tabula indicat, si distantia apparens $x$ sit plane evanescens, effectum refractionis esse 40″, seu punctum lucidum revera tanto intervallo post lunae discum latere, si hic numerus recte se haberet, hanc sequeretur refractionem horizontalem incolis lunaribus esse 20″. Simul vero intelligitur, etiamsi haec tabula sit erronea, tamen hanc refractionem horizontalem adeo multum a vero aberrare non posse.

§ 23. Simul atque igitur limbus solis non ultra 40″ post lunam absconditur, nobis debet esse conspicuus, ex quo, si eclipsin solis annularem per calculum definire velimus, initium annuli incidet, antequam distantia centrorum excessui semidiametri solaris supra semidiametrum lunae fit aequalis. Similique modo annulus disparebit aliquanto, postquam distantia centrorum differentiae semidiametrorum iterum evasit aequalis. Scilicet si parallaxis horizontalis in luna assumatur 20″, annulus apparere deberet, statim atque distantia centrorum quadraginta minutis secundis superaret differentiam semidiametrorum; ideoque eclipsis foret annularis, etiamsi distantia centrorum nunquam minor evaderet, quam differentia semidiametrorum, dummodo illa distantia hanc differentiam non plus quam 40″ superet. Atmosphaera itaque lunae efficit, ut eclipsis, quae sine ea annularis non foret, talis tamen appareat, et ut annulus diutius duret, quam secundum calculum, neglecto atmosphaerae lunaris effectu, durare deberet.

§ 24. Neque tamen annulus tamdiu persistere posse videtur, quam refractio illa 40″ requireret, cum enim stellae ob solis splendorem in coelo conspici nequeant maxime est verisimile etiam annulum ea parte, qua est nimis arctus, percipi non posse: quamdiu scilicet annuli latitudo est vehementer parva et non ultra aliquot minuta secunda increscit, ea erit invisibilis, neque ante annulus in conspectum prodit, quam notabilem jam latitudinem fuerit consecutus. Observavimus etiam in

nupera eclipsi annulum subito cum notabili latitudine apparuisse, neque eum pedetentim et quasi per gradus esse firmatum; ex quo manifestum erat, annulum ob splendorem reliquae solis partis prius videri non potuisse, quam ad tantam amplitudinem excreverit, quanta sensui visus excitando par esset.

§ 25. Hic etiam annotari convenit, eos, qui directe in solem per tubum astronomicum sunt intuiti, annulum diutius esse conspicatos, quam nos, qui imaginem solis in charta depictam sumus contemplati. Illis enim annulus per spatium 82″ erat conspicuus, cum nobis is in charta ne unum quidem minutum primum durasse videretur, cujus discriminis ratio sine dubio in eo est posita, quod ii, qui directe solem aspexerunt, fortiores a radiis impressiones acceperint, ideoque annulum, cum ejus latitudo adhuc valde esset parva, sentire potuerint, quippe qui etiam stellas quasdam conspexerunt: contra autem, quia in charta solis imago multo debilius exprimitur, mirum non est, annulum tardius apparere coepisse, citius que desiisse, cum, antequam ejus latitudo jam satis erat notabilis, impressiones in charta nimis essent debiles, quam ut sentiri potuissent.

§ 26. Quin etiam tam ante quam post annulum, cum sol falcatus appareret, cuspides cornuum in charta non perfecte exprimebantur, sed circa extremitates obtusae et quasi rescissae conspiciebantur, cujus phaenomeni causa ex allatis est manifesta. Extremitates enim cuspidum $G$ et $G$ (Fig. 207) nimis erant angustae, quam ut radii inde in oculos vel in chartam incidentes sensum vel imaginem excitare potuissent. Namque quatenus latitudo hujus cuspidis diametrum stellae, quae in hoc loco inconspicua fuisset, non separabat, eatenus quoque in oculos non cadebat; ubi autem cuspis terminari cernebatur, ibi jam satis notabilem latitudinem habere videbatur. Hocque adeo phaenomenon simile est ei, quod supra de latitudine, quam annulus habere debet, antequam sensum visus afficere valeat, commemoravimus.

§ 27. Ob hanc igitur causam initium annuli non in eo temporis puncto est constituendum, ubi distantia centrorum solis et lunae differentiam semidiametrorum 40″ excedit, siquidem refractionem horizontalem in luna recte 20″ aestimamus; sed initium annuli tum demum statui debet, quum ejus latitudo jam satis larga evaserit, atque diametrum stellarum in hac regione invisibilium superaverit. Nobis quidem latitudo annuli in primo initio viginti minutis secundis minor non apparuit, unde colligere licet, annulum ante non in conspectum venire, quam ejus latitudo ultra 20″ increverit, tum autem subito cum hac latitudine apparere incipire. Neque vero hunc terminum certo definire licet, cum quo quisque excellentiori tubo utatur, per quem solem intueatur, eo citius quoque annulum clausum sit spectaturus: in charta autem si solis imago repraesentatur, hi limites adhuc ulterius erunt extendendi.

§ 28. Ad eclipsin solis annularem calculo definiendam sit:

semidiameter solis apparens $= a$

semidiameter lunae apparens $= b$

ac differentia semidiametrorum ponatur $a - b = d$.

Sit porro (Fig. 212) recta $AB$ via apparens centri lunae respectu centri solis, quod tanquam immotum in $S$ consideretur, unde perpendicularis $SL$ ad $AB$ demissa exhibebit minimam centrorum distantiam,

quae sit $SL = c$, atque haec distantia $SL$, siquidem eclipsis est annularis, valde erit parva. Incipiat eclipsis, cum centrum lunae pervenerit in $A$, finis autem incidat in $B$; erit ergo recta $SA$ perinde ac $SB$ aequalis summae semidiametrorum $a + b$ et quia $SL$ tam est parva, ipsa recta $AB$ seu via apparens, quam centrum lunae ab initio ad finem describit, summae $SA + SB$ aequalis censeri poterit, ita ut sit $AB = 2a + 2b$.

§ 29. Sit porro $t$ tempus totius eclipsis, atque centrum lunae spatium $AB = 2a + 2b$ tempore $t$ uniformiter percurrere assumi potest. His positis annulus apparere incipiet, quum centrum lunae pervenerit in $M$, ut sit $SM$ aequalis differentiae semidiametrorum $a - b = d$, auctae primo $40''$, tum vero minutae ea quantitate, quam annuli latitudo habere debet, antequam fiat conspicua. Quod si ergo assumamus percipi non posse, nisi ejus latitudo $20''$ superet, initium annuli incidet in $M$, ut sit $SM = d + 40'' - 20'' = d + 20''$. Similique modo sumto $SN = d + 20''$, finis annuli cum loco centri lunae $N$ conveniet. Dummodo igitur fuerit $d + 20''$ majus quam $SL = c$, eclipsis erit annularis, hoc est dummodo minima centrorum distantia $SL$ minor fuerit quam $d + 20''$.

§ 30. Duratio igitur annuli reperietur, quaerendo quartam proportionalem ad distantias $AB$, $MN$ et tempus $t$. Erit autem $ML = \sqrt{(d + 20'')^2 - cc}$, ideoque $MN = 2\sqrt{(d + 20'')^2 - cc}$, unde si tempus, per quod annulus est conspicuus, vocetur $= \vartheta$, erit:

$$2a + 2b : 2\sqrt{(d + 20'')^2 - cc} = t : \vartheta,$$

ideoque $(d + 20'')^2\, tt - cctt = (a + b)^2\, \vartheta\vartheta$.

Hinc si cognita sit duratio annuli $\vartheta$, duratio totius eclipsis $t$ et semidiametri apparentes solis et lunae $a$ et $b$, unde habetur $d = a - b$, vicissim ex observatione eclipsis annularis concludi poterit minima centrorum solis ac lunae distantia $SL = c$, erit nempe

$$c = \sqrt{(d + 20'')^2 - (a + b)^2 \frac{\vartheta\vartheta}{tt}}.$$

§ 31. Quodsi jam hanc formulam ad nuperam eclipsin solis annularem transferemus, erat

semidiameter solis apparens $a = 952''$

semidiameter lunae apparens $b = 898''$,

ideoque $a - b = d = 54''$, et $d + 20'' = 74''$.

Deinde tempus totius eclipsis ex observationibus conclusum est $3^h\, 6'$, et tempus durationis annu $1'\, 22''$, unde fiet $t = 11160''$ et $\vartheta = 82''$, atque ob $a + b = 1850$, reperietur minima centroru distantia

$$SL = c = \sqrt{74^2 - \frac{1850^2 . 82^2}{11160^2}} = \sqrt{5291} = 72''44'''.$$

Fuisset ergo minima centrorum distantia $72\frac{3}{4}$ minutorum secundorum, quam tamen per calculu tantum $51''$ inveneram.

§ 32. Ostendi autem in praecedente dissertatione, ubi hanc eclipsin ad calculum revoca, parallaxin lunae, quae vulgo in tabulis traditur, notabiliter diminui oportere, ut minima centrorū distantia ad $51''$ exsurgat, unde haec parallaxis adhuc multo magis diminui deberet, ut mini

distantia centrorum adeo ultra 72″ augeretur. Cum autem elementa hujus eclipsis tantopere a vero dissentire non videantur, magis verisimile est differentiam semidiametrorum $d$ non 20″, sed minori numero augeri debere; quod fieret, si refractio horizontalis in luna non 20″, sed tantum 15″ statuatur, tum enim pro $d + 20$ scribi debere $d + 10''$, seu 64″, unde prodiret $c = 62\frac{1}{2}''$, ita ut distantia centrorum per calculum inventa 51″ tantum $11\frac{1}{2}''$ augeri debeat; tam parvam autem correctionem elementa hujus eclipsis requirere non improbabile videtur.

§ 33. His igitur argumentis indubitate evincitur lunam quoque atmosphaera quadam esse cinctam, etiamsi forte multo sit tenuior, quam observationibus nostris est aestimata: cum enim circa medium eclipsis discus solis notabile augmentum ceperit, quanquam id exacte mensurare non licuerit, hoc phaenomenon nulli alii causae nisi atmosphaerae lunari adscribi potest. Interim tamen nolim, ut determinationibus, quas hic pro radiorum per lunae atmosphaeram transeuntium refractione dedi, nimium tribuatur: atque adeo ex ipsis observationibus, cum theoria collatis admodum probabile videtur, refractionem lunae horizontalem, quam 20″ statueram, vix 10″ superare; unde diameter solis augmentum 20″ accipere queat. Multo autem minus certi quicquam statuere licet circa diminutionem hujus refractionis, quae radiis longius a luna praetereuntibus conveniat, quamvis haec diminutio tanta videatur, ut pro radiis, qui ad distantiam aliquot minutorum primorum a limbo lunae per ejus atmosphaeram penetrant, refractio omnino fiat imperceptibilis.

§ 34. Quodsi nobis contingeret denuo hujusmodi eclipsin solis annularem observare, operae utique foret pretium singula phaenomena, quae amplificatio disci solaris suppeditaret, omni cura ad mensuram revocare, ut inde non solum radiorum limbum lunae stringentium refractio, sed etiam lex, secundum quam refractio radiorum longius a luna praetereuntium minuitur, accurate definiri queat. Cum autem vix nobis talem eclipsin exspectare liceat, ad alia phaenomena, quae saepius sese nostrae contemplationi offerunt, erit confugiendum. Atque ex hoc genere aptissima videntur ea, quae occultationes stellarum fixarum a luna nobis suggerunt; quum enim stellam fixam, quoad lunae fiat contigua, conspicari liceat, mutatio quaedam in ejus loco, quae a refractione lunari proficiscatur, animadverti debebit, dummodo instrumenta satis fuerint exacta, ut hujusmodi minutias indicare valeant.

§ 35. Eligatur nimirum stella fixa, illi, quae occultationem a luna est subitura, tam propinqua, ut ambae simul per tubum astronomicum conspici queant; atque modico temporis intervallo, antequam occultatio accidit, ope exquisiti micrometri mensuretur harum stellarum distantia, quae intra unum minutum secundum obtineri posse videtur, siquidem tubi longitudo sit 10 pedibus minor neque stellarum distantia 15′ excedat. Hoc modo, quia radii a stella occultanda nullam adhuc refractionem perpetiuntur, reperietur vera istarum stellarum distantia in minutis secundis satis praecise expressa. Tum expectetur occultatio, atque ipso momento, quo ea contingit, denuo mensuretur distantia earundem stellarum, et notetur differentia inter hanc distantiam et eam, quae ante est inventa: atque ex hoc discrimine non difficulter refractio lunae horizontalis concludetur, si quidem diameter apparens lunae, ejusque situs momento occultationis, respectu ambarum stellarum, fuerit cognitus; quas res, nisi per observationem simul determinari queant, ex theoria motus lunae depromere licebit.

§ 36. Sit scilicet distantia stellarum vera $= m''$, quam micrometrum multo ante occultationem indicaverit, ipso vero occultationis momento appareat stella occultanda, in limbi lunae puncto $S$ (Fig. 213).

Si altera vero stella sit in $A$, atque nunc assumamus distantiam harum stellarum $AS$ minorem, deprehendi, ut sit $AS = m'' - \mu''$. Quoniam porro ex theoria semidiameter lunae apparens $LS$ satis exacte datur, atque angulus $ASL$ vel ex theoria vel ex duratione occultationis, vel alio modo colligi potest, sit iste angulus $ASL = \varphi$; et quia ob refractionem locus stellae a centro lunae elongatur, sit hoc momento verus stellae locus in $s$, erit $As = m''$ et, si $At = AS$, abscindatur $st = \mu''$, unde ob angulum $Sst = 180^0 - \varphi$ proxime concludetur effectus refractionis

$$Ss = \frac{\mu''}{\cos(180^0 - \varphi)} = -\frac{\mu''}{\cos\varphi},$$

cujus semissi refractio lunae horizontalis aequalis censeri debet.

§ 37. Consultum autem erit ad hoc institutum ejusmodi occultationes eligere, quibus stella fixa $S$ obscurum lunae limbum subit, quod evenit circa priorem quadraturam. Si enim stella ad lunae limbum illuminatum appellit, ejus lumen jam ante occultationem, ab eximio lunae splendore ita offuscatur, ut stella jam ante momentum occultationis evanescat, nisi forte sit primae magnitudinis. Etsi enim hoc casu lunae limbus non apparet, tamen ipsum occultationis momentum id temporis punctum indicat, quo stella lunae limbo erat contigua. Interim tamen quoque juvabit hoc modo appulsus stellarum ad limbum lunae illuminatum examini subjicere, ut inde intelligamus, utrum refractio prope limbum illuminatum, a refractione prope obscuratum diversa sit, nec ne? quia enim circa regionem illuminatam lunae atmosphaera tam indesinenter radiis solis est exposita, suspicari licet eam hoc tempore tantopere attenuari, ut refractio multo minor existat. Haecque fortasse est causa, quod adhuc iste refractionis effectus in occultationibus non sit animadversus.

§ 38. Deinde vero etiam in hoc erit praecipue incumbendum, ut jam antequam stella occultatur, perpetuo et quasi singulis momentis ejus distantia ab altera stella fixa summa diligentia investigetur, quoniam hanc distantiam jam ante ipsum appulsum ad lunam sensim diminui debere evicimus. Sic enim ex observationum serie, si theoria in subsidium vocetur, pro qualibet observatione distantia stellae apparens a limbo lunae concludi, eique conveniens refractio definiri poterit, simili modo ei, quem ante pro ipso occultationis momento commendavi. Atque si plures hujusmodi observationes diligenter fuerint institutae, ex iis tabula § 21 tradita emendari, vel potius levi opera nova construi poterit, cujus ope deinceps cuncta phaenomena ab atmosphaera lunae oriunda accuratius assignari queant.

§ 39. Minime igitur mirandum est, insignem hanc et inter astronomos jam a longo tempore multum agitatam quaestionem: utrum luna atmosphaera sit praedita, nec ne? adhuc non fuisse decisam. Quamvis enim occultationes stellarum fixarum a luna saepissime eveniant, tamen effectus refractionis, quia tam est exiguus in ipsis stellis fixis, quae occultantur, nullo modo percipi potest nisi distantiae earum ab aliis diligentissime jam ante sint exploratae, et circa ipsam occultationem denuo accuratissime mensurentur. Hoc autem modo fortasse adhuc nemini astronomorum in mentem venit in atmosphaeram lunae inquirere; aut si forte in hanc methodum inciderint, satis exquisitis instrumentis destituti hanc indagationem relinquere sunt coacti. Qui autem hoc opus suscipere voluerit, nescio an non micrometrum Kirchianum, dummodo cochleae intus in cuspides desinant

praeferendum sit iis, quae summa cura atque ingentibus sumtibus nunc parari solent. Si enim cochlearum cuspides ambabus stellis semel fuerint admotae, facillime apparebit, si earum stellarum distantia diminuatur, atque ipsa diminutio per cochlearum revolutionem non difficulter definietur.

§ 40. Physicae quidem sanioris principia atmosphaeram lunae extra dubium collocant. Sed hoc, quod observationes nobis patefecerunt, non minus mirum videtur, atmosphaeram lunae tantopere esse tenuem, ut ejus effectus fere evanescat. Cum enim super terra refractio horizontalis dimidium gradum superet, si luna pari atmosphaera atque terra esset cincta, sidera prope lunae limbum ultra gradum de suo loco detorquerentur: nunc igitur, cum iste effectus fortasse vix 20″ excedat, aërem lunarem fere ducenties rariorem esse oportet quam nostrum; ex quo concludere licet, ex superficie lunae vel nullos plane vapores ascendere, vel materiam lunae tam esse solidam ac siccam ut nulli fere evaporationi sit obnoxia: quin etiam usu longiorum tuborum astronomi jam sunt edocti, maculas illas obscuriores in luna, quae vulgo pro aquis et lacubus haberi solent, pro regionibus potius aridis, sive speluncis, sive silvis haberi oportere, quam pro humidis.



# XVIII.

# De motu Cometarum in orbitis parabolicis, solem in foco habentibus.

---

1. **Problema 1.** Cometae in data orbita parabolica moti invenire locum heliocentricum ad datum tempus.

**Solutio.** (Fig. 214) Sit *MEAF* orbita cometae parabolica, in cujus foco *F* versetur sol, quae cum ponatur data, dabitur locus perihelii *A* in coelo ex sole visus, atque cometa ex sole cernetur in circulo maximo moveri, cujus planum pariter erit datum. Datum porro etiam sit tempus, quo cometa in perihelio versabitur, atque vel ante vel post hoc tempus quaeratur locus cometae *M* ex sole visus. Elapsum sit scilicet jam tempus *T*, postquam cometa in perihelio *A* extiterit, sitque hoc tempore *M* locus cometae, ita ut cometa in coelo appareat a loco perihelii *A* distare angulo *ASM*, qui angulus erit cometae anomalia vera. Sit iste angulus, qui quaeritur, $ASM = v$, ac ponatur distantia perihelii a sole $SA = a$, erit parameter parabolae $= 4a$. Ex loco cometae *M* in axem parabolae *AS* demittatur perpendiculum *MP*, et vocetur $AP = x$, $PM = y$, erit $yy = 4ax$, atque ob $PS = x - a$, erit radius $SM = x + a$. Hinc anguli $ASM = v$ sinus erit $= \frac{y}{a+x}$ et cosinus $= \frac{a-x}{a+x}$ posito sinu toto $= 1$. Cum igitur sit $\cos v = \frac{a-x}{a+x}$, erit

$$x = \frac{a(1-\cos v)}{1+\cos v}, \text{ et distantia cometae a sole } MS = a + x = \frac{2a}{1+\cos v}.$$

Inventa ergo anomalia vera $v$ innotescit distantia cometae a sole $MS = \frac{2a}{1+\cos v}$. Quoniam ver tempus *T*, quo cometa a perihelio *A* ad locum *M* pertingit, est directe ut area *ASM*, et inverse u radix quadrata ex latere recto seu parametro $4a$, aream *ASM* indagare oportet, quae est $=$ area $APM - \triangle SPM$. At area *APM* ex natura parabolae est

$$= \tfrac{2}{3}xy, \text{ et } \triangle SPM = \tfrac{1}{2}y(x-a) = \tfrac{1}{2}xy - \tfrac{1}{2}ay;$$

ex quibus area $ASM$ erit $= \frac{1}{6} xy + \frac{1}{2} ay$. Est vero $x = \frac{a(1-\cos v)}{1+\cos v}$ et $y = (a+x)\sin v = \frac{2a \sin v}{1+\cos v}$. Hinc erit $\frac{1}{6} x + \frac{1}{2} a = \frac{2a + a\cos v}{3(1+\cos v)}$, ideoque area $ASM = \frac{2aa(2+\cos v)\sin v}{3(1+\cos v)^2}$.

Ad hanc expressionem simpliciorum reddendam ponatur semissis anguli $ASM$ tangens, seu $\operatorname{tang} \frac{1}{2} v = t$, erit $\sin \frac{1}{2} v = \frac{t}{\sqrt{(1+tt)}}$, $\cos \frac{1}{2} v = \frac{1}{\sqrt{(1+tt)}}$, indeque $\sin v = \frac{2t}{1+tt}$, $\cos v = \frac{1-tt}{1+tt}$, atque porro $2 + \cos v = \frac{3+tt}{1+tt}$ et $1 + \cos v = \frac{2}{1+tt}$. Fiet itaque

$$\text{area } ASM = \tfrac{1}{3} aat(3+tt) = aa(t + \tfrac{1}{3} t^3).$$

Ponatur jam semiaxis major orbitae terrae, seu distantia media terrae a sole $= c$, atque planeta, qui circa solem circulum, cujus radius $= c$, describeret, periodum absoluturus esset uno anno sidereo, hoc est $365^d\, 6^h\, 8'\, 31''$, quod tempus ponamus $= \theta$. Cum igitur hujus circuli area sit $\pi cc$, denotante $1 : \pi$ rationem diametri ad peripheriam, et parameter diametro $2c$ sit aequalis, erit tempus unius revolutionis $\theta$ ut area $\pi cc$ divisa per $\sqrt{2c}$, hoc est ut $\frac{\pi}{\sqrt{2}} c\sqrt{c}$. Simili vero modo est tempus $T$, quo cometa ex $A$ in $M$ pertingit, ut area $ASM = aa(t + \frac{1}{3} t^3)$ divisa per $\sqrt{4a}$, hoc est ut $(t + \frac{1}{3} t^3)\frac{a\sqrt{a}}{2}$; unde haec nascitur analogia $\theta : T = \frac{\pi c\sqrt{c}}{\sqrt{2}} : \frac{a\sqrt{a}}{2}(t + \frac{1}{3} t^3)$, ergo

$$t + \tfrac{1}{3} t^3 = \frac{\pi T c\sqrt{2c}}{\theta a\sqrt{a}} = 4{,}4428829381 \cdot \frac{T}{\theta} \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}.$$

Quia $\theta$ est annus sidereus, et $T$ tempus datum, erit $\theta$ ad $T$ ut $360^0$ ad motum terrae medium tempori $T$ convenientem. Si ergo ponatur motus terrae medius tempori $T$ respondens $= m$, fiet $\frac{T}{\theta} = \frac{m}{360}$. Ex aequatione ergo cubica

$$t^3 + 3t = 13{,}3286488144 \cdot \frac{m}{360} \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}$$

eruatur valor ipsius $t$, qui erit tangens semissis anguli $ASM$, hincque ad datum tempus vel ante vel post transitum cometae per perihelium $A$ assignabitur locus cometae heliocentricus. Q. E. I.

2. **Coroll. 1.** Si tempus $T$ sit spatium unius diei seu 24 horarum, erit $m = 59'\, 8''$, unde calculo subducto fiet $t^3 + 3t = 0{,}036491289910 \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}$. Quare si $T$ sit spatium $n$ dierum, erit

$$t^3 + 3t = 0{,}036491289910 \cdot \frac{nc\sqrt{c}}{a\sqrt{a}} \quad \text{seu}$$

$$t + \tfrac{1}{3} t^3 = 0{,}012163763303 \cdot \frac{nc\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}.$$

3. **Coroll. 2.** Pro quovis ergo dierum numero $n$ reperitur numerus ipsi $t + \frac{1}{3} t^3$ aequalis, unde cum difficulter valor ipsius $t$, ex eoque valor anguli $v$ reperiatur, conveniet tabulam construi, quae pro singulis valoribus anguli $v$ exhibeat valores respondentes ipsius $t + \frac{1}{3} t^3$: hujus enim tabulae ope vicissim ex valore ipsius $t + \frac{1}{3} t^3$ dato angulus $v$ colligetur.

4. **Coroll. 3.** Si ergo detur tempus, quo cometa in perihelio versatur, atque distantia perihelii a sole $a$, ad quodvis tempus, distantia cometae a perihelio ex sole visa determinari poterit ope tabellae. Scilicet propositum sit tempus $n$ dierum vel ante vel post appulsum cometae ad perihelium, computetur valor $0{,}012163763303 \cdot \frac{nc\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}$; hic valor quaeratur in tabula sub columna $t + \frac{1}{3}t^3$, ac respondens valor ipsius $v$ dabit angulum quaesitum.

5. **Exemplum.** Cometae, qui A. 1680 apparuit, Newtonus statuit latus rectum orbitae $4a = 236{,}8$, seu $a = 59{,}2$ existente $c = 10000$, atque istum cometam collegit in perihelio versatum esse A. 1680 decembr. die 8, $0^h\,4'$ p. m. Hinc erit $0{,}012163763303 \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}} = 26{,}70458$, atque $n$ diebus vel ante vel post appulsum cometae ad perihelium erit $t + \frac{1}{3}t^3 = 26{,}70458\, n$, cui valori respondens angulus $v$ ostendet cometae distantiam a perihelio in orbita sua ex sole visam. Uno ergo die tam ante quam post perihelium hic cometa confecit angulum $ASM$ plus quam 152°; die autem vel praecedente vel antecedente tantum 6 circiter gradus absolvit. Postquam autem cometa per perihelium transiisset, per spatium 90 dierum adhuc adparuit, toto ergo hoc tempore absolvit angulum $ASM$ circiter 174°.

6. **Coroll. 4.** Cognito angulo $ASM = v$, innotescet cometae a sole distantia $SM$, quae est $= \frac{2a}{1 + \cos v}$. Posito autem $t = \text{tang}\, \frac{1}{2}v$, erit $\cos v = \frac{1 - tt}{1 + tt}$ et $1 + \cos v = \frac{2}{1 + tt}$. Hinc erit distantia $SM = a(1 + tt) = a \sec^2 \frac{1}{2}v$. Distantia ergo cometae a sole $SM$ confecto angulo $ASM = 174°$, ubi disparere coepit, ob $a = 59{,}2$ et $t = \text{tang}\, 87°$ erat 21613; non multum ergo diametrum orbis magni $2c$ excedebat.

7. **Coroll. 5.** Si ducatur tangens curvae in $M$, in eamque ex $S$ perpendiculum demittatur, erit hoc perpendiculum $= a\sqrt{(1 + tt)}$, et celeritas cometae in puncto $M$ erit ut $\frac{1}{a\sqrt{(1 + tt)}}$, seu ob $a$ constans, ut $\cos \frac{1}{2}v$.

8. **Scholion.** Si numerus, qui pro $t + \frac{1}{3}t^3$ resultat, non exacte reperiatur in tabula, tum per interpolationem consueto more investigabitur angulus $v$ in minutis primis et secundis, nisi forte numerus ille sit nimis magnus, atque numeri $t + \frac{1}{3}t^3$ angulis $v$ respondentes nimium a progressione arithmetica discrepent. Hoc igitur casu peculiari artificio opus erit, ex natura progressionis petito, ad angulum $v$ exactius determinandum. Quaeratur exempli gratia angulus $ASM$, quem cometa A. 1680 tempore 10 dierum confecerat: erit ergo $t + \frac{1}{3}t^3 = 267{,}0458$, unde apparet angulum $v$ contineri intra 167° et 168°. Primum ergo more solito interpolatio instituatur:

| | | |
|---|---|---|
| 167°: | 234,1492 | 267,0458 |
| 168°: | 296,6044 | 234,1492 |
| 60′: | 62,4552 | 32,8966 |
| | 1,0409 | 1,0409 |
| | | 32,8968 |
| | | 1,3158 |
| | | 296 |

ergo angulus $v = 167^\circ\,34'$ et $t = \text{tang}\,83^\circ\,47'$. Ponatur jam $t = \text{tang}\,(83^\circ\,47' + m'')$ eritque

$$t = 9{,}1802838 + 4145\,m \qquad lt = 0{,}9628561 + 196\,m$$

$$257{,}8974000 + 350000\,m \qquad lt^3 = 2{,}8885683 + 588\,m$$

$$267{,}0776838 + 354145\,m \qquad l3 = 0{,}4771213$$

$$l\tfrac{1}{3}t^3 = 2{,}4114470 + 588\,m$$

$$\text{num.} = 257{,}8974 + 350\,m$$

ergo erit $267{,}0776 + 0{,}0354\,m = 267{,}0458$, hincque $354\,m = -318$, ergo $m$ nequidem unum minutum secundum valet, ita ut vere sit $v = 167^\circ\,34'$.

9. **Problema 2.** Ex datis tribus locis heliocentricis cometae ejus orbitam determinare.

**Solutio.** Fig. 215. Sit $LMNA$ orbita cometae, quae quaeritur; ac primo quidem planum, in quo ea existit, sponte innotescit ex duabus observationibus. Observetur primum cometa in directione $SL$; secundo in directione $SM$, et tertio in directione $SN$. Dantur ergo anguli $LSM$ et $LSN$, itemque differentiae temporum inter has observationes. Sit tempus inter observationem primam et secundam $= m$ dierum, inter primam ac tertiam $= n$ dierum. Porro sit tangens semissis anguli $LSM = f$, tangens semissis anguli $LSN = g$. Ponatur tempus, quo cometa ex $L$ in perihelium $A$ perveniet $= z$ dierum; erit tempus inter cometae loca $M$ et $A = z - m$, et inter loca $N$ et $A = z - n$. Sit tangens semissis anguli $ASL = t$, erit

$$\text{tang}\,\tfrac{1}{2}\,ASM = \frac{t-f}{1+ft} \quad \text{et} \quad \text{tang}\,\tfrac{1}{2}\,ASN = \frac{t-g}{1+gt}.$$

Posito jam brevitatis gratia $N = 0{,}012163763303 \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}$, denotante $a$ distantiam $SA$, et $c$ distantiam mediam terrae a sole. His positis erit

$$t + \tfrac{1}{3}\,t^3 = Nz$$

$$\frac{t-f}{1+ft} + \frac{1}{3}\,\frac{(t-f)^3}{(1+ft)^3} = N(z-m)$$

$$\frac{t-g}{1+gt} + \frac{1}{3}\,\frac{(t-g)^3}{(1+gt)^3} = N(z-n)$$

ex quibus tribus aequationibus tres incognitas $N$, $z$, et $t$ determinari oportet. Per subtractionem secundae et tertiae a prima obtinentur hae duae aequationes

$$\frac{f(1+tt)}{1+ft} + \frac{ftt(1+tt) - fft(1-t^4) + \frac{1}{3}f^3(1+t^6)}{(1+ft)^3} = Nm$$

$$\frac{g(1+tt)}{1+gt} + \frac{gtt(1+tt) - ggt(1-t^4) + \frac{1}{3}g^3(1+t^6)}{(1+gt)^3} = Nn$$

sive

$$\frac{f(1+tt)^2 + fft(1+tt)^2 + \frac{1}{3}f^3(1+tt)^3}{(1+ft)^3} = Nm$$

$$\frac{g(1+tt)^2 + ggt(1+tt)^2 + \frac{1}{3}g^3(1+tt)^3}{(1+gt)^3} = Nn$$

quarum una per alteram divisa dabit aequationem incognita $N$ carentem, solamque $t$ involventem

$$\frac{fn(1+\frac{1}{3}ff+ft+\frac{1}{3}fftt)}{(1+ft)^3}=\frac{gm(1+\frac{1}{3}gg+gt+\frac{1}{3}ggtt)}{(1+gt)^3}$$

$$\text{seu}\quad \frac{fn}{(1+ft)^2}+\frac{f^3n(1+tt)}{3(1+ft)^3}=\frac{gm}{(1+gt)^2}+\frac{g^3m(1+tt)}{3(1+gt)^3}$$

in qua aequatione incognita $t$ ad quinque dimensiones ascendit. Quamobrem ut solutio facilior evadat, eligantur tres observationes a se invicem minimum distantes, ita ut $f$ et $g$ quasi infinite parva evadant. Tum vero prima observatio $L$ non tantum a perihelio distet, ut $t$ possit posteriorem terminum in utroque membro notabilis quantitatis efficere. Evanescent ergo in utroque membro termini posteriores, eritque

$$\frac{fn}{(1+ft)^2}=\frac{gm}{(1+gt)^2},\ \text{unde fit}$$

$$(1+gt)\sqrt{fn}=(1+ft)\sqrt{gm},\ \text{hincque}\ t=\frac{\sqrt{gm}-\sqrt{fn}}{g\sqrt{fn}-f\sqrt{gm}}.$$

Hoc modo quidem tantum vero proxime valor ipsius $t$ invenitur, quia minimus error in observationibus commissus ingentem aberrationem parit. Verum si hoc modo valor ipsius $t$ prope verus fuerit inventus, tum aliae duae quaecunque observationes cum prima $L$ conjungantur, atque tum aequatio, etsi quinque est dimensionum, tamen ob valorem ipsius $t$ prope verum cognitum, verus valor non difficulter eruetur. Sit $\theta$ valor prope verus ipsius $t$, ponaturque $t=\theta+\psi$, ita ut $\psi$ prae $\theta$ sit valde parvum, eritque

$$\frac{fn}{(1+f\theta)^2}+\frac{f^3n(1+\theta\theta)}{3(1+f\theta)^3}-\frac{2ffn\psi}{(1+f\theta)^3}-\frac{f^3n\psi(3f-2\theta+f\theta\theta)}{3(1+f\theta)^4}=$$

$$\frac{gm}{(1+g\theta)^2}+\frac{g^3m(1+\theta\theta)}{3(1+g\theta)^3}-\frac{2ggm\psi}{(1+g\theta)^3}-\frac{g^3m\psi(3g-2\theta+g\theta\theta)}{3(1+g\theta)^4}$$

ex qua aequatione $\psi$ inventum dabit verum valorem tangentis $t=\theta+\psi$, et anguli ipsi respondentis duplum monstrabit angulum $LSA$, ideoque praebebit positionem axis $AS$ parabolae quaesitae. Invento autem $t$ erit

$$N=\frac{(1+tt)^2(f+fft+\frac{1}{3}f^3(1+tt))}{m(1+ft)^3}=0{,}0121637\cdot\frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}$$

unde elicitur distantia $AS=a$, ac parabolae latus rectum $4a$. Denique colligetur tempus, quo cometa in perihelium perveniet, quod post observationem primam $L$ eveniet $z$ diebus, existente $z=\frac{3t+t^3}{3N}$. Cognitis ergo positione axis parabolae $AS$, ejus parametro $4a$, seu valore litterae $N$ una cum tempore, quo cometa perihelium attingit, ad quodvis tempus locus cometae in orbita ejusque distantia a sole per problema praecedens definietur. Q. E. I.

10. **Coroll. 1.** Ex cognito tempore, quo cometa ad perihelium appellit, una cum valore numeri $N$ ad datum tempus, distantia cometae a perihelio ex sole visa determinabitur; scilicet si haec distantia desideretur $n$ diebus vel ante vel post appulsum ad perihelium, multiplicetur numerus $N$ per $n$, ac productum quaeratur in tabula sub columna $t+\frac{1}{3}t^3$, cui respondebit angulus $v$, distantiam cometae a perihelio e sole visam indicans.

**11. Coroll. 2.** Si valor numeri $N$ inventus dividatur per 0,012163763303, quotus dabit $\frac{c\sqrt{e}}{a\sqrt{a}}$, unde reperietur distantia perihelii a sole $SA = a$, seu potius ejus ratio ad distantiam mediam terrae a sole. Hinc autem in quovis loco vera cometae a sole distantia colligetur. (6).

**12. Scholion.** Maxima difficultas posita est in inventione tangentis $t$ ex aequatione

$$\frac{fn}{(1+ft)^2} + \frac{f^3 n(1+tt)}{3(1+ft)^3} = \frac{gm}{(1+gt)^2} + \frac{g^3 m(1+tt)}{3(1+gt)^3};$$

ubi primum praecepimus ejusmodi observationes adhibere, in quibus $f$ et $g$ fiant vehementer parvae, ut $t$ proxime tantum innotescat. At quoniam minimus error in observationibus nimium vicinis maxime deflectentem a veritate conclusionem producere potest, conveniet binas posteriores observationes neque nimis vicinas, neque nimis remotas a prima accipi, quo $f$ et $g$ neque sint vehementer parvae, neque ad unitatem appropinquent, quod eveniet, dummodo angulus $LSN$ minor sit 60°. Tales observationes si eligantur, tum aequatio $\frac{fn}{(1+ft)^2} = \frac{gm}{(1+gt)^2}$ valorem ipsius $t$ a vero aberrantem quidem, at non multum, praebebit. Sit iste valor $t = \theta$, ita ut sit $\frac{fn}{(1+f\theta)^2} = \frac{gm}{(1+g\theta)^2}$, ac statuatur verus valor $t = \theta + \psi$, ubi $\psi$ instar quantitatis vehementer parvae tractare licebit. Pervenietur autem, uti in solutione, ad hanc aequationem

$$\frac{f^3 n(1+\theta\theta)}{3(1+f\theta)^3} - \frac{ffn\psi(6+3ff+4f\theta+ff\theta\theta)}{3(1+f\theta)^4} = \frac{g^3 m(1+\theta\theta)}{3(1+g\theta)^3} - \frac{ggm\psi(6+3gg+4g\theta+gg\theta\theta)}{3(1+g\theta)^4}$$

quae, propter $fn : gm = (1+f\theta)^2 : (1+g\theta)^2$, abit in

$$\frac{ff(1+\theta\theta)}{1+f\theta} - \frac{f\psi(6+3ff+4f\theta+ff\theta\theta)}{(1+f\theta)^2} = \frac{gg(1+\theta\theta)}{1+g\theta} - \frac{g\psi(6+3gg+4g\theta+gg\theta\theta)}{(1+g\theta)^2}$$

ex qua aequatione si erutum fuerit $\psi$, habebitur satis prope $t = \theta + \psi$, qui tamen pari modo ulterius corrigi potest. Denique consultum erit tres observationes a se invicem maxime remotas adhibere, atque per aequationem quintae potestatis, qua $t$ determinatur, exactissime valorem ipsius $t$ determinare, id quod non difficulter praestabitur, cum valor ipsius $t$ jam proxime sit notus. Sicque multiplicato observationum numero, orbita cometae continuo exactius cognoscetur.

**13. Problema 3.** Cognita cometae orbita, una cum temporis momento, quo in perihelio versatur, ad quodvis tempus cometae longitudinem ac latitudinem heliocentricam definire.

**Solutio.** Fig. 216. Quoniam cometa in plano per solem transeunte movetur, apparebit in circulo maximo incedere. Sit igitur sol in centro coeli siderei $S$, atque ☊$MA$☋ circulus maximus, in quo cometa ingredi cernitur, secundum ordinem litterarum ☊$MA$☋. Sit porro ☊$ma$☋ ecliptica secundum signorum ordinem distributa, et $O$ polus eclipticae borealis, erit ☊ nodus ascendens orbitae cometae, et ☋ nodus descendens. Sit longitudo nodi ascendentis ☊ a prima stella arietis computata $= q$, atque inclinatio orbitae cometae ☊$MA$☋ ad eclipticam, seu angulus $M$☊$m = s$, qui si recto fuerit minor, motus cometae secundum signorum seriem fieri cernetur; contra, si angulus $s$ recto sit major, motus cometae contra signorum seriem perficietur. Sit deinde $A$ locus perihelii, per quem ex $O$ ducatur circulus maximus $OAa$, erit $a$ longitudo perihelii, cujus distantia a prima stella arietis

sit $=p$, erit arcus $☊a = p - q$. Ex triangulo sphaerico $A☊a$ ad $a$ rectangulo innotescit primo latitudo borealis perihelii $Aa$, erit nempe $\operatorname{tang} Aa = \operatorname{tang} s \,.\, \sin(p-q)$ et $\operatorname{tang} ☊A = \frac{\operatorname{tang}(p-q)}{\cos s}$. Sit $a$ distantia cometae in perihelio a sole, et $c$ distantia media terrae a sole, ac ponatur

$$N = 0{,}012163763303 \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}.$$

Jam quaeratur $k$ diebus, antequam cometa ad perihelium appellit, locus cometae, qui sit in $M$. Ad quem inveniendum sit angulus $MSA$ seu arcus $MA = v$ et $\operatorname{tang} \frac{1}{2} v = t$, erit $t + \frac{1}{3} t^3 = Nk$, atque ope tabulae computatae ex numero $Nk$ reperietur angulus $v$. Sit arcus $☊A = A$, ita ut sit $\operatorname{tang} A = \frac{\operatorname{tang}(p-q)}{\cos s}$; erit arcus $☊M = A - v$. Hinc in triangulo $☊mM$ ad $m$ rectangulo erit $\sin Mm = \sin(A-v) \sin s$ et $\operatorname{tang} ☊m = \operatorname{tang}(A-v) \cos s$. Erit ergo $Mm$ latitudo cometae heliocentrica, et si ad $☊m$ addatur $q$ longitudo nodi, prodibit longitudo cometae a prima stella arietis computata. Q. E. I.

14. **Coroll. 1.** In triangulo sphaerico $M☊m$ latera $Mm$ et $☊m$ et angulus $M☊m = s$ ita a se invicem pendent, ut sit $\operatorname{tang} Mm = \sin ☊m \operatorname{tang} s$. Haecque aequatio ex duabus inventis resultare debet, si arcus $A - v$ eliminetur.

15. **Coroll. 2.** Quodsi autem ex duabus aequationibus inventis $\sin Mm = \sin(A-v) \sin s$ et $\operatorname{tang} ☊m = \operatorname{tang}(A-v)\cos s$ eliminetur angulus $s$, orietur haec aequatio

$$\cos(A-v) = \cos Mm \,.\, \cos ☊m.$$

16. **Coroll. 3.** Quatuor ergo habentur aequationes, quae autem duabus tantum aequivalent, istae:

$$\sin Mm = \sin(A-v)\sin s, \qquad \operatorname{tang} ☊m = \operatorname{tang}(A-v)\cos s$$
$$\operatorname{tang} Mm = \sin ☊m \operatorname{tang} s, \qquad \cos(A-v) = \cos Mm \cos ☊m$$

ex quibus binae, prouti commodum visum fuerit, ad usum adhiberi poterunt.

17. **Coroll. 4.** Data igitur, ex quibus longitudo ac latitudo heliocentrica cometae ad datum tempus assignatur, sunt primo ex orbita cometae desumta. Nempe distantia nodi ☊ a perihelio $A$ ex sole visa $= A$; deinde inclinatio orbitae cometae ad planum eclipticae, seu angulus $M☊m = s$. Porro, differentia inter tempus propositum et tempus, quo cometa perihelium attingit, quae in diebus expressa sit $= k$ dierum, ex qua ope tabulae ante datae sequitur angulus $v$.

18. **Coroll. 5.** Quoniam cometae a sole distantia $SM$ est $= a \sec^2 \frac{1}{2} v$, erit ejus distantia a sole curtata, seu in ecliptica sumta $= a \sec^2 \frac{1}{2} v \,.\, \cos Mm$.

19. **Coroll. 6.** Si longitudo heliocentrica ponatur $= f$, et latitudo heliocentrica $= g$, erit $f = ☊m + q$, unde fiet

$$\text{I.}\ \sin g = \sin(A-v)\sin s, \qquad \text{II.}\ \operatorname{tang}(f-q) = \operatorname{tang}(A-v)\cos s$$
$$\text{III.}\ \operatorname{tang} g = \sin(f-q)\operatorname{tang} s, \qquad \text{IV.}\ \cos(A-v) = \cos g \cos(f-q).$$

20. **Problema 4.** Fig. 217. Ex datis duobus cometae locis heliocentricis invenire inclinationem orbitae cometae ad eclipticam, atque positionem nodorum ☊ et ☋.

**Solutio.** Observetur primum cometa in $L$, sitque longitudo heliocentrica $= f$ et latitudo borealis $= g$; praeterea vero observetur cometa in $M$, sitque longitudo ejus $= f'$ et latitudo $Mm = g'$. Ponatur longitudo nodi ascendentis $☊ = q$, et inclinatio orbitae ad eclipticam, seu angulus $L☊l = s$. Erit igitur differentia longitudinum $lm = f' - f$. Ex aequatione ergo tertia (19) nascentur hae duae aequationes

$$\operatorname{tang} g = \sin(f - q) \operatorname{tang} s \quad \text{et} \quad \operatorname{tang} g' = \sin(f' - q) \operatorname{tang} s$$

quarum haec per illam divisa dabit

$$\frac{\operatorname{tang} g'}{\operatorname{tang} g} = \frac{\sin(f' - q)}{\sin(f - q)} = \frac{\sin(f - q + lm)}{\sin(f - q)}.$$

Cum autem sit $\sin(f - q + lm) = \sin(f - q)\cos lm + \cos(f - q)\sin lm$, fiet

$$\frac{\operatorname{tang} g'}{\operatorname{tang} g} = \cos lm + \frac{\sin lm}{\operatorname{tang}(f - q)}.$$

Hinc reperitur

$$\operatorname{tang}(f - q) = \frac{\operatorname{tang} g \sin lm}{\operatorname{tang} g' - \operatorname{tang} g \cos lm}.$$

Innotescit ergo differentia longitudinum $☊l = f - q$, unde ob longitudinem puncti $l$ datam definietur longitudo nodi ascendentis ☊; qua cognita ob arcum $f - q$ datum erit $\operatorname{tang} s = \frac{\operatorname{tang} g}{\sin(f - q)}$, sicque inclinatio orbitae cometae ad planum eclipticae, seu angulus $L☊l = s$ invenitur. Q. E. I.

21. **Coroll. 1.** Quoniam est $\operatorname{tang}(f - q) = \frac{\operatorname{tang} f - \operatorname{tang} q}{1 + \operatorname{tang} f \operatorname{tang} q}$ et $lm = f' - f$, erit longitudo nodi quaesita

$$\operatorname{tang} q = \frac{\sin f \operatorname{tang} g' - \sin f' \operatorname{tang} g}{\cos f \operatorname{tang} g' - \cos f' \operatorname{tang} g}.$$

22. **Coroll. 2.** Si ponatur $\operatorname{tang} g = \alpha$, $\operatorname{tang} g' = \beta$, $\sin lm = \sin(f' - f) = \mu$ et $\cos(f' - f) = \nu$, reperietur

$$\operatorname{tang} s = \frac{\sqrt{(\alpha^2 + \beta^2 - 2\alpha\beta\nu)}}{\mu},$$

cujus fractionis numerator $\sqrt{(\alpha^2 + \beta^2 - 2\alpha\beta\nu)}$ est basis trianguli, cujus latera sunt $\alpha$ et $\beta$, angulum $= f' - f$ constituentia.

23. **Problema 5.** Si dato tempore, puta $k$ dierum, vel ante vel post cometae appulsum ad perihelium, detur distantia cometae a perihelio e sole visa $= v$, invenire eandem distantiam tempore $k + x$ dierum vel ante vel post momentum, quo in perihelio versatur.

**Solutio.** Ponatur $\operatorname{tang} \frac{1}{2} v = t$, erit $t + \frac{1}{3} t^3 = Nk$, seu $\operatorname{tang} \frac{1}{2} v + \frac{1}{3} \operatorname{tang}^3 \frac{1}{2} v = Nk$. Sit jam angulus tempori $k + x$ dierum respondens $= v + \varphi$, erit posito brevitatis gratia $\operatorname{tang} \frac{1}{2} v + \frac{1}{3} \operatorname{tang}^3 \frac{1}{2} v = V$, per calculum differentiarum finitarum

$$\operatorname{tang} \tfrac{1}{2}(v+\varphi) + \tfrac{1}{3}\operatorname{tang}^3 \tfrac{1}{2}(v+\varphi) = V + \frac{\varphi\, dV}{dv} + \frac{\varphi^2\, ddV}{2dv^2} + \frac{\varphi^3\, d^3V}{6dv^3} + \text{etc.} = N(k+\varkappa).$$

Cum igitur sit $V = Nk$, erit

$$N\varkappa = \frac{\varphi\, dV}{dv} + \frac{\varphi\varphi\, ddV}{2dv^2} + \frac{\varphi^3\, d^3V}{6dv^3} + \text{etc.}$$

At est
$$\frac{dV}{dv} = \frac{1}{2\cos^2 \frac{1}{2}v} + \frac{\operatorname{tang}^2 \frac{1}{2}v}{2\cos^2 \frac{1}{2}v} = \frac{1}{2\cos^4 \frac{1}{2}v}$$

$$\frac{ddV}{dv^2} = \frac{\sin \frac{1}{2}v}{\cos^5 \frac{1}{2}v}$$

$$\frac{d^3V}{dv^3} = \frac{1}{2\cos^4 \frac{1}{2}v} + \frac{5\sin^2 \frac{1}{2}v}{2\cos^6 \frac{1}{2}v} = \frac{5}{2\cos^6 \frac{1}{2}v} - \frac{2}{\cos^4 \frac{1}{2}v}$$

etc.

Ex his ergo fiet
$$N\varkappa = \frac{\varphi}{2\cos^4 \frac{1}{2}v} + \frac{\varphi^2 \sin \frac{1}{2}v}{2\cos^5 \frac{1}{2}v} + \frac{5\varphi^3}{12\cos^6 \frac{1}{2}v} - \frac{\varphi^3}{3\cos^4 \frac{1}{2}v} + \text{etc.}$$

Ponamus jam esse $\varphi = \alpha N\varkappa + \beta N^2\varkappa^2 + \gamma N^3\varkappa^3 + \text{etc.}$, atque facta substitutione habebimus:

$$\begin{aligned} N\varkappa = {} & \frac{\alpha N\varkappa}{2\cos^4 \frac{1}{2}v} + \frac{\beta N^2\varkappa^2}{2\cos^4 \frac{1}{2}v} + \frac{\gamma N^3\varkappa^3}{2\cos^4 \frac{1}{2}v} + \text{etc.} \\ & + \frac{\alpha^2 N^2\varkappa^2 \sin \frac{1}{2}v}{2\cos^5 \frac{1}{2}v} + \frac{\alpha\beta N^3\varkappa^3 \sin \frac{1}{2}v}{\cos^5 \frac{1}{2}v} + \text{etc.} \\ & + \frac{5\alpha^3 N^3\varkappa^3}{12\cos^6 \frac{1}{2}v} \\ & - \frac{\alpha^3 N^3\varkappa^3}{3\cos^4 \frac{1}{2}v}. \end{aligned}$$

His ad aequalitatem reductis erit

$$\alpha = 2\cos^4 \tfrac{1}{2}v$$

$$\beta = \frac{-\alpha^2 \sin \frac{1}{2}v}{\cos \frac{1}{2}v} = -4\cos^7 \tfrac{1}{2}v \sin \tfrac{1}{2}v$$

$$\gamma = \frac{-2\alpha\beta \sin \frac{1}{2}v}{\cos \frac{1}{2}v} - \frac{5\alpha^3}{6\cos^2 \frac{1}{2}v} + \frac{2\alpha^3}{3}, \text{ seu } \gamma = \tfrac{4}{3}\cos^{10} \tfrac{1}{2}v\,(7 - 8\cos^2 \tfrac{1}{2}v)$$

etc.

Ex his igitur reperitur

$$\varphi = 2N\varkappa \cos^4 \tfrac{1}{2}v - 4N^2\varkappa^2 \cos^7 \tfrac{1}{2}v \sin \tfrac{1}{2}v + \tfrac{4}{3}N^3\varkappa^3 \cos^{10} \tfrac{1}{2}v\,(7 - 8\cos^2 \tfrac{1}{2}v)$$

quae expressio, nisi differentia temporis $\varkappa$ sit admodum magna, per approximationem satis pro| praebet valorem ipsius $\varphi$. Primum enim si cometa a perihelio vehementer distet, angulus $\frac{1}{2}v$ n multum ab angulo recto differret, ideoque ejus cosinus fractio erit perquam exigua. Hinc termin secundus multo minor erit primo, ac tertius secundo; ita ut plerumque primus terminus suffice possit ad $\varphi$ exprimendum, quo invento erit angulus quaesitus $= v + \varphi$. Q. E. I.

24. **Coroll.** Si igitur cometa tempore $k$ dierum a perihelio movetur per angulum $v$, tempore $k+x$ dierum movebitur proxime per angulum $v + 2Nx\cos^4\frac{1}{2}v$; vel si iste angulus propius desideretur, erit is $v + 2Nx\cos^4\frac{1}{2}v - 4N^2x^2\cos^7\frac{1}{2}v\sin\frac{1}{2}v$, atque tertius terminus

$$\tfrac{4}{3}N^3x^3\cos^{10}\tfrac{1}{2}v\,(7-8\cos^2\tfrac{1}{2}v)$$

cum sequentibus semper tuto negligi poterit, dummodo utroque tempore cometa vel ante vel post perihelium versetur.

25. **Scholion 1.** Quo haec approximatio magis confirmetur, sumamus exemplum cometae A. 1680 visi, pro quo erat $N = 26,70458$, qui numerus, cum sit multo major unitate, terminos seriei illius, valorem ipsius $\varphi$ exhibentis, crescentes efficere videatur. Cum autem iste cometa uno die per angulum plus quam 152° a perihelio circa solem moveatur, quia cometam diu ante vel post perihelium observari ponimus, erit $v > 152^0$ et $\cos\frac{1}{2}v < \sin 14^0$ et proinde $\cos\frac{1}{2}v < 0,2419219$, hoc est $< \frac{1}{4}$. Hinc erit $\cos^4\frac{1}{2}v < \frac{1}{256}$, quo valore terminus $2Nx\cos^4\frac{1}{2}v$ valde redditur exiguus. Sumamus spatium $k$ esse decem dierum, erit (8) $v = 167^0\,34'$ et $\frac{1}{2}v = 83^0\,47'$. Si jam hinc quaeramus angulum tempori $k+x$ dierum respondentem, sequens calculus instituatur:

$$l\cos\tfrac{1}{2}v = (-1),0345825 \qquad lN = 1,4265857$$
$$l\sin\tfrac{1}{2}v = (-1),9974386 \qquad l2 = 0,3010300$$
$$lN = 1,4265857 \qquad l\cos^4\tfrac{1}{2}v = (-4),1383300$$
$$\overline{(-3),8659457}$$

$$\text{ergo}\quad 2N\cos^4\tfrac{1}{2}v = 0,007344.$$

Pro secundo termino erit
$$lN^2 = 2,8531714$$
$$l4 = 0,6020600$$
$$l\cos^7\tfrac{1}{2}v = (-7),2420775$$
$$l\sin\tfrac{1}{2}v = (-1),9974386$$
$$\overline{(-4),6947475}$$

$$\text{ergo}\quad 4N^2\cos^7\tfrac{1}{2}v\sin\tfrac{1}{2}v = 0,000495.$$

Pro termino tertio utrumque membrum seorsim computetur, nempe

$$lN^3 = 4,2797571 \qquad lN^3 = 4,2797571$$
$$l\tfrac{4}{3} = 0,1249387 \qquad l\tfrac{4}{3} = 0,1249387$$
$$l7 = 0,8450980 \qquad l8 = 0,9030900$$
$$l\cos^{10}\tfrac{1}{2}v = (-10),3458250 \qquad l\cos^{12}\tfrac{1}{2}v = (-12),4149900$$
$$\overline{(-5),5956188} \qquad \overline{(-7),7227758}$$

ergo $\frac{28}{3} N^3 \cos^{10} \frac{1}{2} v = 0{,}00003941$ ergo $\frac{32}{3} N^3 \cos^{12} \frac{1}{2} v = 0{,}0000005282$.

Cometa ergo tempore $10 + x$ dierum a perihelio movetur per angulum

$$167^\circ\, 34' + 0{,}007344\, x - 0{,}0004839\, x^2 + 0{,}00003888\, x^3$$

qui termini, nisi $x$ decem dies superet, notabiliter decrescunt. Sit $x$ spatium unius diei, erit

$$\begin{array}{rl} & +0{,}007344 \\ & -0{,}000484 \\ & +0{,}000039 \\ \hline \varphi = & 0{,}006899 \\ & 0{,}006690 \end{array} \qquad \begin{array}{rl} \sin 23' = & 0{,}006690 \\ \sin 24' = & 0{,}006981 \\ \hline & 291 \end{array}$$

$$291 : 60'' = 209 : 43''$$

ergo tempori undecim dierum respondet angulus $167^\circ\, 57'\, 43''$.

26. **Scholion 2.** Si ponamus $x$ negativum, tum omnes termini seriei valorem ipsius $\varphi$ exhibentis iisdem signis erunt affecti, ideoque series eo magis convergit. Quodsi ergo tempori $k$ dierum respondeat angulus $v$ a perihelio sumtus, seu anomalia vera, tempori $k - x$ dierum respondebit anomalia vera $v - \varphi$, ita ut sit

$$\varphi = 2Nx \cos^4 \tfrac{1}{2} v + 4N^2 x^2 \cos^7 \tfrac{1}{2} v \sin \tfrac{1}{2} v + \tfrac{4}{3} N^3 x^3 \cos^{10} \tfrac{1}{2} v \left(7 - 8 \cos^2 \tfrac{1}{2} v\right)$$

quae primo, uti vidimus, vehementer convergit, si angulus $\frac{1}{2} v$ non multum deficiat ab angulo recto, hoc est si cometa adhuc longe a perihelio distet, etiamsi hoc casu $N$ sit numerus satis magnus. Quodsi autem $N$ sit numerus multo minor, quod evenit si perihelium cometae longius a sole sit remotum, tum haec series satis convergit, etiamsi cometa non tantopere a perihelio distet.

27. **Problema 6.** Ex datis tribus cometae longitudinibus ac latitudinibus heliocentricis orbitam ipsius determinare.

**Solutio.** Sit longitudo perihelii $= p$, distantia perihelii a sole $= a$, distantia terrae medi[a] a sole $= c$, ac ponatur $N = 0{,}012163763303 \cdot \frac{c\sqrt{c}}{a\sqrt{a}}$. Sit longitudo nodi ascendentis $= q$, inclinati[o] orbitae cometae ad eclipticam $= s$; capiatur angulus $r$, ut sit $\tang r = \frac{\tang (p - q)}{\cos s}$, erit $r$ distanti[a] perihelii a nodo. Sint tres observationes sumtae diu antequam cometa ad perihelium pertingit, se[d] statim atque apparere incipit. Sit pro observatione

| | I. | II. | III. |
|---|---|---|---|
| longitudo cometae heliocentrica | $= f$ | $f'$ | $f''$ |
| latitudo cometae heliocentrica | $= g$ | $g'$ | $g''$ |

tempus inter observationem I. et II. $= x$ dierum

inter I. et III. $= \lambda$ dierum.

Post primam observationem ponamus cometam ad perihelium pertingere spatio $k$ dierum, et sit anomalia vera cometae tempore primae observationis $= v$, tempore secundae $= v - \varphi$, tempore tertiae $= v - \psi$, erit, uti vidimus,

$$\varphi = 2N\varkappa \cos^4 \tfrac{1}{2} v + 4N^2\varkappa^2 \cos^7 \tfrac{1}{2} v \sin \tfrac{1}{2} v + \text{etc.}$$

$$\psi = 2N\lambda \cos^4 \tfrac{1}{2} v + 4N^2\lambda^2 \cos^7 \tfrac{1}{2} v \sin \tfrac{1}{2} v + \text{etc.}$$

Jam erit per (19), posito $r$ loco $A$

1) $\sin g = \sin (r - v) \sin s$
$\sin g' = \sin (r - v + \varphi) \sin s$
$\sin g'' = \sin (r - v + \psi) \sin s$

2) $\tan (f - q) = \tan (r - v) \cos s$
$\tan (f' - q) = \tan (r - v + \varphi) \cos s$
$\tan (f'' - q) = \tan (r - v + \psi) \cos s$

itemque

3) $\tan g = \sin (f - q) \tan s$
$\tan g' = \sin (f' - q) \tan s$
$\tan g'' = \sin (f'' - q) \tan s$

4) $\cos (r - v) = \cos g \cos (f - q)$
$\cos (r - v + \varphi) = \cos g' \cos (f' - q)$
$\cos (r - v + \psi) = \cos g'' \cos (f'' - q)$

Ex aequationibus N⁰ 3 sequitur

$$\frac{\sin (f' - q)}{\sin (f - q)} = \frac{\tan g'}{\tan g} = \frac{\sin f' \cos q - \cos f' \sin q}{\sin f \cos q - \cos f \sin q}$$

indeque
$$\tan q = \frac{\tan g' \sin f - \tan g \sin f'}{\tan g' \cos f - \tan g \cos f'}.$$

Idem valor pro longitudine nodi $q$ prodire debet ex binis quibusvis aliis aequationibus ejusdem ordinis, siquidem observationes omni cura sunt institutae; erit ergo pariter

$$\tan q = \frac{\tan g'' \sin f' - \tan g' \sin f''}{\tan g'' \cos f' - \tan g' \cos f''}.$$

Inventa autem longitudine nodi ascendentis $q$, simul innotescit inclinatio orbitae cometae ad eclipticam $s$ ex aequatione $\tan s = \frac{\tan g}{\sin (f - q)}$. Quia porro $\varphi$ et $\psi$ sunt anguli perquam exigui, erit

$$\sin (r - v + \varphi) = \sin (r - v) + \varphi \cos (r - v) \text{ et } \sin (r - v + \psi) = \sin (r - v) + \psi \cos (r - v)$$

unde ex ordine aequationum primo habebitur

$$\frac{\sin g'}{\sin g} = 1 + \varphi \cot (r - v) \quad \text{et} \quad \frac{\sin g''}{\sin g} = 1 + \psi \cot (r - v)$$

$$\text{unde} \quad \frac{\sin g'' - \sin g}{\sin g' - \sin g} = \frac{\psi}{\varphi} = \frac{\lambda + 2N\lambda^2 \cos^3 \frac{1}{2} v \sin \frac{1}{2} v}{\varkappa + 2N\varkappa^2 \cos^3 \frac{1}{2} v \sin \frac{1}{2} v}$$

Praeterea vero cum sit $\sin (r - v) = \frac{\sin g}{\sin s}$, dabitur quoque $\cot (r - v)$, unde erit

$$\frac{\sin g' - \sin g}{\sin g \cot (r - v)} = \varphi = 2N\varkappa \cos^4 \tfrac{1}{2} v + 4N^2\varkappa^2 \cos^7 \tfrac{1}{2} v \sin \tfrac{1}{2} v$$

$$\text{et} \quad \frac{\sin g'' - \sin g}{\sin g \cot (r - v)} = \psi = 2N\lambda \cos^4 \tfrac{1}{2} v + 4N^2\lambda^2 \cos^7 \tfrac{1}{2} v \sin \tfrac{1}{2} v.$$

Ex his ergo aequationibus reperietur et valor numeri $N$, ex quo distantia perihelii a sole $a$ innotescit, et anomalia vera $v$ pro prima observatione, ex qua tempus $k$, quo cometa perihelium attingit, innotescit. Deinde vero ex cognito $v$ innotescit angulus $r$, hincque tandem longitudo perihelii $p$. Q. E. I.

28. **Coroll. 1.** Quoniam invenimus

$$\varphi = \frac{\sin g' - \sin g}{\sin g \cot (r - v)} \quad \text{et} \quad \psi = \frac{\sin g'' - \sin g}{\sin g \cot (r - v)},$$

atque angulus $r - v$ datus est ex aequatione $\sin (r - v) = \frac{\sin g}{\sin s}$, dabuntur decrementa anomaliae verae $v$ in observatione secunda et tertia, quae sunt $\varphi$ et $\psi$.

29. **Coroll. 2.** Quoniam ergo dantur $\varphi$ et $\psi$, erit ex (23)

$$N\varkappa = \frac{\varphi}{2\cos^4 \frac{1}{2} v} + \frac{\varphi\varphi \sin \frac{1}{2} v}{2 \cos^5 \frac{1}{2} v} + \text{etc.}$$

$$N\lambda = \frac{\psi}{2\cos^4 \frac{1}{2} v} + \frac{\psi\psi \sin \frac{1}{2} v}{2 \cos^5 \frac{1}{2} v} + \text{etc.}$$

hincque eliminando numerum $N$ erit

$$\frac{\lambda}{\varkappa} = \frac{\psi \cos \frac{1}{2} v + \psi^2 \sin \frac{1}{2} v}{\varphi \cos \frac{1}{2} v + \varphi^2 \sin \frac{1}{2} v}, \quad \text{seu} \quad \lambda\varphi + \lambda\varphi^2 \operatorname{tang} \tfrac{1}{2} v = \varkappa\psi + \varkappa\psi^2 \operatorname{tang} \tfrac{1}{2} v,$$

ex qua expedite reperitur anomalia vera $v$, cum sit

$$\operatorname{tang} \tfrac{1}{2} v = \frac{\varkappa\psi - \lambda\varphi}{\lambda\varphi^2 - \varkappa\psi^2}.$$

30. **Coroll. 3.** Invento ergo hoc modo angulo $v$, ex eo statim angulus $r$, hincque longitudo perihelii $p$ innotescit per aequationes $\sin (r - v) = \frac{\sin g}{\sin s}$ et $\operatorname{tang} (p - q) = \operatorname{tang} r \cos s$. Tum vero etiam numerus $N$ definitur ex aequatione

$$N = \frac{\varphi}{2\varkappa \cos^4 \frac{1}{2} v} + \frac{\varphi^2 \sin \frac{1}{2} v}{2\varkappa \cos \frac{1}{2} v}$$

ex quo porro distantia perihelii a sole $a$ determinatur.

31. **Scholion.** Si ob cosinum anguli $\frac{1}{2} v$ valde parvum, series, qua numerus $N$ definitur, parum convergat, calculus sine approximatione, postquam $\varphi$ et $\psi$ sunt inventa, institui poterit hoc modo: Cum sit $Nk = \operatorname{tang} \frac{1}{2} v + \frac{1}{3} \operatorname{tang}^3 \frac{1}{2} v$, erit

$$N(k - \varkappa) = \operatorname{tang} \frac{v - \varphi}{2} + \tfrac{1}{3} \operatorname{tang}^3 \frac{v - \varphi}{2}$$

hincque $N\varkappa = \operatorname{tang} \frac{1}{2} v - \operatorname{tang} \frac{v - \varphi}{2} + \frac{1}{3} \operatorname{tang}^3 \frac{1}{2} v - \frac{1}{3} \operatorname{tang}^3 \frac{v - \varphi}{2}$. Sit $\operatorname{tang} \frac{1}{2} v = t$ et $\operatorname{tang} \frac{1}{2} \varphi = \mu$, itemque $\operatorname{tang} \frac{1}{2} \psi = \nu$, erit $\operatorname{tang} \frac{v - \varphi}{2} = \frac{t - \mu}{1 + \mu t}$ et $\operatorname{tang} \frac{v - \psi}{2} = \frac{t - \nu}{1 + \nu t}$. His substitutis erit

$$N\varkappa = \frac{\mu(1+tt)}{1+\mu t} + \frac{\mu tt(1+tt) - \mu^2 t(1-t^4) + \frac{1}{3}\mu^3(1+t^6)}{(1+\mu t)^3}$$

$$\text{et} \quad N\lambda = \frac{\nu(1+tt)}{1+\nu t} + \frac{\nu tt(1+tt) - \nu^2 t(1-t^4) + \frac{1}{3}\nu^3(1+t^6)}{(1+\nu t)^3}.$$

Ex his eliminando $N$ prodibit ista aequatio

$$\frac{\lambda(1+\nu t)^3}{\varkappa(1+\mu t)^3} = \frac{\nu(1+\nu t)^2 + \nu tt - \nu^2 t(1-tt) + \frac{1}{3}\nu^3(1-tt+t^4)}{\mu(1+\mu t)^2 + \mu tt - \mu^2 t(1-tt) + \frac{1}{3}\mu^3(1-tt+t^4)}$$

$$\text{sive} \quad \frac{\lambda(1+\nu t)^3}{\varkappa(1+\mu t)^3} = \frac{\nu + \nu^2 t + \frac{1}{3}\nu^3(1+tt)}{\mu + \mu^2 t + \frac{1}{3}\mu^3(1+tt)}.$$

Ex hac igitur aequatione etsi quinti gradus, si methodo praecedente jam prope valor ipsius $t$ innotuerit, satis cito verus valor ipsius $t$ colligi poterit. Quo invento tam numerus $N$ quam tempus $k$ dierum assignabitur.

**32. Scholion 2.** Quanquam ante valores $\varphi$ et $\psi$ tantum per approximationem invenimus, observationes tres invicem proximas assumentes, tamen inveniri quoque possunt exacte, etiamsi observationes maxime a se invicem distent. Inventis enim $q$ et $s$ modo praescripto, qui nulla approximatione nitebatur, statim innotescit angulus $r - v$, cum sit

$$\text{vel} \quad \sin(r-v) = \frac{\sin g}{\sin s}, \quad \text{vel} \quad \tang(r-v) = \frac{\tang(f-q)}{\cos s}.$$

Hinc porro innotescit angulus $\varphi$ ex aequatione $\sin(r - v + \varphi) = \frac{\sin g'}{\sin s}$, et angulus $\psi$ ex aequatione $\sin(r - v + \psi) = \frac{\sin g''}{\sin s}$. Inventis ergo $\varphi$ et $\psi$ methodo in Scholio praecedente exhibita reperientur $N$ et $v$. Ex datis ergo tribus quibuscunque locis cometae heliocentricis, longitudinibus scilicet ac latitudinibus, orbita cometae exactissime determinari poterit. Praestat tamen antequam iste modus adhibeatur, ex tribus observationibus invicem proximis et a perihelio longe remotis orbitam cometae vero proxime determinare; quo aequatio superior quinque dimensionum facilius resolvi possit. Cum enim hoc casu fiant $\mu$ et $\nu$ valde parva, erit proxime

$$\frac{\lambda(1+\nu t)^3}{\varkappa(1+\mu t)^3} = \frac{\nu}{\mu} \quad \text{et} \quad \frac{1+\nu t}{1+\mu t} = \frac{\sqrt[3]{\varkappa\nu}}{\sqrt[3]{\lambda\mu}}, \quad \text{unde} \quad t = \frac{\sqrt[3]{\lambda\mu} - \sqrt[3]{\varkappa\nu}}{\mu\sqrt[3]{\varkappa\nu} - \nu\sqrt[3]{\lambda\mu}};$$

ex quo valore prope vero facile valor exactior elicietur.

# XIX.

# Recherche des inégalités causées au mouvement des planètes par des forces quelconques.

---

1. Le plus difficile problème que la théorie de l'Astronomie offre de nos jours, est sans doute celui de déterminer les inégalités qui sont causées dans le mouvement des planètes par l'action des autres corps célestes. C'est de la solution de ce problème que dépend tant la détermination du vrai mouvement de la lune, que celle des inégalités qu'on observe dans les planètes de Jupiter et de Saturne. Or, bien qu'on ne remarque point des inégalités aussi sensibles dans les mouvements des autres planètes, il est cependant certain qu'elles n'en sont pas entièrement exemptes: le mouvement de leurs aphélies et de leurs noeuds, quelque lent qu'il soit, est une preuve suffisante que ces planètes aussi sont assujetties à des forces qui troublent les lois établies par Kepler.

